

CLEMENS OCTAVUS  
 PONT. CCXXXV.  
 ANNO CHRISTI MDXCV.



CLEMENS OCTAVUS, Florentinus, Hippolytus Aldobrandinus antea dictus, Sylvestri filius, Presbyter Cardinalis tituli S. Pancratii: Creatus tertio Kalend. Februarii, Coronatus die Dominico Purificationis Sanctissimæ Virginis Mariæ, Anno Domini 1592. Vixit annos 13. mensem 1. dies 5. Creavit Cardinales 53. Obiit die tertia Martii Anno Domini 1605. Sepultus fuit in Basilica Sancti Petri. Vacavit Sedes dies 29.

1. Comprobatio constitutionis Pii V. ab Innocentio I X. declaratæ, de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, & Locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, cum alterius declarationis adjunctione.

*Constitutio Pii V. est num. 35. fol. 166. & constitutio Innoc. I X. est 1. fol. ... & utrobique notavi, sed plenius in dicta const. Pii.*

Habes addita sup. tom. 3. ad Leon. I. const. 1.

*Bulla A. D. 1592.* CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuum rei memoriam.



ROMANI Pontificis curam, & sollicitudinem pertinet hoc quod inter cætera, non mediocri studio providere, ut quæ ad conservandam Sanctæ hujus Sedis temporalem conditionem bona, & jura salubriter sancta fuerunt, ea & ab ipso, & ab aliis

inviolata serventur.

*Pius V. edidit bullam hinc cit.* §. 1. Aliàs siquidem fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster literas edidit in hæc verba.

*Omittitur, quia est in loco cit. in rubr.*

*Successores approbamus.* §. 2. Quæ quidem Constitutio uti optima, & ad retinendam S. R. E. dignitatem planè salutaria, approbata Bullarum Magni Tom. III.

ta, confirmata, & innovata fuit ab iis qui sequuti sunt prædecessoribus nostris, præ nimirum memoriæ Gregorio XIII. Sixto V. & Gregorio XIV.

§. 3. Et novissimè ab Innocentio IX. qui etiam de venerabilium fratrum suorum, tunc S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, de quorum numero nos quoque tunc eramus, declaravit eadem Constitutione prohibitam fuisse, & prohiberi omnem, & quamcumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediata, quam immediate subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcumque in perpetuum vel ad tempus prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure, cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta Constitutione contentis, Camere & Sedi Apostolicæ factam censeri, adjecto etiam Decreto, & declaratione, ut promissio & juramentum præstitum, & præstandum, de servanda eadem Pii prædecessoris prædicti Constitutione, per ipsum Innocentium, & successores suos Romanos Pontifices, ac prædictos S. R. Ecclesiæ Cardinales, intelligatur de ipsa Pii V. prædecessoris Constitutione, per eum ut supra declarata, & secundu

*Innoc. IX. ampliat. ut notavi in rubr.*

A hujusmodi

CLEMENS OCTAVVS.

Insupermodi declarationem eandem constitutionem ad unum...

Mo. Pont. et... Probatur...

§. 4. Quare nos cum primam ad Apostolicam dignitatem...

Dat. P. A. I. die 14. Feb. Publicatio.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae...

In nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate Domini...

Andreas Lucius Mag. Curf.

Edita A. D. 1581. Pius V. alienationem locorum...

§. 5. Recordationis Pium Papam V. Sanctitatis suae...

Greg. XIV. declaravit...

§. 6. Pius mem. Gregorium X I V. eidem praedecessorem...

Hic modis Pont. gravil. insigne de causis...

§. 7. Verum quia re ipsa compertum est, quod fere...

ventibus quam Constitutione praedicta alienari prohibitis...

§. 8. Declarans dicta constitutione prohiberi Civitatum...

Prohibitio nemque Pii V. casus...

Actum Romae in Monte Quirinali, die 16. Julii 1592.

Dat. P. A. I. die 16. Junii.

Comprobatio Constitutionum a Sixto V. editarum...

II.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1592. Exordium.

Quia salubri praedecessorum nostrorum providentia...

Sixto V. triginta centena millia aureorum...

§. 1. Dudum liquidem felicis recordationis Sixti...

CLEMENS OCTAVUS.

suorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, in quorum numero etiam nos tunc eramus consilio, primo sui Pontificatus Anno Decies centena...

§. 1. Non tamen quoad negotia jam cepta, vel quoad ea, in quibus illa suum sortita effectum, seu executionem habuerunt.

§. 4. Ac etiam insuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps litterae Conservatorum hujusmodi per Sedem Apostolicam concedenda, ad Conservatores, & Judices duntaxat dirigantur...

§. 5. Decernens, &c.

Placet, publicetur, & describatur. Hi. Litterae, & publicata suis supradicta revocatio Roma in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo secundo...

Restrictio quod hoc non procedat quoad negotia jam cepta. Declaratio quod haec dispositio procedat quoad conservatores, vel momenti. Decretum irritum. Papa subscripto. Publicatio. D. P. A. 1. die 15. Martii.

§. 2. Quas quidem Constitutiones cum maxime expedit in tutum servari, Nos, & muneris nostri debito satisfacere, & quod in eis disponitur, ut par est, adimplere cupientes, eadem Sixti praedecessoris litteras, & omnia in eis contenta, de venerabilium Fratrum nostrorum praedictorum Cardinalium consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, confirmamus, & innovamus, easque firmiter, & inviolate, juxta illarum dispositionem, observare etiam nunc de novo per praesentes promittimus, volumus, & juramus, ac per eos ad quos spectat, in futurum observari debere statuimus, & ordinamus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Dat. Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, 16. Kal. Martii, Pont. nostri anno 1.

Quas const. hic Pont. confirmavit, & juravit.

D. P. A. 1. die 15. Febr.

IV. Approbatio, novaque concessio facultatis Fratrum Ordinis B. MARIAE de Mercede Redemptionis Captivorum in diebus S. Catharinae, ac Cinerum, & Coenae Domini, generalem facienda benedictionem, & absolutionem.

Hujus absolutionis, & benedictionis formam praescripsit, & etiam in die S. Antonii, & S. Laurentii fieri permisit hujusmodi Pont. inf. in const. 79. Cum nos, ubi notabo.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Infirma aevi conditio saepe efficit, ut res, vel maxime inobiles, ex hominum memoria sensim excidant.

§. 1. Quo genere incommodi Ordo B. MARIAE de Mercede Redemptionis Captivorum affectus esse dicitur in hoc more antiquissimo ab immemorabili tempore observato, videlicet quod ipsa Religio potest in diebus S. Catharinae Virginis & Martyris, & Cinerum, & Coenae Domini, omnes tam Religiosos, quam saeculares, nimirum in Ecclesia praesentes, & genuflexos, post confessionem a Sacerdote coram omnibus recitata, de more absolvi, & benedicere, ut etiam aliae Religiones facere consueverunt.

§. 2. Sed quia hoc solum ex traditione observatur, & nescitur a quo Romano Pontifice sit hujusmodi facultas absolviendi dictae Religioni concessa, eo quod tractu temporis & litterae Apostolicae, & alia Chirographa dictae Religioni fuerint deperdita.

§. 3. Nos de consilio venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super statu Regularium deputatorum, ac supplicationibus dilecti filii Magistri Petri Machado Provincialis Provinciae Castellae dicti Ordinis, in hac parte inclinati, hanc facultatem praevia dicta confessione, ut praesertim de more a Sacerdote coram omnibus recitata, absolviendi, & benedicendi omnes praesentes, tam Religiosos, quam saeculares, dictis diebus, generalem, & inveteratam, Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, & eidem Religioni, quatenus opus sit, de novo concedimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, 20. Novemb. 1592. Pont. nostri anno 1.

V. Confirmatio constitutionum Pii IV. & Sixti V. circa poenas, & confiscationes ex maleficiis Status Ecclesiastici provenientes, ut in Vrbe omnino serventur, praesertim circa eas non alibi quam apud Depositarium Camerae perfolvendae.

CLEMENS PAPA VIII. Motu proprio, &c.

Inter ceteras animi nostri curas, quibus a primordiis assumptionis nostrae ad summi Apostolatus apicem

IV. Exordium. Consuetudo Ordinis absolviendi, & benedicendi statis diebus omnes Religiosos, & saeculares post confessionem. Et quia ignoratur a quo Pontifice facultas fuit Ordini concessa. Ita ab isto Pont. approbatur, & de novo conceditur.

Quibuscumque non obstantibus. Exemplorum bulla fides.

D. P. A. 1. die 20. April.

V. Editio Anno 1592.

B. o. didm. quotidie

III. Declaratio quoad electionem, & qualitates Iudicum Conservatorum, ad instantiam quorumcumque Ordinum, Vniversitatum, Collegiorum, & locorum piorum, a Sede Apostolica concessorum & concedendorum.

De Conservatoribus Religiosorum in genere, aliquid habetur supra in const. 22. Leonis X. fol. 432. §. 17.

Revocavit quascumque electiones de Iudicibus Conservatoribus hactenus factas, & novam de eis, eorumque electionibus in posterum fiendis dispositionem edidit Greg. XV. in const. 9. Sanctissimus, inf. tom. 4.

CLEMENS PAPA VIII.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Clemens divina providentia Papa VIII. ne ob inlicitam petentium suggestionem, & ex eo quod ob locorum distantiam, personarum quibus causae mandantur, certa notitia haud ita facile haberi potest, per Iudices aliquos minus interdu idoneos in Conservatores deputatos causas ipsas cognosci contingat, cupiens salubriter providere.

§. 1. Revocavit ac declaravit nullas, invalidas, & subreptitias omnes, & quascumque Iudicum deputationes in litteris Conservatoriis, juxta formam in quinterno Cancellariae descriptam, seu alias quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apostolicam, perpetuo, vel ad tempus nondum elapsam concessas, & directas iis Conservatoribus, & Iudicibus, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in Constitutione fel. rec. Bonifacii Papae Octavi praedecessoris sui, quae incipit, Statutum.

§. 2. Quique etiam in Conciliis Provincialibus, aut Dioecesanis, juxta Decretum Concilii Tridentini, electi, & designati non sunt, ad instantiam quorumcumque conventuum, Capitulorum, Militiarum, Vniversitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monasteriorum, hospitalium, & aliorum quorumvis piorum, tam saecularium, quam cujusvis Ordinis, aut instituti Regularium locorum, quantumvis exemptorum obtentas, cum quibusvis praeservativis, restitutivis, mentis attestativis, derogatoriis derogatoriis, efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expressis.

Bullarii Magni Tom. III.

Revocatio quarumcumque deputationum Iudicum Conservatorum a Sed. Ap. concessarum, non habentium qualitates requisitas in cap. 11. de Rescript. in 6. Et non electorum in Conciliis provincialibus iuxta formam Concilii Tridentini.

Editio Anno 1592. Causa huiusmodi consilium.

4 CLEMENS OCTAVVS.

quotidie sollicitatur, illam propensiori animo amplectimur, per quam Cam. nostrae Apostolicae iurium, reddituum, & bonorum recto & firmo regimini consulitur.

Pius IV. po- nas malef- ciorum loco- rum Status Ecclesiasti- ci applica- vi Camera- us supr. fol. 42. in eius constitutione 43. Decet.

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Pius Papa IV. praedecessor noster statuit, quod omnes poenae, & multae pecuniariae, seu cuiusvis qualitatis bona, quae Communitatibus, & Universitatibus civitatum, Oppidorum, & Locorum S. R. E. dictioni in temporalibus subditorum applicatae essent, non amplius eidem Communitatibus, & universitati- bus, sed Cam. Apost. applicatae existant, & esse censeren- tur, nec per alios quam ab eadem Camera ad id speciali- ter deputatos Officiales, & exactores exigentur, de quorum manibus illa reciperent, si qui titulo oneroso, aut ob aliquos pios, vel alios quoscumque usus eas sibi debere praetenderent.

Qui. 7. con- firmavit bul- lam Pii IV. & amplia- vit, ut sup. fol. In eius bul. 93. Ad Ro- manum.

§. 2. Et demum bene, & prudenter rec. me. Sixtus Pa- pa V. etiam praedecessor noster ejusdem Pii constitutionem praefatam approbavit, & innovavit, ac opportune voluit, & mandavit, ut quaecumque Communitates, Uni- versitates, Collegia aut personae, etiam ecclesiasticae qua- vis dignitate fulgentes, aut eorum Magistratus, poenas seu multas praedictas, seu illarum portionem aliquam, quovis titulo, etiam oneroso aut alia occasione, vel cau- sa, etiam iustissima, sibi debere, vel applicatas esse praeten- derent, intra certum tunc expressum, nunc vero elapsum terminum concessiones, & applicationes praedictas, sua- que jura & privilegia, si quae haberent in Camera Apostolica exhiberent, & illorum confirmationem obtinerent, quas nihilominus de manibus depositarii uniuscujusque Pro- vinciae, seu Civitatis, praecedente speciali mandato, nec aliis exigere possent, seu deberent, insuperque revoca- vit omnes, & quascumque concessiones & applicatio- nes dictarum multarum, poenarum, & compositionum eidem Communitatibus, & Universitatibus, Collegiis, & aliis praedictis titulo oneroso, & aliis ut praefertur fa- ctas, quae intra dictum tempus ab eadem Camera ap- probatae, & innovatae non forent, prout in eorundem praedecessorum nostrorum desuper editis constitutioni- bus latius continetur.

Hic Pont. ex- onciavit hic- onciavit.

§. 3. Ac cum nos accepimus in hac Alma Vrbe no- stra eorundem praedecessorum constitutiones usu rece- ptas non esse, immo in grave dictae nostrae Camerae Apostolicae detrimentum poenae, multae, & compositio- nes praedictae, Iudicium, & Praesulum Curiarum, & tribu- naliu[m] ejusdem Urbis arbitrio, penes notarios, & alias certas personas deponuntur, ex quorum manibus, di- ctae nostrae Camerae officialibus in requisitis, eorundem Iudicium mandato, & iussione persolvuntur, & plerum- que evenire solet, ut dictarum poenarum, & multarum pecuniarum, occurrente aliquando Iudicium praedictorum permutatione, cum iudices de novo assumpti dictarum pecuniarum, illorumque depositarium penitus sint ignari a depositariis, & illa detinentibus facillime occultentur.

Dicitur ubi- notiones ap- probat, & quascumque poenas apud Depositarii Camera per- solvi iubet.

§. 4. Nos itaque huic malo mederi, ac malitiam quan- tum cum Deo possimus obviare, simulque dictae nostrae Camerae Apostolicae indemnitati consulere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apo- stolicae potestatis plenitudine, eorundem Pii, & Sixti praedecessorum nostrorum constitutiones praedictas, & omnia in eis contenta, & disposita harum serie confir- mant, & approbant, illasque quatenus opus sit, inno- vantes, hac perpetuo valitura constitutione nostra san- cimus, statuimus, & ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus poenae, seu multae pecuniariae, & co- mpositiones omnium, seu cuiusvis partis bonorum infli- ctas, & infligendae, causa & occasione cuiusvis crimi- nis, excessus, delicti, maleficii, vel quasi per reos quoscum- que in dilectorum filiorum eiusdem Urbis Vicarii, Gu- bernatoris, ac Curiae causarum Camerae Apostolicae Ge- neralis Auditoris, & aliorum quorumcumque Romanae Curiae Tribunalium, & Curiarum, tam ab eorundem Tribunalium, & Curiarum Iudicibus ordinariis, quam ab eis deputatis, tum per sententias, decreta, processus, tum etiam per viam supplicationum, remissionum, ab- solutionum, liberationum, condemnationum, composi- tionum, gratiarum, abolitionum, seu cassationum, pro- cessuum ab ipsis pro tempore concessarum tam ex juris communis dispositione, quam juxta tenorem quarum-

cumque Apostolicarum constitutionum, ordinum, sta- tutorum, consuetudinum ejusdem Urbis, & illius Cur- iarum, aut in viti edictorum, decretorum, benedictionum, & dictae nostrae Camerae Apostolicae, illiusque officiali- bus, necnon Iudicibus praedictis promulgatum pro- cessatos, seu condemnatos persolvende in manibus dile- cti filii Joannis Baptistae Vbertini Florentini, moderni ac pro tempore existentis dictae Camerae depositarii, non autem penes dictos notarios, aut alias personas qual- cumque, realiter, & cum effectu deponantur, & persol- vantur.

Iudicibus hac observan- te mandat.

§. 5. Distincte propterea interdiximus, & prohibemus eidem Vicario, Gubernatori, Auditori, & aliis Iudicibus supra dictis, ne in posterum poenas pecuniarum, seu mul- tas, & compositiones praedictas in manibus cuiusvis alterius personae quam depositarii pro tempore existen- tis ejusdem Camerae persolvi mandent, faciant seu per- mittant, nec ex eis partem, sive ratam vel portionem ali- quam ex hujusmodi poenis debitam propria auctoritate retinere, aut a partibus exigere valeant.

Depositario suam ob- servandam in reddendis rationibus, & in facien- dis solutioni- bus praefere- bit.

§. 6. Idem vero Depositarius quaecumque pecunia- rum summam causa, & occasione poenarum, multarum, & compositionum praedictarum ei persolvendam, in li- bro peculiari more mercatorum tenendo describat, & adnotari faciat, & de eis bonum, & fidele computum ten- eat, quae computa singulo anno in Camera Apostolica exhibeat, juret, & solidari curet, pecuniasque praedictas non aliter quam in vim mandatorum tran- su nostra seu Cameralium dilectorum filiorum nostrorum, & S. R. E. Camerarii, & Thesaurarii generalis manu subscriptor- um persolvat, & persolvi faciat, certa quorum annua summa tantum excepta per nos pro necessariis cuiuscumque Tri- bunalium, & Curiae impensis supportandis, & persolvendis firmanda & statuenda, quam ab eodem Depositario de mandato Iudicis, qui Curiae, & Tribunali pro- cuius ne- cessitatibus hujusmodi pecuniarum summa veniet persol- venda praerit, ejus, necnon Procuratoris Generalis Filii nostri manu subscripto, persolvi posse, & debere indul- gemus.

Notariis ha- rum poenar- um retentionem prohibet.

§. 7. Ac strictè inhibemus notariis officialibus dicto- rum Tribunalium, & Curiarum, aliisque personis quibul- cumque, ne de cetero in perceptione, & exactione pecu- niarum, poenarum, multarum, & compositionum praedicta- rum, sub depositi, vel aliorum quovis praetextu vel causa se quomodolibet ingerant, seu intromittant, quin immo omnes, & quascumque pecuniarum summas penes eos soluta, & occasione poenarum, multarum, & compositio- num praedictarum hucusque depositatas, & solutas, in di- ctae Camerae Apostolicae Depositarii manu intra tri- duum proximum realiter, & cum effectu persolvant.

Reis Depo- sitario solven- te iubet.

§. 8. Reis vero, & aliis personis, quae ad solutionem poenarum, multarum, & compositionum earundem tenentur, ut illas in manibus dicti depositarii, non autem in posse, & manibus notariarum, & aliarum personarum praedictarum, etiam quod aliter a Iudicibus habuerint in mandatis, deponant, & persolvant.

Contra- venientibus po- nas imponit.

§. 9. Quod si secus factum fuerit, Depositario, & reis, vel aliis personis quibuscumque qui pecunias praedictas aliter quam sub supra dicta forma persolvent, omnes so- lutiones secus factae non admittantur, nec acceptentur, immo iidem rei, & alii earundem poenarum, multarum, compositionum debitores, ad illas in ejusdem Depositarii manibus denuo solvendas cogantur, & compellantur, no- tarii vero qui se in earundem pecuniarum receptione seu retentione immiscuerint, seu quas hucusque receperint, intra dictum tempus in ejusdem depositarii mani- bus realiter, & cum effectu non persolverint, ducento- rum ducatorum auri de Camera eidem Cam. Apost. applican. qualibet vice poenam incurrant. Vicarius autem, Gubernator, Auditor, & alii Iudices praedicti, qui circa praemissa in culpa fuerint, nostro, & successorum nostro- rum arbitrio puniantur.

Executores- bus consi- tut. deputat.

§. 10. Quocirca dilecto filio nostro Henrico tituli S. Pudenzianae Praesb. Card. Cajetano nuncupato, moderno ac pro tempore existen. nostro, & S. R. E. Camerario motu pari per Apostolica scripta mandamus, ut praesentes no- stras literas, & in eis contenta omnia, tam in dicta Cam- era, quam extra eam, ubi, quando, & quoties opus fuerit solent.

CLEMENS OCTAVVS

solemniter publicari, ac in eisdem Camera libris regi- strari, ac per omnes quos illa concernunt, inviolabili- ter observari, & debite executioni demandari faciat, & universos predictos ad illorum observationem pœnis prædictis, quacumque morâ cessante, cum effectu cogat, & compellat, contradictores quolibet, & inobedientes auctoritate nostra appellatione postposita compescendo.

Clausula derogatoria.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicorum tribuna- lium, & Curiarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetu- dinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut au- tem tenor præsentis nostri motus proprii cedulæ ad om- nium notitiam deducatur, ac omnes quorum interest, & interesse poterit afficiat, volumus, & mandamus illius copiam in Camera Apostolicæ, ac cujuscumque curiarum prædictarum valvis, ac in acie Campi Floræ affigi, & ibi relicta ejus copia aliquandiu detineri.

Transumptis credi deest.

§. 12. Volumusque ut præsentis nostri motus pro- prii cedulæ sola signatura sufficiat & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula quacumque contraria non obstante, & quod ejus transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ea prorsus indubitata fides adhibeatur, in judicio & extra, quæ præsentis cedulæ adhiberetur, si foret exhibita, vel ostensa. Placet Motu proprio. Hi.

PP. Subscr. Publi. A. 1.

die 22. Apr.

Anno à Nativitate Domini Nostri IESV CHRISTI 1592. Indictione 5. Pontif. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Papa Octavi Anno primo, die vero 22. mensis Aprilis supradicta litera affixa, & publicata fuerunt in acie Campi Floræ, & aliis locis publicis, ut moris est, per me Ale- xandrum Colangeli S. D. N. P. P. Curf.

Baptista Prefectus de Casis Mag. Curf.

VI. Censuum à Communitatibus Status Ecclesiastici venditorum reductio ad scuta septem pro cen- tenario.

De materia censuum notavi supra in const. 79. Pii V. Cum onus, fol. 208.

Edita An. D. 1592.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius reductionis.

QUAE ad sublevationem gravaminum, & comoda Populorum nostræ, & Sedis Apostolicæ Ditioni in temporalibus subjeutorum pertinere dignoscimus, in iis libenter auctoritatis nostræ partes interponimus, prout æquitate ipsa, & nostra erga eos paterna Charitate suadete, conspicimus in Domino expedire. Sanè non sine magna animi nostri molestia accepimus, pleraque Communitates, & universitates Civitatum, Oppidorum, & loco- rum Status nostri Ecclesiastici ob varias eorum neces- sitates multos census vendendo, grave æs alienum con- traxisse, huiusmodi verò censuum emptores, illos ad ra- tionem non sex, vel septem, sed octo, novem, & decem pro quolibet centenario & anno, ferè omnes exigere solere. Quare intolerabili onere gravati, ex redditibus propriis aliquando emptoribus censuum satisfacere nequeunt.

Reductio om- nium censuum per commu- nitates impo- sitorum, ad septem pro centenario.

§. 1. Nos igitur in præmissis opportuna ratione ali- qua saltè ex parte providere volentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia omnes & singulos census hæc- tenus super quibuscumque rebus immobilibus, tam Vrba- nis quam Rusticis, in quacumque Provincia, Civitate, Terra, oppido, Territorio, districtu, & Loco status Eccle- siastici nobis, & Sedi Apostolicæ, tam mediata quàm im- mediata subje- ti consentientibus, cujuscumque pretii, va- loris, qualitatis, quantitatis, & denominationis bona & census huiusmodi extiterint, per quascumque Com- munitates, seu Universitates ejusdem Status, & Ditionis, seu etiã singulares personas, intuitu tamen illarum, & cõ promissione indemnitas ab ipsis Communitatibus, seu Universitatibus, quæ pretia censuum huiusmodi vendi- torum in suos usus acceperint facta, septem pro quolibet centenario & anno quocumque modo excedentes, hæ- tenus creatos, constitutos, impositos, & venditos, quoad illorum fructus, & nunc deinceps in futurum per primò decurrendos ad rationem septem tantum pro quolibet

Bullariis Magni Tom. III.

centenario & anno, salva tamen dictos census redimendi facultate, auctoritate Apostolica tenore præsentium te- ducimus & moderamus.

§. 2. Ac ipsas communitates, & Universitates, census prædictos ex nunc per solventes, & alios pro eis etiã uti principales, principaliter, & in solidum, seu alias quovis modo, etiam in forma Camere Apostolicæ obligatos, à solutione censuum prædictorum alias quam ad rationem septem pro centenario & anno, huiusmodi aliquid ulte- rius pro fructibus in futurum solvendum non teneri, nec ad id vigore, quarumcumque obligationum, & qui- busvis juramentis, quæ ipsis Communitatibus, & Uni- versitatibus prædictis census per solventibus, ut præfer- tur, & aliis pro eis, etiam in dicta forma Camere obliga- tis, harum serie relaxamus, seu alias vallatarum, nec ad il- larum observationem, & censuum jam impositorum solu- tionem, ultra prædictam summam septem pro quolibet centenario & anno, cogi aut compelli posse decla- ramus.

Libertatis obligationibus & soluti- onibus illis

§. 3. Ac etiam per quoscumque Judices, & Commis- sarios etiam Palatii Apostolici causarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Curie Cau- sarum Camere Apostolicæ, ac Rotæ Auditores, seu quos- vis alios Iudices, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & definiti ac interpretari debere. Irritum quo- que decernimus, & inane quicquid secus super hijs à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sus- blata.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio- nibus Apostolicis, ac quarumcumque Provinciarum, Ci- vitarum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum statutis, consuetudinibus, legibus & naturis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo- ris, necnon obligationibus in ampliori forma, fidei- iuramentis, renunciationibus, ac juramentis præstitis, privi- legiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, sub quibuscumque tenoribus, & for- mis, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatori- um derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex qua- vis causa, etiam per modum legis universalis, aut aliis quomodolibet editis, sive in favorem Universitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Civi- tatum & locorum concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directe vel indire- ctè præsentis nostro Motui proprio in toto vel in parte contrariantur, specialiter, & expressè derogamus, cæteris- que contrariis quibuscumque.

Clausula de- rogatoria.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 1. Maii 1592. Pont. nostri Anno primo. Anno à Nativitate D. 1592. indictione 5. die vero 28. mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Pa- tris, & D. N. Domini Clementis divina providentia Pa- pa VIII. Anno 1. retrospectiva litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in Cancellaria Apostolica, ac in acie Cam- pi Floræ, ut moris est, per me Claudium Apostolicum Curf. Io. Baptista Bagni Mag. Curf.

Dat. P. An. ti die 1. Maii

Publicatio

Ampliatio prohibitionis editæ à Gregorio XIII. VII: contra Fratres Prædicatores Ordinis S. Domi- nici, favoribus cujuscumque personæ extra ipsum Ordinem utentes, ad dignitates & officia ob- tinenda.

Hac prohibitio Gregorii est sup. in ejus const. 62. Cum nihil. fol. ... Vbi materiam huius Ordinis indicavi.

CLEMENS PAPA VIII. Edita An. D. 1592. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1592.

Religiosos Viros, sicut honorum gradus, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptosque hu- militer administrare oportet, sic ad eos mendicatis sæcu- larium præsertim personarum studiis, aditum sibi pate- facere minimè convenit.

Exordium:

CLEMENS OCTAVVS.

Greg. XIII. fauores extra Ordinem quari probibendi in suo consilio. 62. Cum nihil, sup. fol.

§. 1. Cum itaque fel. rec. Gregorius Papa XIII. predecessor noster per suas in forma Brevis literas, die primo Julii 1580. Pontificatus sui anno nono, datas Magistro Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis tunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ mandaverit, ne ad instantiam & requisitionem quatumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra prædictum Ordinem Constitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiusvis dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere auderent. Quinimo quoscumque dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta suatum Constitutionum hac via, & iis mediis per conquisitos fauores & suffragia aliquid sibi procuraverint ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda, perpetuo inhabiles etiam declaravit, prout latius in eisdem literis continetur.

Et sic Pont. et ampliat.

§. 2. Cumque ut accepimus, à nonnullis ambigatur, an sub gratiarum vocabulo gradus, honores, dignitates, officia, & munia Ordinis præfati comprehendantur. Nos Ordinis prædicti quieti, ac Religiosorum illius salutari opportune consulere, aliasque in præmissis providere volentes, ac litterarum præfatarum, necnon Decreti Capituli Generalis ejusdem Ordinis in executionem earundem litterarum facti, quod incipit: Quamobrem singulos nostri Ordinis Prælatos admonemus, veriores, ac totos tenores præsentibus pro expressis, ac ad verbum insertis habentes, Motu proprio, ex certaque nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, litteras ac decretum hujusmodi, ac in eis contenta quæcumque Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuo, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti, & alios defectus, si qui in eis intervenerint, supplemus. Et nihilominus præfatum Gregorii, de gratiis, ut præfertur, per mendicatos favores minime concedendis prohibitionem, ad quoscumque gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, Prælaturas ejusdem Ordinis perpetuo extendimus, & extendi debere decernimus. Et propterea dilectis Magistro Generali, Provincialibus, & aliis Prælatis ac Superioribus ejusdem Ordinis, ne posthac aliquod præmissorum cuiquam ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem personarum superius expressarum quatumcumque, quovis modo concedere, Religiosis vero, ac Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque, non solum in præmissis omnibus secularium favorem minime procurare, sed nec etiam sponte oblatum, aut ab eis minime procuratum recipere, & similiter, ne ad hunc effectum munera aliqua secularibus impendere, vel exhibere audeant vel præsumant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub eisdem pœnis in dictis Gregorii litteris contentis præcipimus, & expresse interdiciamus, & prohibemus, eisdem auctoritate, & tenore statuentes, quod omnes & singuli in præmissis delinquentes, nulla monitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrant.

Contraventionem certo modo probari decernit.

§. 3. Quodque ad illos sententias, & pœnas hujusmodi damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum solæ præmissarum personarum instantiæ, fauores, & preces, etiam oretenus portæ, plenam, indubiam, & sufficientem, in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Sicque ab omnibus ejusdem Ordinis Superioribus, Prælatis, & personis, ac aliis iudicibus ordinariis, & delegatis, sublata eis, & eorum cuilibet quavis judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & definiti, ac interpretari debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, perpetuo decernimus, & statuimus.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis,

quæ dictus Gregorius predecessor in præfatis literis voluit non obstarè, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut præfentes literæ quibuscumque Capitulis, tam Generalibus, quam provincialibus, & Conventualibus, ac ad singulorum notitiam facilis deveniant, publicentur, & inter statuta, & ordinationes ipsius Ordinis perpetuo observandæ describantur, earumque exemplis etiam impressis, manu Secretarii, & sigillo Magistri Generalis, vel manu alicujus Notarii publici, & sigillo alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis eadem quæ præsentibus fides ubique adhiberi debeat.

Hanc bullam publicari & registrari iubet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima tertia Maii, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Pont. nostri Anno primo.

D. P. A. 1. 1591. 24. Maii.

Indictio Visitationis omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & Locorum Piorum Almæ Urbis.

VIII.

Similem indicationem Visitationis fecit pro anno Jubilei 1625. S. D. N. Urbanus VIII. ut in constitut. 14. Militantem, sub qua habes alias Constitutiones pro eadem causa editas circa facultates Visitatorum, & alias, ubi vide.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis universo Clero & Populo Romano, Sal. & Apostolicam bened.

Edita An. D. 1591.

Speculatores Domus Israël, quæ est Ecclesia Dei viventis, mirabili ejusdem providentia constituti, qui in humilitate nostra ostendere dignatus est divitiarum bonitatis suæ, admonemur debito creditæ dispensationis officio, & charitate Christi urgemur, ut ministerium nostrum divina gratia adjunctrice, implere studeamus, quare in hoc ipso Apostolatus nostri initio, contemplantes ex hac sublimi specula, non sine intimo doloris sensu calamitates, atque incommoda populi Christiani, cum ad ceteras afflictæ Reip. partes, quantum cum Domino licet sublevandas animum adjicimus, tum potissimum ab hac Alma, & nobis maxime dilecta Vrbe nostra oculos nunquam deflectimus. Sic enim intelligimus, quam Ecclesiis omnibus pastorem sollicitudinem deberemus eam nos tanto impensius huic Sanctæ Romanæ Ecclesiæ debere, quanto nobis propinquior, & pluribus charitatis vinculis est conjuncta, quam merito, & in oculis, & in corde, & in visceribus Christi præcipuo quodam ac verè paterno affectu gerimus. Itaque non solum de ejus temporalibus comodis laboramus, sed multo magis, ut patet, de ejusdem Urbis spiritualibus bonis augendis, atque amplificandis solliciti sumus, quibus scilicet & humana felicitas solidius continetur, & vera ac sempiterna beatitudo comparatur, quod certè dum facimus, etiam aliarum Ecclesiarum, quamvis illæ locorum intervallo sint disjunctæ, rectam administrationem eadem opera procuramus. Nam cum omnes unum corpus simus in Christo, membra cum suo capite copulata, eodem spiritu pietatis ali & recreari necesse est. Quemadmodum igitur stabilis illa Catholicæ fidei petra, adversus quam inferorum portæ prævalere non possunt, divino consilio in hac Vrbe, quæ prima Sedes est, consurgit, hic beatissimi Apostolorum Principis Petri Cathedra collocata, unde omnis existit Ecclesiæ unitas, & communio, hic Orthodoxæ fidei integritas & sana doctrina, & verus Dei cultus semper viget, ac viget, atque ab hac Ecclesia omnium matre, & magistra, tanquam ab ipso fonte in alias Ecclesias promanat, sic vicissim summo opere cupimus, ut omnis ex Vrbe auferatur iniquitas, & ut Clerus, & Populus Romanus vitæ innocentia, ecclesiastica disciplina, omnique Christianæ pietatis exemplo ceteris præluceat. Illudque in primis optamus, ut in religiosissimis, & antiquissimis Urbis Basilicis nulla in divinis laudibus, & precibus ab ecclesiastico ordine Deo persolvendis negligentia appareat, nemo opus Dei negligenter faciat, ne horribili maledictione feriatur, nulla sit divini cultus perturbatio, nulla sacrorum rituum, ac ceremoniarum ignoratio, aut neglectus, quin potius decor domus Dei in Urbis Ecclesiis ubique cluceat, omniaque ordinatè, decenter, & religiose fiant, ut fideles populi ædificentur.

Præmium. & causa hujus indicationis.

CLEMENS OCTAVVS.

& glorificent Patrem nostrum, qui in caelis est. Etenim qui in sortem Domini vocati sunt, qui a communi populo segregati in loco excelso sunt positi, meminisse debent se a Domino vocati sal tege, & lumen mundi, ut omnium virtutum sapore, & luce populos condiant, atque illustrent, ne peccatorum tabe putrescant, neve sempiternae mortis tenebris obruantur, alioquin sanguis pereuntium animarum de eorum manibus a iusto iudice requiretur. Quare cum fideles omnes, tum potissimum Clericos ea sanctimonia, & inoprum integritate praeditos esse decet, ut re ipsa de eis dici possit, quod est in divinis Scripturis: Genus electum, gens sancta, regale sacerdotium, de quibus & illud quoque scriptum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus. Ceterum, cum eadem sit hominum, quae & agrorum natura, qui nisi crebro excolantur, nullum, aut perexiguum fructum ferunt, magnamque spinarum copiam profundunt, contra vero si cultura, & diligentia adhibeatur, & steriles agri saepe fructuosi evadunt, & natura boni meliores, & fecundiores fiunt. Ob eas causas iure optimo a sacris canonibus, & praesertim a sancta Tridentina Synodo tantopere commendatur Episcopalis Visitatio, quae veluti spiritualis quaedam cultura est populi Christiani, qua divinarum rerum veneratio augetur, boni mores conservantur, pravi corriguntur, instaurantur Ecclesiae, populus ad pietatem accenditur, & alia complura ex visitantium zelo, & prudentia, ad Dei gloriam, & fidelium utilitatem constituuntur.

Inductio visitationis Ecclesiarum, Monasteriorum & parochiarum locorum Urbis, incipienda die Dominico proximo futuro.

§. 1. Quae cum ita se habeant, statuimus pro nostro pastoralis officio, Deo bene iuvante, hunc peculiarem agrum, & gregem nostrum recognoscere, & Romanam Urbis omnes, tam Patriarchales, quam Collegiatis, & Parochiales Ecclesias, earumque Capitula & personas, item Monasteria, Conventus, & Ecclesias quorumvis Ordinum, tam virorum, quam mulierum, Hospitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, Montem Pietatis, & omnia quocumque nomine censentur loca pia, per Nos ipsos visitare. Ad hoc autem salutare opus pie sanctaeque exercendum atque exequendum, fideles operarios nostros, & adjuutores delegimus, nonnullos ex Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, & Episcopos aliquos, ut eorum consilio, & adiumento tanto fructuosius in hoc salutari Visitationis officio versetur, quod certe necessario duximus suscipiendum, summi & aeterni Pastoris exemplo excitati, cuius illa sunt: Ecce ego requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum. Et nobis a Domino dictum videtur: Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. Et alibi Sapiens nos admonet: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Et Salvator noster boni pastoris esse ait, proprias oves cognoscere, & vocare nominatim. Ad laudem igitur, & gloriam Omnipotentis Dei, & Sanctae Romanae Ecclesiae exaltationem vobis visitationem nostram indicimus, quam proximo Dominico die, qui etiam Sancti Basilii optimi, & Sanctissimi Episcopi, atque Ecclesiae Doctoris commemoratione celebris est, in Sacrosancta primaria Lateranensi Basilica inchoabimus, & statutis diebus Deo adiutore prosequemur.

Hortatio ad omnes, ut praevis morum reformatione hanc visitationem praeveniant.

§. 2. Omnes autem per viscera Misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto, paternè hortamur, & monemus, ut memores vocationis suae, & tempus huius sacrae Visitationis agnoscentes, vitae, ac morum emendatione, & vera tam interiori, quam exteriori reformatione visitationem nostram praeveniant: quod certe libenter praestabunt, si praeter cetera, illud ad animum revocaverint, se esse Clerum Romanum, quem Beatissimi Apostolorum Principes Petrus, & Paulus instituerunt, atque erudierunt, seque in ea Urbe clericali officii munera obire, quae tot fortissimorum martyrum sanguine in CHRISTO plantata & irrigata est, in qua domicilium fidei, & visibile Ecclesiae caput a Deo positum est, ut hinc omnes non solum doctrinae, sed vitae, & totius Ecclesiasticae disciplinae exempla petant, & bonus odor CHRISTI ad vitam ex Romana Ecclesia ad omnes Ecclesias diffundatur.

Iussu cele-

§. 3. Quia vero infirmitatem nostram agnoscimus, &

pland scimus nihil nos boni cogitare, nedum efficere posse sine divino auxilio, idcirco ad caelestem operam implorandam volumus, ut proxima sexta feria, in nonnullis Ecclesiis Urbis Patriarchalibus, Collegiatis, & aliis praecipuis sacrosancta Eucharistia solemniter in altari proponatur, & Quadragesima horarum oratio celebretur.

§. 4. Universos autem Christi fideles in hac ipsa Alma Urbe existentes hortamur, atque in Domino requirimus, ut sollicitudinem nostram suis orationibus sublevent, & laborem adjuvent, quae ut gratiae, & efficaces sint in conspectu eius, qui cor contritum & humiliatum non despicit, dignis poenitentiae fructibus eum placare studeamus, quem peccatis nostris ad iracundiam provocavimus.

§. 5. Quod quidem ut libentius, & salutaris fiat, omnibus & singulis Christi fidelibus utriusque sexus Romae degentibus, qui eodem ipso proximo Dominico die post diligentem suorum peccatorum confessionem sacram Eucharistiam sumpserint, ut haec nostra Visitatio ad Dei gloriam, & animarum salutem feliciter eveniat, pie in quavis Ecclesia oraverint, plenariam peccatorum suorum indulgentiam concedimus atque elargimur.

§. 6. Omnes igitur simul, dilecti filii, sive ex clero, sive ex populo, veterem hominem exuentes, in novitate vitae ambulemus, nos sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino in toto corde serviamus, ut eiusdem misericordiam copiosam, cum ad hoc Sanctae Visitationis opus, tum ad ceteras necessitates nostras, fratrumque nostrorum bonis operibus, & sedulo pietatis cultu impetremus.

Datum Romae in Monte Quirinali, die octava Junii, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Pontificatus nostri anno primo.

brandi orationem quadraginta horarum, ad divinum implorandum auxilium pro bona divestitione huius visitationis.

Hortatio ad ferventer orandum.

Indulgentia pro ibi orationibus, ut supra.

Alia adhortatio ut quisque Deo ferventer inserviat.

Dat. P. A. r. die 6. Junii.

Hortatio pastoralis ad Alumnos Seminariorum Sedis Apostolicae, & alios, ut in studiorum cursu catholicae fidei, omniumque virtutum generis progressu perseverent, & in dies magis ferventiusque intendant.

IX.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilectis filiis Rectoribus, Praefectis & Alumnis Seminariorum Editi A. D. 1592. nostrorum, & Sedis Apostolicae, atque quibuscumque aliis, qui Catholicorum Regum, Principum, Episcoporum, aut aliorum opera, ac liberalitate, ad Christianam Religionem informantur, sal. & Apostolicam benedictionem.

EA semper fuit Sedis Apostolicae pro salutis animarum cura, & in omnes universi Terrarum Orbis homines charitas, ut illos licet longissimis locorum intervallis distantes, ac vitae etiam ratione, & sermonis genere inter se maxime differentes, aequalibus tamen paterni amoris sui officiis ad Catholicam Religionem cultum alliciendos, & sibi adjungendos perpetuo existimaverit. Id cum per multa Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum de Catholica Ecclesia benemerendi studia, & praecleara rerum ab eisdem gestarum monumenta declarant, tum pleraque adolescentium natura & ingenio praestantium, recenti memoria ad Religionis, & bonarum artium cultum pie liberaliterque instituta Seminarium clarissime ostendunt. Quibus quidem Seminariis stabilitis iam & firmatis, ipsi etiam pro pastoralis nostri munere, quantum cum Domino possumus, favere cupientes, ut qui in illis exercentur, eo magis Catholicae Religionis propagandae desiderio accendantur, quo clarior est crescentium quotidie nostrorum & Sedis Apostolicae beneficiorum magnitudo. Idcirco inter alia, quae gravissimum Apostolicae servitutis onus, divina disponente clementia tenuitati nostrae nuper impostum a nobis exigit, nostri etiam muneris hoc tempore esse duximus, ut ad vos Sedis Apostolicae Alumnos scriberemus.

Pia p. s. s. oratione.

§. 1. Quocirca, cum Seminariorum erectio, & omnis quae in ipsis adolescentibus pie sapienterque instituentis cura haecenus suscepta est, & adhuc suscipitur, eo praesertim tempore spectet, ut Sedes Apostolica regentium animarum munus, sociatis sibi multorum studiis atque laboribus facilius exequatur. Propterea vos omnes & singulos paternè monemus, ac in Domino hortamur, ut

Hortatio de qua in rubr.

CLEMENS OCTAVVS.

facta in primis omnium vestrarum cogitationum summa, animum statim ad ea consilia traducatis, quae Nationum vestrarum bene, & Catholicè vivendi rationes, ob hæresum pravitatem gravissimis antea difficultatibus implicatas, hæcenus vobis expeditas reddiderunt. Hisce enim propositis, diligenterque vobiscum consideratis, illud etiam, quod est proximum, facillimè intelligetis, nihil videlicet majori studio nos & Sedem Apostolicam à vobis expectare, quam ut jactis firmissimis ejusdem Catholicæ fidei, pietatis, & doctrinæ fundamentis, omnique studiorum cursu planè absoluto, tales vos præbeatis, ut quantum ipsi & Sedes Apostolica de uniuscujusque vestrum salute laboramus, tantum etiam vos de vestra, & eorum qui vestræ fidei committentur, salute laboreris. Quod tum pro singulari vestra in Romanam Ecclesiam fide & in nos observantia, tum pro beneficii, quo cumulati estis magnitudine, & muneris vobis injuncti administratione vos omninò præstituros esse confidimus. Neque enim in eo duntaxat tota officii vestri ratio consistit, ut ipsi in propria bene vivendi disciplina constanter persistatis, sed illud præterea à vobis optimo jure exigitur, ut singuli privatos, tum in studiis, tum in omni virtutum genere progressus, ad publicam eorum quibus præfuturi estis, utilitatem, ac salutem, etiam maximi propterea cruciatus subeundi, ac certissima ipsiusmet vitæ pericula sustinenda sint, libentis, pioque animo (quod ætate nostra plerique collegæ vestri, ob divini nominis gloriam piè, ac fortiter fecerunt) studiosè conferatis. In primis verò omni studio danda est vobis opera, maximeque curandum ne humani generis adversario instigante, detestandam paucorum quorundam perfidiam, projectamque impudentiam ullo unquam tempore imitandam statuatis, qui obliiti promissorum, ac violata fide, qua se atque operam suam Deo, ac Romanæ Ecclesiæ addixerant, ad miserissimas voluptatum illecebras, & ad sæcularia desideria, elusa quam in Seminariis concitaverant spe, turpissimè sese converterunt. A cujus sanè infamiz periculo, ac suspitione, quo longius abesse vos certò scimus, eò impensius etiam unumquemque vestrum diligimus, hunc ipsum amorem libentissimo officio, ac re ipsa testatur, quotiescumque vestra studia, pioque conatus juvandi aliqua sese obtulerit occasio.

Dei auxilium implorandi ab ipso Alaniis.

§. 2. Ceterum quoniam ea est humanarum virium imbecillitas, ut planè infirmi simus ad omnia, nisi divina in primis ope fulciamur, propterea quo munitoria vobis præsidia comparetis, vehementer cupimus, atque vos etiam in Domino valde hortamur, ut aliquot dies, eos nimirum, qui vobis à Moderatoribus præscribentur, in ea cogitatione impendatis, ex qua cognita vobis, ac perspectæ reddantur causæ, ob quas in hanc lucem vos Deus produxerit, quantam ad felicitatem creaverit, quid perpetua Moderatorum, sub quorum disciplina degitis, de pietate, ac virtutibus vestris cura, & sollicitudo à vobis exposcat, ut deinceps peccatis omnibus expiatis, & nos, & reliquam Christianam rem apud Dominum Deum juvetis.

Et quomodo.

§. 3. Propterea hebdomada ea, quam Præfetti eorumdem Seminariorum, vel Collegiorum, & Scholarum semel accepis hisce nostris literis, aut saltem si quod per eos dies impedimenti acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta scilicet & sexta feria, ac Sabbato junctis, & facta sacramentali confessione, die Dominico dictum Sabbati diem proximè subsequente, vel alio dictæ sequentis hebdomadæ die, arbitrio Confessarii, Sanctissimum Eucharistiz Sacramentum devotè percipiat. Interea verò pro sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, pace, tranquillitate, salute Deum oretis, ejusdem quoque gratiæ præsidium nobis imploretis, postuletisque ab ejus bonitate, ut dignetur suo Sanctissimo Spiritu in tot, tamque gravibus curis infirmitatem hostiam adjuvare, operarios quamplurimos, & tanto ministerio dignos in vineam suam mittere. Qui autem vel propter corporis infirmitatem, vel propter aliud quodvis impedimentum, superius expressa facere tunc temporis nequiverint, Confessarii arbitrio ea ipsa in aliud, proximum tamen tempus differre valeant.

§. 4. Quæ omnia, ut eo libentius præstare videatis, quo uberius spiritualibus muneribus, & gratiis animas vestras refectas esse cognoveritis, de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Vobis omnibus, & singulis prædictis, qui præmissa adimpleveritis, plenissimam peccatorum vestrorum indulgentiam, veniam, & remissionem tenore præsentium damus, concedimus, & largimur. Qua indulgentia frui volumus Catholica Seminaria omnia, sive ab Episcopis, sive à Principibus sæcularibus instituta, egentium etiam studiorum domos, sive hujus sanctæ Sedis, sive aliorum Catholicorum benignitate, atque eleemosynis sustententur, horumque item Seminariorum, domorumque Præfectos, ac Ministros omnes, eos etiam, quorum hæcenus opibus atque eleemosynis sustentari consueverint, iis scilicet, quas præscripsimus rebus perceptis ea hebdomada, aut proxima, ut dictum est, qua hujus nostræ concessionis literæ ad eos pervenerint.

Indulgentiarum etiam præsentium.

§. 5. Quia verò difficile esset has ipsas nostras literas ad eos omnes ad quos pertinent deferri, volumus ut earum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo consignatis eadem omninò fides adhibeatur, quæ his ipsis literis, si ad eos perlatæ essent, tribueretur.

Fides exemplarum hujus bullæ.

Datum Romæ in Monte Quirinali, sub Annulo Piscatoris, die 23. Junii, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Pontificatus nostri anno primo.

D. P. An. 1. die 23. Junii.

De bono regimine, rectaque administratione bonorum & reddituum cujusque Communitatis locorum ditionis S.R.E. & institutione Congregationis Cardinalium ad cognitionem gravaminum, ac litium earumdem Communitatum.

X.

Hac bulla est confirmata, & jurisdictionio Cardinalium hujus Congregationis ampliata, non tamen quoad penas malefactorum, à Paulo V. in constit. 38. Cupientes.

De nullitate quarundam obligationum istarum Communitatum, vide sup. in const. 18. Pii IV. Quia non solum, fol. 22. & Sixti V. constit. 42. In varias, fol... ubi etiam alia continentur. Et circa exemptiones, de quibus agitur in hac bulla, quæ prætentantur contra Communitates, vide etiam infra Pauli V. constit. 2. In maximis.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1592.

Pro commissa nobis à Domino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, eique etiam in temporalibus subjectarum civitatum, & Populorum tutela, paternaque erga nostros subditos charitate præcipuo studio tenemur providere, ut ad eos pertinentia bona, ea qua decet fide & cura, utiliter, & provide administrantur, præsertim verò tollantur pravi abusus, qui in publicum, & commune damnum paulatim irrepunt. Ex quibus & hæcenus gravi ære alieno communia illorum bona oppressa vel ab ipso nostri Pontificatus initio comperimus, & malum hoc, nisi celeriter opportuna remedia adhibeantur, quotidie in deterius prolabi videmus. Dum enim pauci sua privata commoda, & lucra quærunt, atque illicitis modis quod pravè ambiunt, aut concupiscunt, consequi affectant, potentiorum, aut vulgi gratiam vanis assentionibus aucupantur, suas denique cupiditates explere satagunt, nulla utilitatis publicæ ratione habita ærarium publicum ipsarum civitatum & locorum exhauriunt, gravi ære alieno implicant, inanibus pompis & ostentationibus dilapidant.

Causa hujus Reformationis.

§. 1. Quibus malis atque incommodis (quantum nostra vigilantia atque auctoritate eniti possumus) occurrere cupientes: Hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ut in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Castro, & loco dicti status temporalis Ecclesiastici universi, itaut etiam Bonon. ac Benevent. nostræ Civitates sub hac constitutione sint comprehensæ, tabella aut libellus quotannis initio anni conficiatur, in quo sumptus omnes ordinarii, & extraordinarii publici, utiles aut necessarii, sint descripti. Et earum quidem,

Tabella ex pensis communitatis quolibet anno conficiatur.



que certe, & ordinariæ sunt, expensarum ceræ etiam  
taxa, & summa exprimat, que verò incertæ, & ex-  
traordinariæ videbuntur, earum universæ summa aliqua  
annua taxetur, quam toto anni curriculo excedere ne-  
quaquam liceat. Sigillatim verò pro rei indigentia, ex  
universa summa sic taxata, à toto Consilio, cum inter-  
ventu Præsidis, Gubernatoris, aut Potestatis, portiones  
necessariæ infra annum detrahantur.

Gubernatoris locum  
revidetur, & approbetur.  
Et hoc primo  
anno coram  
Camerario  
& Thesaurario  
Papa.

§. 2. Eaque Tabella, aut Libellus per Gubernatorem,  
seu Præsidem Provinciæ, aut Civitatis, & cujuscumque  
Terræ, Oppidi, & Castri Prætorum, seu Potestatem sin-  
gulis annis revidentur, & approbetur.

§. 3. Hac verò prima vice, non solum ab ipsis, sed etiam  
post eos triginta dies tunc proximè sequentes, dilectis  
filiis Sanctæ R. E. Camerario & Thesaurario generali  
Cameræ Apostolicæ accuratè, & diligenter inspiciatur,  
corrigatur, & approbetur, expunctis inde iis omnibus  
impenlis, quæ præter, aut contra hanc nostram constitu-  
tionem, etiam ex statuto vel consuetudine antiqua fieri  
solebant, ac retento ipsius Tabellæ, seu Libelli exemplo,  
seu Registro penes Cameram Apostolicam gratis, & abs-  
que ullo earundem Communitatum, seu Universitatum  
dispendio, statim intra decem dies ab ipsius receptionis  
die numerandos, sic revisa, approbata, & correctæ, ad  
prædictas Communitates, seu Universitates remittantur.

Et gratis ab  
omnibus offi-  
cialibus hac  
nomina fiant.

§. 4. Districte autem inhibemus, sub indignationis nos-  
træ, & aliis gravissimis nostræ, & successorum nostrorum  
arbitrio imponendis pœnis, ne pro sigillo, vel pro  
scriptura, charta, atramento, cæra, capula, cordulis,  
aliisque rebus ad hujusmodi expeditionem pertinentibus,  
seu pro labore, aut regalibus quidpiam, ne minimum  
quidem obolum, hac de causa prædicti Camerarius, aut  
Thesaurarius, eorumve Notarii, Tabelliones, Secretarii,  
Familiæres, aut quilibet Officiales vel Minister exigere,  
vel etiam sponte oblatum recipere præsumant, quin-  
imò volumus, ut sine ulla mora omnia gratis, & prout in  
Pœnitentiaria Apostolica fieri solet, sine aliqua solutio-  
ne expediantur, & mittantur. Atque in hoc Camerarius  
& Thesaurarius prædicti summo studio invigilent, & si  
aliquem ex suis, vel aliis Notariis, Tabellionibus, Secre-  
tariis, Familiæribus, Officialibus, aut Ministris vel mini-  
mum quicquam recepisseprehenderint, aut cognove-  
rint, contra eos, etiam ad privationis officiorum, &  
munerum quæ obtinent, inhabilitatisque ad illa vel alia  
in posterum obtinenda, exilii perpetui ab Urbe, & ejus  
districte, & aliis gravioribus pœnis procedant, scituri si  
connivendo, aut tolerando, aut alias quomodolibet re-  
ceptionum, & exactioem hujusmodi, per se vel alium  
conscii, aut participes fuerint, se quoque nostrum, &  
successorum nostrorum iudicium in hac re severum, ut  
præfertur, subituros.

Tabella sic  
approbata  
Roma ad sua  
loca remit-  
tatur, & pu-  
blice affer-  
vetur.

§. 5. Verum eadem Tabella, seu Libellus, ejusve exem-  
plum sic correctum, approbatum, & intra decem dies  
remissum, nedum in ipsarum Communitatum, seu Uni-  
versitatum Archivio asservetur, sed in publico aliquo,  
omnibus patenti, ac conspicuo loco, præ foribus Aulæ  
ubi habetur publicum Consilium, vel ubi jus dicitur, &  
frequens populi sit concursus, affigatur, & perpetuo  
retineatur.

Et nihil ul-  
tra contenta  
in Tabella  
expendantur  
absque li-  
centia.

§. 6. Nec liceat in futurum, nisi de expressa Cameræ  
Apostolicæ, aut si urgens necessitas moram non patiat,  
Gubernatoris, aut Præsidis civitatum, & locorum, qui sta-  
tim postea Camerarium, & Thesaurarium generalem præ-  
dictos certiores de eo reddere teneantur, licentia, cum  
interventu Procuratoris Fiscalis ejusdem loci, causa cog-  
nita, etiam similiter gratis concedenda, Tabellæ ipsius,  
seu libelli tenorem, etiam sequentibus annis, immutare  
aut alterare, neque absque prædicta licentia, etiam in ca-  
sibus improvisis, inopinatis, aut insolitis, aliquid ultra  
contenta in hujusmodi Tabella, aut Libello erogare.  
Quicquid verò ultra præscriptas summas erogatum fue-  
rit, id volumus, ut ab eis quibus exigendi, & solidandi  
computa, & rationes expensis, sive illa, ut dicitur, sindi-  
candi cura incumbit, nequaquam ratum habeatur, ne-  
que ipsis communibus ærariis dictorum locorum, aut  
massis, sed personis singularibus, quæ sumptus ipsos fe-  
cerint, expensum feratur, quæ etiam ad illius, tanquam  
ab eis indebitè ablati, restitutionem teneantur.

§. 7. Id autem quo accuratius servetur, & earundem  
Civitatum, Terrarum, ac Populorum utilitati amplius  
consultatur, præcipimus ut quilibet modernus, aut pro  
tempore existens Gubernator, Præses, aut potestas, tam  
ex nunc, seu in ipso primo ingressu, quam deinde Ratim  
finito tempore Magistratus per quoscumque Priores,  
Massarios, Camerarios, aut Officiales gestis, intra decem  
dies ab ipsis Prioribus, Massariis, Camerariis, seu Offi-  
cialibus, qui Magistratu funguntur, aut fungi desinunt,  
respective plenariam informationem rerum ad publicum  
regimen & administrationem communem bonorum per-  
tinentium, præcipue verò indicem, & nomina singulo-  
rum debitorum cujuscumque Communitatis, seu Uni-  
versitatis, tam ex supradictis quam ex aliis quibuscum-  
que causis accuratè, & singillatim descripta sibi tradi,  
eaque postmodum cum primùm solutionis dies advene-  
rit, tum si jam advenerit, intra tres, aut ad summum  
quatuor menses per Officiales & Magistratus eardem  
communitatum, seu Universitatum exigi, & in ærarium  
communitatis, seu Universitatis referri.

Officiales  
Communitatis,  
tam in his  
officiis de ad-  
ministratio  
syndicatorum,  
& indicem  
debitorum Gu-  
bernatoribus  
tradant, &  
per Ministros  
Communitatis  
illa suo  
tempore ex-  
gantur.

§. 8. Et si quid in fine anni, deductis expensis, in Ta-  
bella, seu Libello descriptis supererit, id in extinctionem  
æris alieni publicè contracti, aut si æs alienum nullum sit,  
vel in Annonam sublevandam, vel pro Monte Pietatis,  
vel in recuperationem & redemptionem bonorum, & re-  
rum, seu jurium per ipsas Communitates, sive Universi-  
tates alienatorum, vel denique in aliorum immobilium  
bonorum emptionem, cum interventu tamen Guberna-  
toris, seu Potestatis & Procuratoris Fiscalis loci, conver-  
ti curet. Quod si prædictas pecunias in Monte Pietatis  
deponi contigerit, id ea conditione fiat, ut illas postea  
quandocumque eadem communitates, & Universitates  
inde extrahere, & si eis videbitur, in usus per hanc con-  
stitutionem permittos erogare valeant.

Quod in fine  
anni super-  
erit, extra illi  
expensis Ta-  
bellæ in solu-  
tionem æris  
alieni, vel  
ceteris expen-  
datur.

§. 9. Fiscus verò cujuslibet loci Procurator petat omni-  
nò coram Syndicis, & Gubernatore, seu Præside, aut  
Potestate intra decem dies ab iis, qui Magistratu perfun-  
cti sunt, tam de administratione juxta taxam in Tabella,  
seu Libello præscriptam, quam de aliis supradictis, præ-  
sertim nominibus debitorum inexactis, rationes red-  
di. Et si quid vel in expensis excessum, vel circa ex-  
actionem neglectum, aut per negligentiam ultra tempus  
prædictum dilatum fuerit, contra eosdem reos Magistra-  
tu, ut præfertur, perfunctos, ad restitutionem debita-  
rum expensarum, necnon ad solutionem de suo proprio  
debitorum per negligentiam inexactorum, ac ulterius  
etiam ad pœnarum in hac constitutione contentarum  
executionem procedi, quarum pars quarta ipsi Procura-  
tori Fiscali sit applicata.

Fiscus cujus-  
libet loci est  
fiscus Commu-  
nitatis  
cogit ad red-  
dendas ratio-  
nes coram  
Gubernatore  
re.

§. 10. Si verò post hujusmodi decem dies elapsos Gu-  
bernator, aut Potestas in exigendis rationibus, vel in  
cogendo ad solvendum, vel restitutionem, aut in exe-  
quendis pœnis, sive aliis in præmissis negligens fuerit,  
ad restitutionem & refectionem damni ex indebitis im-  
pensis, vel retardata exactioe, communi ærario cujusli-  
bet loci illati, etiam de suo proprio integrè teneatur.  
Procurator autem Fiscalis ejus Terræ, Oppidi, aut civi-  
tatis Generalem Cameræ Apostolicæ Procuratorem Fisci-  
calem de hujusmodi negligentia certiores faciat, sive  
etiam cuilibet de Populo id denuntiare liceat, ac tam in  
syndicatu per eos ad quos spectat, quam postea per Pro-  
curatorem Fiscalem Generalem Cameræ Apostolicæ cõ-  
tra ipsos Gubernatores, & Potestates, sive etiam contra  
personas, quæ pro ipsis in syndicatu fidejusserint, pro-  
cedatur, ita ut tam ab eis quam ab ipsis reis principalibus  
illatum damnum, inexacta debita, indebitæque expen-  
sæ, & quæ in hac constitutione continentur multæ,  
cum simili lucro personis prædictis applicando exigantur.  
Ac propterea tam ipsi Gubernatores, Præsides, Po-  
testates, quam Procuratores Fiscales in præmissis culpa-  
biles, officiis per eos obtentis eo ipso privati, & ad illa  
atque alia similia de cetero obtinenda perpetuò inhabi-  
les & incapaces sint, & esse censentur.

Gubernator  
& Fiscus de  
prædictis ne-  
gligens certio-  
retur.

§. 11. Prælati verò, Gubernatores, & Potestates, co-  
rumque Cancellarii, Secretarii, Tabelliones, aut Mini-  
stri, vel familiares, nihil omninò, ne minimum quidem  
occasione syndicatus hujusmodi, vel pro sententia feren-  
da, aut pro Tabella, seu Libello conficiendo, revidendo, vel

Gubernator  
res, & illi  
officiales  
gratis omnia  
faciant.

vel licentia, ut praeferat, concedenda, subscribenda, vel taxa faciendae emolumentum, aut regalium, neque etiam pro mercede, aut labore, sive alias, ut praeferatur, percipiant, & si quid perceperint, etiam tanquam huius constitutionis violatores, poenas quae in ea sunt delictae, ipso facto incurrant.

Communitates earum bonas aliant, neque obligent, contra formam Bullae Sixti 4<sup>ae</sup> sup. fol. 4<sup>o</sup> ultra hic addita.

Neque Oratores ad Sedem Apostolicam abfque licentia transmittant, & ne mortali munus suscipiant contra formam d. Bullae.

Denariis quicquam quibusvis personis nec profumant, nec pro eis aliquid de Communione pecuniae impendant. Causas Bullae 3. Pauli 11.

Munera seu fol. 298. lib. Salariisque officialium.

§. 12. Ceterum omnibus, & singulis Communitatibus, Universitatibus, & Populis quarumcumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & Locorum Status nostri temporalis Ecclesiastici, earumque Senatui, Consiliis, Adunantiis, & Congregationibus, Magistratibus, & Administratoribus, eorumque singulis personis, districte interdiciamus, & prohibemus, ne quis eorum, vel earum, sub quovis praetextu, aut causa, etiam urgenti, & necessaria, contra constitutionem fel. recordat. Sixti Papae Quinti praedecessoris nostri, quae incipit, Intet varias, & multiples, quam nos harum serie approbamus, innovamus, & ampliamus, bona, aut iura sua vendat, alienet, hypothecet, aut census super illis imponat, aut pro se, praeterquam ex causa locationis tantum ad modicum tempus, & solutionibus non anticipatis, non autem titulo conductiois, nec ullo modo pro aliis obliget, sive re alieno se obstringat.

§. 13. Neque Legatos, seu Oratores, ad nos, & Sedem Apostolicam sumptibus publicis, aut etiam privatis, & propriis ipsorum Legatorum, neque etiam ipsi sponte id munus suscipere, & de suo proprio impensas subire velint, unquam mittant, neve sub nomine Agentis, aut negotiorum gestoribus, vel Procuratoribus, alias quam ad necessariam litem prosecutionem in Romana Curia pariter expensis communibus, aut privatis, retinere, aut mittere, neve quisquam id munus suscipere, aut obire audeat, nisi habita prius, quoad obligationes, & alienationes, licentia, juxta praedictae Sixti praedecessoris Constitutionis tenorem, quae verò ad mittendos Legatos, seu Oratores, à nobis vel pro tempore existente Romano Pontifice, vel ab eo qui consultationibus negotiorum Status Ecclesiastici pro tempore, praerit dumtaxat in scriptis obtenta, sine qua si quis id munus suscipere ausus fuerit, praeter alias per Sixtum praedecessorem inflictas poenas, etiam officiis per eum obtentis eo ipso privatus, & ad illa, & alia quaecumque obtinenda perpetuo inhabilis, & incapax, necnon infamis, & ignominia, atque infamia notatus cenfeatur.

§. 14. Ad haec, prohibemus pariter ne praedictae Communitates, Universitates, earumque Collegia, Senatus, Adunantiae, Congregationes, Magistratus, Officiales, aut singulares personae ullo modo praesumant ex fructibus, redditibus, & proventus, collectis vel contributionibus, certis vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis, eorum terrarum, seu massae communis, sive ex pecuniis, etiam privatis, & particularibus singulorum civium per viam voluntariae collectae, seu contributionis in commune congestis, etiam cujusvis statuti, seu consuetudinis, aut verius corruptelae praetextu, ex quavis causa, etiam solita, & rationabili, munera, aut dona quaecumque cuivis Legato, Vicelegato, Governatori, Protectori, Viceprotectori, Praesidi, Officiali, aut personae, etiam quavis, tam Ecclesiasticae, etiam Pontificali, aut alia majori, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalatus, quam mundana dignitate fulgenti, seu illius consanguineis, affinibus, familiaribus, aut ministris, mittere, tradere, aut largiri, aut in aliquo, etiam Legati, Vicelegati, Governatoris, Praesidis, Benefactoris, aut Protectoris honorem, etiam occasione hospitii, aut transitus, vel primi ingressus, aut beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, pro construendis, ornandis, aut erigendis perpetuo, vel ad tempus Portis, Arcibus, Trophaeis, Porticibus, Moenibus, aut aliis monumentis, seu pro praedictis personis, quavis dignitate vel auctoritate fungentibus, honorifice, lautè, opipare excipiendis, seu pro quibusvis conviviis, aut hospitiiis, etiam moderatis, eisdem, aut cuivis alteri, quacumque occasione, vel causa exhibendis, aut pro personis quae illos comitentur, aut illis ministrent, vel obviam procedant, pretiosis vestibus induendis ulla pecunia erogare.

§. 15. Vel pro congiariis, missilibus, aut muneribus publicis, seu etiam cibariis, esculentis, & poculentis, epulis, comilationibus, aut comotationibus, Populo, aut Ma-

gistratibus vel Officialibus ultra eorum salaria, & emolumenta, de iure vel ex laudabili consuetudine debita largiendis, seu pro praestandis pueris vel adolescentibus studiorum causa alimentis vel dotibus puellarum non egentium augendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis, & intra Ecclesias, vel extra eas, in quibusvis publicis, aut privatis, sacris, aut prophanis locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gestae Populis spectanda proponuntur, sive etiam piorum operum, & charitatis, seu eleemosynae praetextu, aut aliis in praedictis, seu aliis rebus supervacaneis in dicto Libello, seu Tabella non contentis, sed ad pompam, & ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum luctum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus, sumptus, aut impensas aliquas facere, nisi teipsa pro divino cultu, & veris CHRISTI pauperum indigentis, de consilio, & consensu loci Ordinarii sublevadis, aut pro iis tantum piis ludis publicis, qui ex inveterato usu permittuntur, & in praedicta Tabella, seu libello exprimentur, taxam à Governatore, seu Praeside, aut Potestate ipsius Provinciae, Civitatis, aut Loci cui subsunt praefigendam, quae in supradicto Libello, seu Tabella comprehensa erit, non excedentibus, sumptus huiusmodi fiant.

§. 16. Prohibemus insuper ne quicumque Cives, Oppidani, aut Incolae, qui suae communitatis, aut universitatis honorum detestores, usurpatores, occupatores fuerint, quive contra ipsas Communitates lite aliquam, seu controversiam habuerint, quae ad hunc effectum per solam unicam citationem cepta, & inchoata cenfeatur, eadem lite, seu controversia durante, necnon qui ejusdem suae Communitatis, sive Universitatis debitores ex quacumque causa extiterint, earumque bona, aut pecunias administraverint, antequam id quod debent, integrè persolverint, seu rationes administrationis reddiderint, cum ejus residui, in quo debitores remanserint, reali restitutione, ad obtinendos, gerendos, aut exercendos aliquos in ea Civitate, Provincia, Oppido, Terra, Castro, aut Loco Magistratus, aut munera quaecumque, vel officia publica, ullo modo eligantur vel admittantur. Et si de facto electi, admitti fuerint, Electio, & admissio irrita sit, & nulla, & tam ipsi quam eligentes, sive admittentes, necnon Governatores, Praesides, & Potestates qui id permiserint, vel etiam exactam super his inquirendis, & prohibendis diligentiam, prout eos teneri volumus, & decernimus, non adhibuerint, poenis in hac constitutione contra illius transgressores inflictis plectantur.

§. 17. Porro locationes, seu affectus, tam vectigalium, quae Tabellae, aut datia dicuntur, quam aliorum quorumcumque reddituum, proventus, jurium, & emolumentorum, ad commune ipsarum Civitatum, & locorum avarium quomodolibet spectantium, statuimus, & jubemus omnino servatis servandis, atque adhibitis solemnitatibus quae de iure, aut cujuslibet loci statuto, vel consuetudine requiruntur, cum personis fide, & facultatibus idoneis, quae idoneas pariter, & in publico consilio approbatas cautiones praesentent, iniri, & contrahi debere. In quibus sane locationibus, seu affectibus ea semper conditio, & pactio addatur, ut ipsae Communitates, sive Universitates ab omni prorsus detractioe, seu remissione, & ut vulgò dicitur, defalcatione, ex quocumque ac inopinato, & insolitissimo belli, incurfus militum, depopulationis agrorum, direptionis, aut siccitatis, alluvionis, grandinis, tempestatis, incendii, aut alio quovis maxime fortuito casu, atque ex quovis capite, ac etiam legitima, & urgenti amissionis, aut diminutionis fructuum, etiam omnium, vel majoris partis, aut sterilitatis, vel alia quavis causa cogitata, vel incogitata, cogitabili vel incogitabili, sint prorsus immunes, nec ad id cogi possint, etiam si de iure tenerentur, sed integrè semper responsiones & praestationes, seu pensiones annuae, absque ulla diminutione per ipsos conductores eis solvi debeant, & quamvis pactum huiusmodi forsitan in contractibus omissum fuerit, nihilominus vigore praesentium literarum tacite inesse, & subintelligi debere, perinde ac si id ipsum inter contrahentes expressè cautum, & conventum fuisset: Sublatis omnibus Judicibus, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Card. ac sacri Palatii Apostolici Auditoribus aliter iudicandi & interpretandi facultate.

Alimenta studentium, dotis puellarum, aut alio praetextu quicquam ultra Tabellam expendere non valeant nisi.

Ligantur cum Communitatibus, vel eorum debitoribus, occupatores, & quationum administrationis non reddiderint, ad publica officia non admittantur.

Locationes, vel affectus Communitatum sunt cum idonea fideiussione, & cum pacto prohibitive cujuscumque defalcationis.

**§. 18. Depositarios quoque pecuniarum, & introitus communis aerarii cujuscunque Communitatis, sive Universitatis, non aliter eligi, deputari, aut admitti volumus, nisi priusquam id munus assumant, idoneam arbitrio Gubernatoris, Præsidis, aut Potestatis cautionem præstent. Alioquin tam ipsas locationes, assensus, seu appaltus, quam Depositariorum deputationes, sive electiones, aut admisiones, cum omnibus inde secutis, etiam obligationes in forma Camere Apostolicæ juramento, aut Instrumento publico vallatas, irritas, & nullas censeri. Et nihilominus Magistratus, seu officiales, qui contractus ipsos intulerint, Depositarios admiserint, vel in publica consilio assensum dederint, unâ cum ceteris consentientibus, pariter pœnis in hac constitutione expressis tenori decernimus, & declaramus.**

**§. 19. Præterea auctoritate Apostolica tenore eorumdem præsentium revocamus, irritamus & annullamus omnes, & quascunque exemptiones, immunitates, remissiones, condonationes jurium, atque onerum, realium, & personalium, aut mixtorum, Camere Apostolicæ, seu eorum communi aerario debitorum, aut vectigalium, gabellarum, dationum, portuorum, dohanarum, collectarum, subsidiorum, contributionum, cuius particulari personæ pro rata illos quomodolibet tangentis, sive prædii, aut bonis per eas possessis, per quascunque Communitates, seu Universitates, ex quavis causa, etiam legitima, & de jure debita, seu permissa, qualis est ob numerum duodecim-filiorum, & quacunque occasione, etiam sub prætextu tituli onerosi, & contractus ultro citroque obligatorii, etiam publico consilio, & communi omnium consensu, perpetuò, vel ad tempus concessas, etiam si id sine ullo Camere Apostolicæ damno, aut præjudicio factum fuerit, ratamque ipsam eadem Communitates, & Universitates in se susceperint.**

**§. 20. Districte prohibentes, ne quid tale in posterum concedere, aut attentare præsumant, ac revocantes ex nunc in irritum quicquid circa omnia & singula præmissa, præter, aut contra hæc nostra interdicta, prohibitiones, statuta, ordinationes, iussa, voluntates, decreta, mandata, aut præcepta, scienter, vel ignoranter contigerint attentari.**

**§. 21. Quod si quis conjunctim cum ceteris, seu divisim, nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut præceptorum violator, seu transgressor extiterit, statuimus ut præter superius expressam restitutionem, aut solutionem, seu damni refectionem, si qui præeminentia, aut gradu aliquo ceteris superiores fuerint, nisi pro vitibus id quod contra hanc constitutionem attentatum gestumve est, impedire tentaverint, suumque assensum omnino constanter denegaverint, omnibus, & singulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, officiis, & Magistratibus eo ipso privati, ac tam ipsi, quam alii inferiores, qui id suaserint, procuraverint, perierint, proposuerint, aut ipsimet fecerint, vel ab aliis fieri iusserint, ad illa, & alia, similia vel dissimilia in futurum obtinenda inhabiles perpetuò, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notati, & singuli eorum, si solvendo fuerint, ultra prædictam restitutionem, ad duplam ejus damni quod communi massæ, seu mensæ illatum fuerit, de suo rescindendum obligati existant, si minus pœna exilii, aut carceris saltem triennalis plectantur. Alii verò qui solummodo consensum tacite vel expresse præstiterint, si solvendo fuerint, tantumdem pecuniarum quantum erogatum extiterit, de suo persolvant, sin autem id propter inopiam præstare nequiverint, pœna aliqua corporis afflictiva Superiorum arbitrio puniantur, & ejusmodi multarum quarta pars inter eos dividatur, qui quantum in eis fuerit, contradixerint, seque opposuerint, vel post consensum præstitum erroris pœnitentes, Superioribus id primi denunciaverint.**

**§. 22. Sed & constitutiones piæ memoriæ Bonifacii Octavi, & Gregorii Decimertii Rom. Pontif. prædecessorum nostrorum contra pacificos, promittentes, dantes, aut recipientes quicquam parvum, vel magnum, pro gratia vel justitia pro se, vel aliis obtinenda, & contra complices vel dantes in præmissis auxilium, consilium, vel favorem, cum omnibus in eis contentis pœnis, cen-**

**suris, & extensionibus, quæ supradictis aggravatæ, & additæ, non autem per eas imminutæ, aut immutatæ censentur, harum serie approbamus, & innovamus, ac ad omnes superius expressas personas, etiam speciali nota dignas, quæ contra ultimò dictas constitutiones in quibusvis casibus per eas expressis, dando, recipiendo, promittendo, paciscendo, consentiendo, aut permittendo, non solum apud Sedem Apostolicam, sed in quibusvis Tribunalibus, & eorum quibuscunque Judicibus, cum laicis Almæ Urbis, ac tam in Romana Curia quam extracuriam, in quibuslibet temporali ditione nostræ mediare vel immediate subjectis Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis deliquerint, per easdem præsentem extendimus, & ampliamus, pœniâ aliis à jure, vel per alias constitutiones Apostolicas, aut propria locorum statuta, vel consuetudines, contra personas aliquid præmissorum committentes, vel omittentes, forsan decretis, vel instructis, nihilominus in suo robore permaneris.**

**§. 23. Quocirca universis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario generali, necnon Legatis, Vicelegatis, Præsides, Gubernatoribus, Potestatibus, & Prioribus, Magistris, Magistratibus, & Officialibus, ceterisque ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præsentem constitutionem firmiter & inviolatè observari. Et contra inobedientes vel transgressores condignis pœnis animadverti.**

**§. 24. Præcipuè verò ipsi Legati, Vicelegati, Præsides, Gubernatores, & Potestates, contra quoscunque Communitatum, sive Universitatum debitores, pro exactione integræ summæ, & quantitatis, quæ earum communibus aerariis debetur, & pro tempore debebitur, summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura judicii, manu regia, in vim præsentis constitutionis, etiam quavis inhibitione, tam à prædicto Camerario, seu causarum Camere Apostolicæ generali Auditore, quam à quocunque alio Judice ordinario vel delegato, quavis auctoritate fungente, etiam forsan in vim specialis commissionis decreta non obstante, juris, & facti remediis opportunis procedant, & omni & quacunque appellatione remota exequantur, eosdem inobedientes, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, per opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.**

**§. 25. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictarumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Castrorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quorumcumque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta, effectus præsentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri. Quæ omnia, quatenus præmissis in aliquo adversentur, prorsus tollimus, & abrogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.**

**§. 26. Volumus autem, ut præsentem literam in valvis sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis.**

**§. 27. Quodque earum exempla, seu illorum compendia, latino, aut vulgari sermone conscripta, in libris quorumcumque Statutorum prædictarum Communitatum, & Universitatum inserantur, & saltem bis quotannis in publicis, & majoribus consiliis, sive adunantiis cujuscunque Communitatis, sive Universitatis, alta & intelligibili voce legantur, atque in publico etiam aliquo omnibus pacenti loco, ubi frequenter Cives, aut Oppidani convenire soleant, perpetuò affixum retineatur, adeò ut si contingat exempla hujusmodi inde amoveri, aut lacerari, seu temporis diuturnitate consumi, debeant omnino Priores, Massarii, Cancellarii, sive alii earumdem Communitatum sive Universitatum Officiales, sub privationis officiorum obtinentur, & inhabilitatis ad illa, vel alia postmodum obtinenda, & aliis etiam gravioribus corporis afflictivis pœnis, ipso facto incurrendis curet, ut statim eadem exempla**

*Depositarii Communitatum non admittantur, nisi officium præstent idoneam fidem.*

*Exemptiones quascunque à Communitatibus concessas, & in futurum concessas prohibentur. Causa movenda super exemptionibus manu regia à Curia, deponatur, nisi maxime infra.*

*Decretum irritum.*

*Contravenientes in prædictis pœnis, & de scriptis incurrunt.*

*Contra quos extenditur Bonifacii VIII. const. 1. supra, fol. 155. lib. 1. & Gregorii XIII. const. 24. fol. 295. lib. 1.*

*Executio hujus constitutionis ab omnibus observetur.*

*Debitores Communitatum manu regia ad satisfactionem compellantur, quibuscumque inhibitionibus non obstantibus. Recursum habeant ad Card. deputatos, ubi infra.*

*Class. de reg. contrarior.*

*Inffo publicandi hanc const.*

*Describenda que in libris Statutorum, & quotannis in publicis consiliis bis legendi, & in publico loco tenenda.*

*exempla*

exempla renouentur, & denuo affigantur, & si id com-  
modè fieri poterit, in marmoreo aliquo lapide ad perpetuam  
memoriam insculpantur.

*Gubernato-  
res, aliqui  
officiales, an-  
te admisso-  
nem ad Offi-  
cium, hanc  
conf. obser-  
uauerunt.  
Omnes huc  
conf. liget  
post publica-  
tionem in  
Rom. Curia.  
Transum-  
ptorum fuer.*

*Dat. R. A. 1.  
die 15. Aug.*

*Publicatio.*

§. 28. Demùm à singulis Legatis, Vicelegatis, Præfidi-  
bus, Gubernatoribus, Potestatibus, necnon Comuni-  
tatis, seu Universitatum Prioribus, Massariis, Cancellariis,  
aut quocumque nomine nuncupatis Officialibus,  
initio Magistratus, antequam ad illum exercendum, ad-  
mittantur, super earumdem præsentium literarum ob-  
servacione iurandum solemne publicè præstetur.

§. 29. Et nihilominus post triginta dies à die publica-  
tionis, ut præfertur, in Rom. Cur. faciendæ, unumquem-  
que perinde ac dicitur & efficiant, ac si cuique personaliter  
intimatus, & per eos juratus fuissent.

§. 30. Quodque earum transumptis, etiã impressis, manu  
Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate  
Ecclesiastica constitutæ obfirmatis eadem protus hinc in  
iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem  
præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostendat. Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnat. Do-  
minicæ millesimo quingentesimo nonagesimo secundo,  
18. Kal. Septembris, Pont. nostri anno primo.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1592. indict. 5.  
die vero 21. mensis Augusti, Pontific. Sanctiss. in Christo  
Patris, & D. N. Domini Clementis divina Providentia Pa-  
pa VIII. anno eius 1. Supradicta litera affixa, & publicata  
fuerunt ad valvas Basilicarum Sanctorum Petri, & Iohannis  
Lætan. de Vrbe, necnon in acie Campi Flora, & ad valvas  
Cancell. Apostolicæ, per nos Iosephum Spadam, & Pascha-  
lem Sanctorum, prælibati S. D. N. Papa Curf.

Franciscus Baron Mag. Curf.

Sequitur deputatio Cardinalium ad cognitionem causarum  
ipsarum Communitatum.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti filii nostri Antonio Maria, S. Maria de Pace, Sal-  
viato. ac Mariano, SS. Marcellini, & Petri simulorū Pres-  
byteris, de Camerino, & Alexandro, S. Laurentii in Da-  
maso Diacono, Cardinalibus Montalto nuncupatis.

*Præsentiones  
debitorum  
Communi-  
tatum ante-  
ditarum.*

Um per constitutionem nuper à Nobis editam super  
bono regimine, & administratione reddituum Com-  
munitatum, & Universitatum ditionis temporalis Eccle-  
sasticæ universæ, inter alia præceperimus, ut cuncti earū  
debitorum, ad solvendum id quod debent, per earum Lega-  
tos, Vicelegatos, Gubernatores, Præfides, aut Potestates,  
omnibus opportunis iuris, & facti remediis quamprimum  
omnino compellantur, multi autem ex ipsis debitoribus  
præterant se non teneri, nec debita ipsa liquida esse, &  
à mandatis, seu sententiis per prædictos Iudices relaxatis,  
ad nos & Sedem Apostolicam appellantes, seu de nullitate  
dicentes, perant executionem huiusmodi tandiu sus-  
pendi, donec de iustitia appellationum cognoscatur. Alii  
cū id quod debent, tergiversatione aliqua nequeunt  
denegare, executionem saltem variis artibus eludere satagunt,  
& ne bona sua haste subiciantur, diversa impedi-  
menta excogitant. Proinde nos volentes eorum quidem,  
quibus minus iustæ molestiæ inferuntur, indemnitati  
consulere, iis contra, qui sub prætextu frivolæ appella-  
tionis, aut aliis quoquo modo debitas solutiones tetar-  
dare conantur, omnem fraudis viam præcludere.

*Invidiosio  
Card. deputa-  
torum ad  
cognoscendas  
causas ap-  
pellationum,  
& gravami-  
norum debito-  
rum Commu-  
nitatum, ex-  
emptione  
namque va-  
liditatis.  
Difalcatio-  
num, & re-  
missionum.  
&c.  
Ampliat.  
& postea de-  
claravit hanc  
permissio-  
nem S. D. N.  
Paul. 1. indi-  
ca. 15. sup. in  
vrb.*

§. 1. Circumspectioni vestræ, aut duobus saltem ex  
vobis conjunctim procedentibus, privativè quoad om-  
nes, & quoscumque alios Iudices ordinarios, vel delega-  
tos, quavis dignitate & auctoritate fulgentes, etiam San-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, Vicecamerariū, The-  
saurarium generalem, Cameram Apostolicam, ejusque cau-  
sarium generalem Auditores, aut Præfides, Clericos, ac  
Palatii Apostolici causarum Auditores, ac etiam Sanctæ  
Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Legatos etiam de latere,  
tam in Romana Curia, quam extra eam jurisdictione exer-  
centes, omnes, & quascumque causas appellationum, re-  
clamationum, recursuum, nullitarum, seu notorij in iusti-  
tæ, necnon revisionis, etiã prætextu cuiusvis erroris, etiã  
calculi, aut reductionis ad arbitrium boni viti, ac restitu-  
tionis in integrum, tam super præmissis, quam super vali-  
ditatibus, & invaliditatibus quarumcumque exemptionum  
Communitates, seu Universitates, sive etiam auctoritate

Apostolica, & per nos, seu prædecessores nostros cõcella-  
rum, & an sint admittendæ, necne, ac super præsentis re-  
missionibus, seu difalcationibus solutionum eisdem Com-  
munitatibus debitarum, ob quoscumque in dicta consti-  
tutione expressos, vel nō expressos fortuitos casus, vel ex  
quacumque alia causa, casu, culpa, vel facto quocumque  
personæ, aut aliis ad instantiam quarumcumque persona-  
rum, quæ ipsis Communitatibus, seu Universitatibus ali-  
quid debent, vel debeant præteritur, aut quippiam ex  
præmissis petunt, tam laicorum, quam Clericorum, cuius-  
cunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, vel  
præminentie existentium, etiam Cardinalatus honore  
fulgentium, etiam Universitates, Societates, Congrega-  
tiones, Collegia, ac tam virorum, quam Mulierum Mona-  
stera, Hospitalia, Ecclesiæ, aut loca pia, quocumque privi-  
legio, immunitate, vel exemptione suffulta extiterint, sive  
etiam vice versa ad ipsarum Communitatum, seu Univer-  
sitatum instantiam, contra prædictos, vel alios quoscum-  
que, aut inter ipsasmet Communitates invicem, occasione  
cuiusvis laudi, arbitramenti, sententiæ, decreti, aut manda-  
ti, per prædictos Gubernatores, Potestates, aut Præfides,  
vel Legatos, aut quoscumque alios Iudices, seu Commis-  
sarios, etiam ad id delegatos, vel subdelegatos, aut arbi-  
tros, vel arbitratores, in vim constitutionis nostræ prædi-  
ctæ, seu alias quomodolibet lati aut relaxati, notas aut  
invenendas, cum illarum dependentiis, emergentibus, in-  
cidentibus, annexis & connexis, summariè, simpliciter &  
de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate  
inspecta, etiam terminis substantialibus non servatis,  
manu regia audiendi, cognoscendi, & sine debito termi-  
nandi, ac super us expensis, & aliis quibusvis Iudiciis,  
& perennis, quoties opus fuerit, sub censuris & pœnis  
arbitrio vestro infligendis, moderandis, & applicandis in-  
hibendi, sive inhibitiones quascumque ab eis editas, etiam  
vigore quarumcumque commissionum Apostolicarum,  
non tamen manu nostra signatarum moderandi, aut revo-  
candi, & prout iustum vobis videbitur mandata quæcum-  
que necessaria & opportuna decernendi, relaxandi, & om-  
ni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursu  
omnino posthabitis, & exequendi, plenam & liberam facul-  
tatem & potestatem auctoritate Apostolica tenore præ-  
sentium concedimus, & impartimus.

*Cognoscendo  
cõsanguineos  
debitorum, ad  
redimendum  
eorum bona.*

§. 2. Præterea cū sæpenuerit contingat debitas exe-  
cutiones mandatorum in favorem earumdem Communi-  
tatum relaxatorum, ea specie eludi, quod non reperitur  
qui bona debitorum auctori subjacta emere velit, eidem  
circumspectioni vestræ per presentes committimus, &  
mandamus, ut tam causis huiusmodi per vos cognitis,  
quam etiam non cognitis, eorum, contra quos de prædi-  
ctorum Iudicum, seu vestro mandato, occasione prædictæ  
nostræ constitutionis executio aliqua faciendæ erit, bona  
vendi, & auctori subijci, & si intra brevem terminum  
nemo qui illa emat, repertus fuerit, consanguineos, &  
affines proximiori gradu conjunctos, ad illa emenda co-  
gi, prout in bonis ex crimine, & delicto confiscatis, & pu-  
blicatis, ad instantiam Procuratoris Fisci fieri solet, cetera-  
que omnia in præmissis, & circa ea necessaria, & quo-  
modolibet opportuna decernere, mandare, & exequi, etiã  
omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & re-  
cursu penitus remotis, vel inhibitione superius expres-  
sorum, vel aliorum quorumcumque, vel litis pendentia  
non obstante, auctoritate nostra curetis, super quo etiam  
plenam eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus,  
Præfidiis, & Potestatibus facultatem tribuatis.

*Clausula  
dirigativa.*

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac etiam aliis omni-  
bus, quæ in constitutione nostra prædicta volumus non  
obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Dat. P. A. 1.  
die 30. Oct.*

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris,  
die 30. Octob. 1592. Pontific. nostri anno primo.

*Publicatio.*

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1592. indict. 5. die  
vero 5. mensis Novemb. Pontificatus Sanctissimi in Christo  
Patris, & D. N. Domini Clementis divina Providentia Pa-  
pa VIII. anno eius 1. Supradicta litera affixa, & publicata  
fuerunt ad valvas Basilicarum Sanctorum Petri, & Iohannis  
Lætan. de Vrbe, necnon in acie Campi Flora, & ad val-  
vas Cancell. Apostolicæ, per nos Ioan. Baptistam Bagni, &  
Franciscum Baron, prælibati S. D. N. Papa Curf.

Hieronymus Lutius Mag. Curf.

Contus

CLEMENS OCTAVUS.

Confirmatio, declaratio, & extensio Constitutionum Apostolicarum, & Concilii Tridentini, contra pugnautes in Duella publice, vel privata, mittentesque, scribentes, aut divulgantes chartulas provocatorias, aut scripta, quae dicuntur Manifesta, eorumque complices, & fautores.

Duellorum prohibitionem in Statu Ecclesiastico primum edidit Julius II. in const. 19. Regu. fol. 476. & deinde Leo X. in const. 31. Quam Deo, fol. 441. Sed generalem prohibitionem primo promulgavit Pius IV. in const. 21. Ea qua, fol. 24. ac postea Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. & postremo ante hunc Pontificem, amplius Gregorius XIII. in const. 78. Ad tollendum, fol. 24.

Edita A. D. 1592.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Illius vices, licet immeriti, gerentes, qui ut animas suorum fidelium a peccato, & diaboli laqueis liberaret, de caelo descendens, humana carne assumpta, ne proprio quidem suo pretiosissimo sanguini pepercit, sed seipsum in Ara Crucis immaculatam hostiam aeterno Patri offerre voluit, in hanc praecipue curam summo studio incumbimus, ut easdem animas inextinguibili pretio redemptas adversus Satanam fraudes, quantum in nobis est, illas praeservemus, praesertim vero totis viribus nobis a Domino traditis exterminemus exitialia quaedam, atque enormia peccata, quibus divina Majestas gravius offenditur, quaeque eodem fabricante humani generis hoste, inventa, atque introducta sunt, ut ex cruenta corporum morte, animarum etiam simul interitus, ac perniciis sequatur.

Pius IV. contra ubique duellantes, & duellum permittentes, vel auxiliantes, & penas infligit, in sua const. cit. in rubr.

§. 1. Recte siquidem, & salubriter fel. rec. Pius Papa Quartus praedecessor noster, post alios complures suos, nostrosque praedecessores, qui detestandum divina, naturalique lege, ac sacris canonibus damnatum duellum ab usum suis etiam constitutionibus severe prohibuerant, gravesque poenas contra quoscumque temporali ditioni S. R. E. mediate vel immediate subiectos, ejus criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non solum in terris praedictis, sed alias ubilibet animarum periculis obviare, Principes, ac Domicellos permittentes in suis Dominiis id patrari, ac etiam extra Terras, & Loca ditioni Ecclesiasticae subiecta hujusmodi duella, seu singularia certamina, aut diffidationes desuper facientes, ac ad id invitantes, provocantes, auxilium, consilium, vel favorem dantes, illisque astantes, & interessentes, necnon chartas desuper subscribentes, aut publicantes, seu de illis se intromittentes singulos, Imperatore, ac Regibus inferiores, majoris excommunicationis, ac si Ecclesiastici fuerint, ultra eam, etiam privationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, poenis subjacere, easque incurtere voluit, a quibus non nisi a Romano Pontifice absolvi possint.

Conc. Trid. sess. 25. c. 19. Principibus duella permittentibus, pugnantibusque, & aliis graves poenas imposuit.

§. 2. Sed & postmodum generalis Tridentina Synodus ad exterminandum penitus ex Christiano Orbe hoc malum, statuit ut Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & Dominio Civitatis, Castri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuae infamiae poenam incurrant, & ut homicidae juxta sacros canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam qui consilium in causa duelli, tam de jure quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint, necnon spectatores, excommunicationis, & perpetuae maledictionis vinculo teneantur.

Bullarii Magni Tom. III.

§. 3. Quas poenas novissime pie mem. Gregorius Papa XIII. pariter praedecessor noster extendit adversus illos etiam omnes, qui non publice, sed privatim, & condito, statuto tempore, & in loco convento monomachiam commiserint, etiam patrini, socii, & non vacatis, & loci securitate non habita, & provocatoriis literis minime praecedentibus, etiam contra locorum dominos, si id (quantum in se fuerit) non prohibuissent, ceterosque supradictos criminis socios, & ex composito spectatores, etiam pugnam ob aliquod impedimentum non commisissent, si ad locum accessissent pugnaturo, & per eos non stetit quominus pugnarent.

Greg. XIII. ad duella etiam pfectissimam cohibendam, in rubr. in rub.

§. 4. Verum quia cum magna animi nostri molestia intelleximus adhuc in quibusdam, praesertim transalpinis, ac remotis regionibus, & potissimum ubi bella vigent, castrensi quadam, & militari licentia, seu verius audacia perniciosum hoc scelus inter fideles exerceri, quasi fas sit in solo hostili, ubi Christiani nominis, seu Catholicae fidei hostes tyrannidem exercent, sive haereticos, & schismata impune grassantur, sive inter ligna, & castra militaria in caput suorum fratrum impios convertere mucrones, quos multo salubrius contra Christi adversarios stringi par esset. Nos nefaria diaboli arma salutari Ecclesiae gladio ad continendos in officio fideles nobis praecipue ipsius Domini auctoritate tradito retundere, atque a cervicibus gregis Domini curae crediti, quantum (eodem Deo adjutore) eniti possumus, propulsare cupientes, praedictas omnes Constitutiones, ac Decretum Concilii Tridentini cum omnibus, & singulis in eis contentis censuris, & poenis, decretis, extensionibus, quarum, & quorum omnium tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, & ad verbum insertis, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus.

hic mand. Pont. dicitur const. & Concilium quod praebat.

§. 5. Ac insuper auctoritate, & tenore praesentis decernimus, & declaramus easdem Constitutiones, ac Decretum locum habere ubique gentium, & terrarum, inter quascumque personas, etiam armatas, & in Castris, seu propugnaculis militantes, etiam ubi nostrorum, & Sanctae Rom. Ecclesiae, aut Catholicae fidei hostium furor impune grassatur, vel in dominiis per eos occupatis, & detentis. Idem quoque juris censendum esse, si publico, & forsitan justo bello indicto, miles aliquis alterum in adversariorum exercitu militantem, sive alias in hostium castris, praesidiis, aut Terris degentem, privatas simultates atque inimicitias publicae causae intermiscendo, etiam Ducum permisso, ex condito ad singulare certamen descendat, aut illum provocet. Necnon isdem poenis, decreto & Constitutionibus teneri eos, inter quos pactioes initae sunt de dirimenda certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus utrimque illatus fuerit. Vel si convenerint, ut non singuli, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent. Et non solum locorum Dominos, sed etiam Magistratus, Praesides, Locumtenentes, aut etiam militum Duces, & Capitaneos in Castris vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus adversariorum monomachiam in quocumque casu per praesentem, vel alias Constitutiones hujusmodi prohibita, permittentes, vel quantum in ipsis est, non prohibentes, aut post dimissum crimen veniam & impunitatem concedentes.

Et quae in rubr. las. & earum poenas ad certas personas, & loca hic enunciat, & extendit.

§. 6. Praeterea pari ratione prohibemus omnia, & singula ejus generis scripta, Manifesta, seu fides vulgo appellata, quae etiam sine expressa provocatione ad certamen, tamen quasi preparatoria quaedam ad chartulas, seu libellos provocatorios, & ad duellum, illorumque veluti radices aut semina, ut plurimum lacerandi aliquid ad pugnam, & suscitandam simultatis, atque inimicitiae materiam, & occasionem praebent. Dum scilicet in illis per modum epistolae, libelli, aut publicae attestacionis, & intimationis, sive per authentica documenta, sive per unius, pluriumve chirographum, subscriptiones, aut relationes, sub praetextu proprii, vel alieni honoris & famae, more militari, atque ut vulgo dicitur; Cavalleresco, tuendi aut laedendi, sive ad illatae, propulsatae, & contumeliae, aut injuriae probationem, seu tollendam illius suspicionem rei alicujus gestae ad id pertinentis, vel verborum, aut responsionum series, & ordo narratur, vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur, aut

Scripta quaeque omnia ad duellum quasi preparatoria prohibentur.

negatius

aut negatur, ut qui contradixerit iis, sive nominatim, sive in genere, mendacii arguatur, aut mentiri dicatur. Aut ad hunc effectum ex militari eius consuetudine queritur, declaratur, aut respondetur, qua mente, aut quo sensu quippiam eiusmodi, quod ad superius expressa spectet, gestum dicumve sit. Vel denique ostendit se quisquam contra certam, vel incertam personam, vel generatim contra quemcumque ad probandum armis, & verificandum etiam initio certaminis aliquid im esse, aut fuisse, vel non fuisse. Necnon quascumque etiam sine scripto factas talium rerum supradicta quoquo modo concernentium, & ob huiusmodi causas in locis publicis, vel privatis, ubi hominum multitudo convenire soleat, denunciations, narrationes, declarationes, & testificationes. Volentes, eos omnes, & singulos, qui suo, vel alieno nomine, ad effectum de quo superius dictum est, praedicta, vel his similia, multoque magis ad certandum provocatoria scripta, libellos, epistolas, earumve exempla distulerint, composuerint, scripserint, miserint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, typis impresserint, subscripserint, intimaverint, & vel etiam verbo denunciaverint, sive attestati fuerint. Quive alii ad singulare certamen publice, vel occulte ineundum, vel ad provocandum aliquem ad pugnam, sive ad huius generis scripta, quae Manifesta, quae chartulae provocatoriae appellantur, scribenda, dictanda, mittenda, deferenda, divulganda auxilium, consilium, operam, vel favorem praestiterint, sive id suaserint, aut mandaverint, quive in praemissis, vel eorum aliquo se quomodolibet immiscuerint, etiam si neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec accessus, aut actus ad pugnam proximis, neque expressa, & aperta provocatio subsecuta fuerit, neque scriptiones praedictae, quae Manifesta dicuntur, in publicum prodierint, aut cuiquam intimatae extiterint, si per eos non steterit, quo minus publicatio, aut denunciatio fieret. Nihilominus censuris, & poenis omnibus in praesenti, & aliis praedictis Constitutionibus, & Decreto contentis subjacere, tam si superius enumeratis, quam si aliis etiam majoribus Ecclesiasticis, vel mundanis dignitatibus, gradibus, & praerogativis excellent.

§.7. Quinimodo de novo, etiam per praesentes ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramur omnes, & quoscumque publice, vel privatim, palam, vel occulte, in quibuscumque locis, modis, & formis, ac casibus sub praesenti nostra, vel aliis praedictis Constitutionibus, ac Decreto comprehensis, singulare certamen (quod Duellum vulgo dicitur) ex copposito ineuntes, necnon id scelus suadentes, aut provocantes, opem, consilium, vel favorem praestantes, equos, arma, & comitatus praesentes, aut comitantes, vel circa chartulas, seu libellos, literas, nuncios, aut quaecumque alia scripta huiusmodi quomodolibet peccantes, huiusque delicti socios de industria spectatores, patinos, fautores, defensores, quacumque, tam superius expressa, quam alia Ecclesiastica, vel mundana praesulgeant dignitate. Ita ut singulares etiam personae, cujuslibet Communitatis, Universitatis, Collegii, aut Reipublicae, quae huius criminis participes quoquo modo fuerint, nequaquam excusentur, sed supradictos omnes, & singulos ipso facto absque ulla monitione, Judicis decreto, aut ministerio, perpetui anathematis, excommunicationis majoris, & maledictionis aeternae mucrone percussos, & damnatos harum serie declaramus, & si in ipso conflictu obierint, sepultura Ecclesiastica perpetuo privatos esse volumus. Ipsas vero Civitates, Terras, Oppida, vel Castra, & loca in quorum territoriis id facinus sceleribus, & tacite, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magistratibus, vel Senatu, aut Populo admittum fuerit, Ecclesiastico supponimus interdictum, cujus interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem, ab alio quam a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, poenitentia, & satisfactione congrua peracta, nisi in mortis articulo constituti, nequeant obtinere, etiam praetextu quarumvis facultatum, & indultorum quibusvis personis, tam Ecclesiasticis cujuscumque Ordinis, aut militum, status, aut gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana praerogativa insignitis, per Sedem Apostoli-

cam in genere, vel in specie concessorum. Quae omnia quoad praemissa, notamus cuiquam in aliquo iustitiam. Poenis aliis tam spiritualibus quam temporalibus contra eos ipsos, nihilominus in suo robore permanentis.

§.8. Universos autem, & singulos charissimos in Christo filios nostros Imperatorem, Reges, ac dilectos filios nob. Viros Duces, etiam armorum, & exercituum, Marchiones, ceterosque Principes Christianos, necnon Dominos, Potentatus, Communitates, & Universitates Civitatum, Oppidorum, & Castrorum, illorumque Domicellos, & Dominos temporales, ac etiam Militum, & copiarum, tam equestrium quam pedestrium Ductores, Tribunos, Praefectos, Capitaneos in quibuscumque etiam Nobis, & Sanctae Romanae Ecclesiae temporali jurisdictioni non subiectis locis constitutos, cujuscumque gradus, praerogativae, & nobilitatis existentes hortamur, rogamus, & obtestamur per viscera D.N. JESU CHRISTI, ut ejus divini nominis intuitu pro sua erga eundem Deum, per quem regnant Reges, & a quo Principatus acceperunt, pietate, atque erga nos, & sanctam hanc Sedem reverentia, & devotione, non modò nihil tale in suis Dominiis fieri permittant, nec ullo modo conniveant, sed hoc malum omni studio, diligentia, & auctoritate exterminare totis viribus procurent, contra quoscumque delinquentes, & ut praefertur, quomodolibet complices, & participes, etiam temporalibus poenis gravissimis animadvertant, & per suos Officiales, & Curiae Ministros procedi curent, scituri se obsequium Deo pergratum, perque acceptum praestituros, si quo gladio ad tutelam bonorum, & ad propulsandos perditorum conatus sunt accincti, eundem ad vindictam huius peccati, & ad sumendas de huiusmodi criminis reis debitas poenas excuerint, contra vero memores, si in re tam gravi male se gesserint, se in districto Dei iudicio rationem in novissimo die reddituros.

Principes hortantur ad omnia exterminanda, & delinquentes puniendum.

§.9. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & personae in dignitate Ecclesiastica constitutae sigillo obsignatis eade proferis fides ubique gentium & locorum adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur exhibitis, vel ostensis.

Transumptis huius bullae credi mandatur.

§.10. Quodque eadem praesentes in Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & Cancellariae Apostolicae valvis de more publicentur, affixis inibi earum exemplis per aliquem ex Cursoribus nostris, & dimissis, quodque eadem publicatio eos qui in Urbe sunt post triduum, qui vero extra eam, & citra montes, post duos menses, ultra montes vero, post quatuor menses omnes quos concernunt, perinde ardeat, & afficiat, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent.

Publicari ad praesentem, & sanctionem plenam addit.

Nulli ergo omnino, &c.  
Datum Romae in Monte Quirinali, Anno Incarnat. Dom. 1592. 16. Kal. Sept. Pont. nostri anno 1.  
Anno a Nativitate Domini 1592. indictione 5. die vero 2. mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. Domini Clem. divina Providentia Papa VIII. anno 1. supradicta littera affixa & publicata fuerunt in valvis Basilicarum S. Petri in Vaticano, Principis Apostolorum, & S. Ioan. Lateran. de Urbe, & Cancell. Apost. ibidem illarum copiis affixis, per me Hieronym. Lutinum S. D. N. Papa Curs.

D. P. An. 1. die 17 Aug. Publicatio.

Ioan. Gauze Mag. Curs.

Exemptio Congregationis B. MARIAE Fulgentis à jurisdictione omnium aliorum Praedicatorum Ordinis Cisterciensis Monachorum S. Benedicti.  
Amplavit Paulus V. ut indicavi supra in const. 32. Sixti V. Religiosos, fol. 537. qui illius constitutionem approbavit, gratisque primum delevit.

XII.

CLEMENS PAPA VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1592.

Astoralis nostri muneris ratio postulat, ut Religiosorum statui, & profectui, quantum cum Domino possumus, libenter prospiciamus.

Exordium.

§.1. Nuper siquidem per alias nostras litteras dilecto filio Magistro Alexandro de Francis, Ordinis Fratrum Praedicatorum Vicar. Gen. Theologo, ac familiari nostro, quem

Edictio statutorum pro Reformatione huius Congregationis.

Itemque duellantes, duellum permissentes, fautoresque. Quae excommunicationis poena fuerit, ultra alias eis insidias.

quem pridem Capituli Generalis Congregationis Reformatione Beatæ Mariæ Fulienfis, Cisterciensis Ordinis, Assessorem deputaveramus, nonnulla statuta tunc expressa, pro bono dictæ Congregationis regimine condendi facultatem concessimus, prout in ipsa literis in simili forma Brevis expeditis latius continetur. Qui quidem Magister Alexander, ut accepimus, nonnulla statuta condidit, & alia quædam pro Reformatione, & prospero statu ejusdem Congregationis statuit, & adhuc juxta facultates illi per nos attributas, Reformationi hujusmodi prudenti sollicitudine incumbit.

Exemptio nullæ à inspectione Generalium, & aliorum Prælatorum Ord. Cisterc. Adversus hanc exemptionem comprehendere etiam Moniales hujus Congreg. sua cons. declaravit Paul. V. die 4. Augusti 1608. eam tamen in hoc opere non posui.

§. 2. Nos autem dictæ Congregationis, illorumque Abbatum, & Monachorum, ut majori cum quiete, ac spiritu fervore, juxta eorum Regularia instituta, Altissimo gratum exhibeant famulatum, statui opportunius providere volentes, Motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Congregationem prædictam Fuliensem, ejusque Vicarij Generale, Abbatæque & Monachos Monasterii Beatæ Mariæ Fulienfis, in quo primum hujus Congregationis Regularis Observantia, & Reformatio introducta extitit, aliisque, universos eorum Abbates, Monachos, & Religiosos, eorumque Monasteria, Domos, Conventus, Grangias, Loca, & bona quæcumque præsentia, & futura, atque ad ea quomodolibet spectantia, & pertinentia, & quæ deinceps ad ea spectabunt, & pertinebunt, illisque cõceditur, vel ad ea devolventur, ab omni superioritate, jurisdictione, gubernio, regimine, administratione, subjectione, obedientia, visitatione, correctione, & emendatione Cistercii, Claræ vallensis, & aliorum nunc, & pro tempore existentium Generalium, ac Morimondensis, & aliorum Abbatum, Prælatorum, Superiorum ejusdem Ordinis Cisterc. quacumque auctoritate fungentium, & functionum, & quantumvis amplissimis privilegiis, & facultatibus utentium, & usurorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò eximimus, & liberamus, ita ut nullâ omnino jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem in dictam Congregationem, Abbates, Monachos, Religiosos, Monasteriaque & Loca, atque bona illius habeat, & exercere, aut prætere de dicti Generales, & alii Abbates, & Prælati Ordinis Cisterc. aliquo tempore possint, minusque in rebus, & negotiis ejusdem Congregationis aliquo pacto se ingerere, aut immiscere valeant.

Receptio Cõgreg. Fulienfis sub Sedis Apst. protectione.

§. 3. Ipsamque Congregationem Fuliensem, ejusque Vicarium Generalem, necnon Abbates, Monachos, Religiosos, Monasteria, Domos, & Loca, res, & bona prædicta, sub immediata Nostra, & Sedis Apostolicæ protectione, regimine, subjectione, gubernatione, obedientia recipimus, & subijcimus.

Elargitio omnium privilegiorum Ord. Cisterc.

§. 4. Illis tamen, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, indulgentiis, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, eidem Ordini Cisterc. in genere, vel in specie quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Apostolicam Sedem, ac Legatos, etiam de Latere, necnon etiam quoscumque Reges, Imperatores, ac Principes sæculares concessis, vel in futurum concedendis, æquè ac alii dicti Ordinis Cisterciensis Monachi, & Religiosi, sine aliqua prorsus differentia, uti, & gaudere, ac frui liberè & licitè possint, valeant ac debeant.

Declaratio quod Monachi huiusmodi Congreg. non teneantur ad alia Cisterc. Ord. Instituta.

§. 5. Nec propterea ad alia dicti Ordinis Cisterciensis instituta Monachi dictæ Congregationis Fulien. teneantur, vel obligentur, sed tantum Regularem Observantiã prædictam, & Cõstitutiones per nos dictumque Alexandrum declaratas, postquam editæ, & per nos confirmatæ fuerint, seu in posterum per Fratres dictæ Congregationis edendas, & statuendas, ac per nos, & dictam Sedem confirmandas, observare teneantur, auctoritate Apostolica, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, illisque si opus sit, ea omnia communicamus, & extendimus.

Prohibitio in virtute sanctæ Obedientie, qua fit Abbati Ord. Cisterciensis Generali.

§. 6. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientie, expresseque interdcentes Abbati Cisterciensis Ordinis Generali, ac aliis Abbatibus, & Prælati supradictis, ne ullo unquam tempore se in gubernio, regimine, administratione, visitatione, correctione, & Reformatione Congregationis prædictæ, illiusque Religiosorum aliquo

modo intromittere, ac tam ipsi quàm aliis Monachis, & Religiosis ejusdem Ordinis Cisterc. ne in rebus, negotiis, ac statu prædictæ Congregationis, ac illius Religiosorum prædictorum ullatenus se ingerere, aut immiscere, præterquam si ad illam se transferunt, & in ejusdem Observantia permanserint, nec aliquo modo invicem commiserint, seu hujus Congregationis Religiosi ad prædictum Ordinem Cisterciensem transire possint, nec debeant, audeantve, seu præsumant, cum dicta Congregatio pro Reformatione dicti Ordinis instituta sit, non autem Ordo prædictus ipsius Congregationis relationi, aut impedimento esse debeat.

alio no de super h. m. m. i. t. a. n. s.

§. 7. Atque decernentes præsentis literas nullo tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, retractari, seu invalidari ex quacumque causa, vel prætextu minime posse, sed semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Clas. pr. servilla.

§. 8. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicati, definiti, & interpretari debent, irritumque & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clasula sublata.

§. 9. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, etiam nostris de non tollendo jure quæsito, ac de non concedendis indulgentiis ad instar, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac dicti Ordinis Cisterc. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini Cisterc. illiusque Generali, ac aliis prædictis Abbatibus & Superioribus, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus plena, & ad verbum mentio habenda esset, illis pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarior.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 4. Septemb. millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Pontif. nostri anno primo.

Dat. P. A. N. die 4. Sept. 1600.

Declaratio præcedentiæ Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici, in omnibus actibus, & processionibus, tam publicis, quàm privatis, ante omnes Religiosos, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes, post Canonicos, & Clericos sæculares, ac antiquos Ordines Monachales.

XIII.

Ad hac habes const. 84. Gregorii XIII. Expedit, sup. fol. ... & aliam Pii V. const. 71. Divina, fol. 201. Et similem declarationem hic idem Clem. edidit die 16. Mart. 1600. contra Fratres Eremitas Ordinis S. Augustini, sed ea prætermissa, hanc posui uti generalem.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1592.

Inter cetera cordis nostri desiderabilia, id intensis exoptamus affectibus, ut controversiarum, ac litium materia inter personas Ecclesiasticas è medio tollatur. Sanè nobis nuper innotuit, quod in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Catalonia, ac tota demum Provincia Aragoniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, & præsertim in Civitate Oriolen. & Oppido Civitate nuncupata Alicante, ac loco de Castello della Plana prædicti Regni Valentie, nonnullæ lites, causæ, quæstiones, & controversiæ inter prædictos Fratres ex una, & alios Mendicantes, sive Regulares quoscumque super præcedentiã, ac ritu incedendi in actibus & processionibus tam publicis, quàm privatis, occasione, seu

Gregor. 13. edidit constitutionem super præcedentiã Fratrum Mendicantium, qua est sup. fol. Expedit.

intuitu quorundam literarum fel. rec. Greg. Papæ XIII. prædecessoris nostri in forma Brevis, sub die 15. Julii 1583. quæ incipiunt, Exposit, confectarum, partibus ex altera motæ sunt, & moveri, seu otiri facile possunt.

*Hic modo Pont. curia- quæ litteræ de- super exor- tæ*

§. 1. Nos considerantes lites, causas, & controversias hujusmodi, præsertim inter Religiosas personas, quæ relictiis Mundi vanitatibus, votum suum in humilitatis spiritui Domino Deo nostro persolvere profitentur, non modicâ infundere labem, populoque scandalû generare, ac in hac Urbe nostra omnium capite, & inde in omnia regimen servari cõsuevit, eum ritum, & ordinem servari, quod in actibus, & processibus, tã publicis, quam privatis, post Canonicos, & clericos seculares, & antiquos Ordines Monachales, Fratres Ordinis Prædicatorum hujusmodi primum, digniorem, & honorabiliorem locum obtinent, & ceteros alios Fratres Mendicantes, sive alios quoscumque Regulares præcedunt, atque de antiquitate, & præminetia cujuslibet Ordinis Fratrum Mendican- tium, & aliorum Regularium quorumcumque plenam, & indubitam notitiam habentes, ac eorum honoris, & ju- rium conservationem, ac pacem, & quietem inter eos cõ- fovere, & scandala hujusmodi removere paterno affectu cupientes, ac statum litium, & merita causarum hujus- modi, nominaque & cognomina Judicum, & collitigan- tium, & eorum jura, & præteniones, necnon tenorem li- terarû dicti Gregorii prædecessoris perinde ac si de ver- bo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis ha- bentes, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. super statu Regularium Deputatorum consilio, & nobis attributz potestatis plenitudine, Motu proprio, & ex certa nostra scientia lites, & causas quascumque, tam mo- ras quàm movendas, seu questionum, & controversia- rum materias omnes in quibuscumque instantiis coram quibuscumque Judicibus indecisas pendentes, ad nos ha- rum serie advocamus, & penitus extinguimus, & aliis Mendicantibus, sive quibuscumque aliis Regularibus super his perpetuum silentium imponimus.

*Præceden- tiâque con- odit P. atri- bus S. Domi- nici ante ce- teros Mendi- cantes, & non Mendi- cantes, post Canonicos, & Clericos seculares, & antiquos Or- dines Mona- chales.*

§. 2. Volumus, & decernimus, in prædictis Regnis Aragonum, Valentiz, & Catalonia, & tota demum Pro- vincia Aragoniz, Ordinis Fratrum Prædicatorum, & præ- sertim in Civitate Oriolen. Oppido & Civitate nuncu- pata Alicante, & loco de Castello della Plana hujusmo- di eum ritum, & ordinem inter Fratres Sancti Dominici prædictos, ac alios Mendicantes, sive alios Regulares quoscumque, cujusvis Ordinis, vel Religionis existentes servari debere, qui in hac Urbe nostra omnium capite servatur. Videlicet, quod in omnibus actibus, & pro- cessionibus, tam publicis, quàm privatis, post Canonicos, & Clericos seculares, & antiquos Ordines Monachales, si qui inceserint, dicti Fratres Ordinis Prædicatorum primum, digniorem, & honorabiliorem locum obtineant, ita ut dicti Fratres Sancti Dominici, immediatè post mo- dò dictos subsequantur, post quos omnes alii Regulares, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes, cujuscumque Ordinis, vel Religionis existant, incedent, & subsequen- tur, etiam si Ecclesiæ, Capellæ, Conventus, Domus, & Loca regularia dictorum Fratrum Prædicatorum in locis prædictis primò instituta, & fundata non fuerint, prout nos id de facto observari volumus, & præcipimus.

*Et desuper ois molestari prohibet.*

§. 3. Distinctè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub ex- communicationis majoris latæ sententiæ eo ipso per con- trafacientes incurrendæ pœna, omnibus, & singulis quo- rumcumque aliorum Ordinum pro tempore Religiosis, sive Regularibus inhihentes, ne de cetero præmissorum occasione Ordinem Fratrum Prædicatorum hujusmodi, illiusque Fratres pro tempore existentes, molestare, in- quietare, perturbare, aut quoquo modo impedire au- deant, vel præsumant.

*Et ita indi- cari præcipit.*

§. 4. Sicque per quoscumque Judices, & Commissa- rios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Pa- latii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubi- que judicari, ac definiti debere, necnon irritum & ina- ne, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scieat, vel ignoranter contigerit attentari.

*Executores deputat.*

§. 5. Quocirca universis, & singulis Venerabilibus Fra- tribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis

illis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis quibuscum- que in dignitate Ecclesiastica constitutis, per præsentis Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel eorum quili- bet per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, & quibus pro parte dictorum Fratrum Prædica- torum fuerint requisiti, eis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ præmissa omnia ob- servari, juxta præsentium continentiam, & tenorem, contradicentes quoslibet, ac rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasti- cas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appella- tione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachi secularis.

*Obstantia tollit.*

§. 6. Non obstantibus literis dicti Gregorii prædeces- soris, aliisque præmissis, necnon quibusvis Constitutio- nibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Conventuum, Domorum, Locorum, & Ordinum Mendicantium, sive aliorum quorumcumque Regularium hujusmodi, jura- mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Mendicantibus Fratribus, sive aliis Regularibus quibuscumque, & illo- rum Superioribus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam in bulla Aurea, Mare ma- gnum nuncupata contentis, ac Motu simili consistoria- liter, etiam per modum legis & statuti perpetui, etiam iteratis vicibus, cum quibusvis derogatoriis derogato- riis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, pro tempore in contrarium forsan revocantibus, etiam in eis caveatur expressè, quod nisi per trinas distinctas literas, cum temporis in- tervallo competenti, ternis distinctis vicibus, illis quos concernunt, intimandas derogatum esset, aut censeatur, concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de eis, eorumque totis tenoribus spe- cialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore perman- suris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè latissimè derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultis, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenâ, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Transumptis credi iubet.*

§. 7. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu ali- cujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus perso- næ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis ead- dem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhibe- retur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, D. P. An. 1. vigesimaquinta Septembris, millesimo quingentesimo nonagesimosecundo, Pontificatus nostri anno 1.

De reductione Monachorum Ordinis S. Basilii in unam Congregationem, & sub regimine unius Abbatis, & de forma recipiendi Novitios.

*Hoc regimen Abbas exercet, etiam quoad Monachos refor- matos, ut habetur infra in constit. 103. Altissimi, ubi alia indicabo.*

CLEMENS EPISCOPUS, Edita A. D. Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. 1592.

Ux ad restituendos in pristinum honorem & digni- tatem Ordines Regulares in Ecclesia Dei à SS. Pa- tribus institutos, & collatam in eis disciplinæ præsertim Monasticæ observantiam modis congruis instaurandam, piè ac providè à prædecessoribus nostris Romanis Pon- tificibus sancita fuerunt, in eis confirmandis & inno- vândis auctoritatem nostram libenter interponimus, prout in Domino confpicimus salubriter expedire.

*Præmissum.*

*Gregor. XIII. Monachos S. Basilii in unam Con- gregationem reduxit, sui regimini unius Abba- tis, ut sup in eius constit. 52. Benedi- ctus, fol. 326.*

§. 1. Quam sanè piam cogitationem Apostolici nostri muneris propriam impensius suscipimus pro salubri di- rectione & profectu insignis ordinis S. Basilii, pro cu- jus reformatione alias fel. rec. Greg. Papa XIII. præde- cessor noster, per suas sub Dat. Kal. Novemb. Pontificatus sui anno 8. editas literas, primùm quidem reductionem Monasteriorum



Monasteriorum Ordinis prædicti, necnon Priorum & Monachorum in Congregationem, & Capitulum tunc recens celebratum, eisque indictionem, & præsentiam, & in eo factas Abbatis Generalis, & alias tunc expressas electiones de Apostolica potestate plenitudine approbavit, & confirmavit, atque inter alia statuit, ut Abbas Generalis pro tempore electus, æquè ut alii aliorum Ordinum in Congregationes reductorum, Abbates Generales, & præsentem, in suis quisque Capitulis, Congregationibus & Ordinibus, de jure, privilegio, & consuetudine habent, & exercent, habereque, & exercere possunt, plenam, & omnimodam superioritatem, jurisdictionem, & auctoritatem haberet, & exerceret, tam in ea omnia quæ in Italia, & Regnis utriusque Siciliae sunt, quam etiam in alia Provincia Hispaniæ paulò ante per eundem prædecessorem in Regnis Hispaniarum instituta, & prorsus in cetera quæcumque Monasteria, Domo & Loca, in eadem Provincia sub regula sancti Basilii catenus erecta, & in posterum erigenda, eorumque Abbates, Conventus, Monachos, & personas, quæ pridem cum Monachis ejusdem Ordinis sancti Basilii in Italia existentibus, & eorum Congregationi prædictæ, sub obedientia inde futuri Abbatis, seu Vicarii generalis ejusdem Congregationis, idem Gregorius prædecessor perpetuò conjunxerat, eaque, necnon Viscatorem ejusdem Provinciae Hispaniæ, Abbati, seu Vicario generali Congregationis hujusmodi in Italia pro tempore eligendo subjecerat, & ab eo dependere decreverat inter alia, quemadmodum in ejusdem Gregorii prædecessoris diversis literis, prioribus videlicet Kal. Junii, secundo; posterioribus verò, 8. Kal. Junii, sexto Pontificatus sui annis Dat. plenius continetur.

§. 2. Jussit præterea ipse Gregorius prædecessor universos, & singulos ejusdem, &c.

§. 3. Cum autem, sicut dilectus filius noster Julius Antonius tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis S. Severinæ nuncupatus, modernus ejusdem Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protector, nobis nuper exposuit, ex literis superius expressis, quæ suum magna ex parte effectum sortitæ fuerunt, non mediocri utilitas, & fructus spiritualis ad reformationem ejusdem Ordinis proveniret, & tamen adhuc multa reliqua sunt, propter quæ valde impediat eadem literas debitæ executioni omnino atque integrè demandari: Nos, quibus summo perè cordi est, quantum nostra Pastoralis vigilantia eniti possimus, modis omnibus procurare, ac Deo juvante efficere, ut ejus Ordinis Religiosi in dies quamoptimos, & felicissimos in viis Domini progressus faciant, atque uberrimos in sancta Ecclesia fructus, majorum suorum, & præcipuè S. eorum Patris, & Patriarchæ Basilii exemplo proferant: Motu proprio, & ex certa scientia, ac deliberatione nostra suprascriptas Gregorii prædec. literas, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis, & in eis contenta quæcumque, ac potissimum quæ illarum vigore circa distinctionem mensæ Conventualis à mensa Abbatiali, necnon dismembrationem, & divisionem partis bonorum, proprietatum, & jurium à Monasteriis, & Archimandritatibus prædictis, illorumque pro mensa Conventuali hujusmodi applicationem, & approbationem ab ipsis Guilielmo, quandiu in humanis egit, & deinde Julio Antonio Cardinalibus Protectoribus, vel de eorum mandato hæcenus gesta sunt, vel quæ posthac per eundem modernum, ac pro tempore existentem Protectorem gerentur, necnon statuta, seu constitutiones hæcenus per dictam Congregationem, seu Monachos in Capitulis generalibus facta, seu edita, ac de ejusdem Julii Ant. Card. Protectoris mandato per viros Religiosos, eruditos, & pios revisa, examinata, & ab ipso approbata, ex nunc prout ex tunc, & è contra, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, confirmamus & innovamus, illisque perpetuè & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, eaque præsentis scripti patrocinio communitus. Supplentes omnes, & singulos juris & facti defectus, si qui intevenerint in eisdem.

§. 4. Ac nihilominus eidem Julio Antonio Card. moderno, & pro tempore existenti Protectori, per Apostolice scripta mandamus, plenamque per præsentem tribuimus

facultatem, ut per se vel alium, seu alios, etiam si videbitur, dicti vel alterius Ordinis Religiosos, ad integram executionem earundem literarum juxta illarum formam & tenorem, præsertim quoad institutionem mensarum Conventualium, & separationem bonorum, proprietatum, & jurium à mensis Abbatialibus, ubi opus erit, ac aliis in omnibus, & per omnia procedat, atque in omnibus, & singulis superius expressis, & aliis quæ in literis prædictis, etiam nominatim ipsi Guilielmo Cardinali concessæ fuerant facultatibus, tam quoad negotia jam cæpta, quam quoad non cæpta, ubi, quando, & quoties opus fuerit, seu expedire judicaverit, libere & licitè utatur, perinde ac si hæc ipsa sibi ab initio expressè demandata, tributa, & nunc harum serie de novo singillatim concessa fuissent.

§. 5. Quoniam verò, si quando contingeret recipi Novitios aliquos sexdecim annis majores, & in ea Provincia capitulum Provinciale aut nunquam celebraretur, aut admodum raro, tunc sane nimis incommodum esset, tum ob hujusmodi causam, tum propter Monasteriorum paucitatem, & locorum intervalla, quibus inter se disjuncta, & remota sunt Generalis, aut Provincialis, capituli celebrandi tempus expectare, & alias servare formam in Constitutione præ mem. Sixti Papæ V. etiam prædecessoris nostri, super modo admittendi Novitios ad habitum regularem, & ejusdem Sixti prædecessoris declaratione postmodum edita præscripta. Nos unicuique Priori, seu Prælati cujuslibet Monasterii, Prioratus, Domus, aut Loci regularis, & Conventualis dicti Ordinis, ut de consilio & consensu duorum aliorum ejusdem Congregationis Priorum, seu Prælatorum, qui vicinioribus Conventibus præfuerint, necnon Conventus, seu Monasterii, seu Prioratus, aut Domus, vel loci Novitios etiam sexdecim annis majores, alioquin tamen habiles quocumque ad habitum regularem ejusdem Ordinis S. Basilii recipere & admittere, etiam Capituli Provincialis, aut Generalis, vel cujusvis alterius licentia, approbatione, aut cõsensu non requisito, ac Novitiis ipsis, ut postquam, ut præfertur, recepti fuerint, inibi permanere, & legitimo tempore post annum probationis, professionem emittere libere, & licitè valeant, potestatem, & licentiam auctoritate, & tenore præmissis concedimus, & impartimus.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac nostris de unionibus committendis ad partes, ac valore fructuum exprimendo, necnon de non tollendo jure quæsito, ac generalis, & uniones perpetuas, nisi in casibus à jure præmissis fieri prohibentis, novissimè celebrati Lateranensis Concilii, ac rec. mem. Innocentii IV. quæ incipit, Volentes, & Bonifacii VIII. Roman. Pontificum de una, & in eodem Concilio generali edita de duabus dietis, ac prædictis ejusdem Sixti prædecessoris, aliisque Apostolicis cõstitutionibus, necnon Monasteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasteriis, & Ordinibus, eorumque Superioribus, & personis, etiam Monasteria, & Archimandritatus ejusdem Ordinis in commendam obtinere per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & eandem Sedem etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac alias sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, & in specie, etiam ab immemorabili tempore quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, ac etiam usu receptis, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, tam quæ aliis ipse Gregorius prædecessor in suis literis prædictis voluit, & decrevit non obitare, quàm quibuscumque aliis indultis, & literis Apostolicis, specialibus vel generalibus. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda, & quævis alia ad hoc requisita forma servanda foret, tenores hujusmodi pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum, forma in illis tradita ad unguem servata, insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice, & ad effectum præsentium demtaxat, specialiter, & expressè Motu simili derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si Clemen. datatis,

Novitios etiam modo recepti indulget, non obstantibus conc. Sixti P. quæ est supra fol. Gum de.

Contraria submovent.

Aliaque statuit, ut ibidem.

Hic modo Pont. ex approbat, cum omnibus inde secutis.

Præterea que Ordinis præmissorum executionem injungat.

& personis predictis, vel quibusvis aliis communitet vel  
divisim ab eadem sic Sede indultum, quod interdici, sus-  
pendi, vel excommunicati non possint per literas Apo-  
stolicas non facientes plenam, & expressam, & ad ver-  
bum de indulto hujusmodi mentionem.

Expletis cre-  
di iubet.

§. 7. Postremo volumus, ut eorumdem literarum exem-  
pla etiam impressa, Notarii publici manu subscripta, &  
Prælati Ecclesiastici sigillo obliata, eandem illam  
prorsus fidem ubique locorum, in iudicio, & extra illud  
faciant, quam ipsæmet præsentis facerent exhibitæ vel  
ostensæ.

Sanctio pe-  
nalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
nam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis,  
robotis, adjectionis, communitationis, mandati, tributio-  
nis, concessionis, impartitionis, ac voluntatis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis  
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se  
noverit incursum.

Dat. P. A. 1.  
die 29. Oct.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentesimo nonagesimo secundo,  
Quarto Kal. Novemb. Pontif. nostri anno primo.

XV. Institutio Congregationis S. R. E. Cardinalium su-  
per gratiis, & remissionibus bannitorum, & cri-  
minosorum hominum Status Ecclesiastici, eo-  
rumque complicum, & fautorum.

Hanc facultatem gratiandi alias Pontificum reservatam  
fuisse, constat ex const. 27. Pii IV. Nuper, fol. 30.

De materia autem bannitorum, & exulum, ac recepta-  
torum, & fautorum, plenè notavi sup. in constitut. 6.  
Sixti Quinti, Hoc nostri, fol. 374.

Bulla A. D.  
1592.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilectis filiis nostris Antonio Maria S. Maria de Pace,  
Salvato, necnon Mariano SS. Marcellini, & Petri ti-  
noliarum Presbyteris de Camerino, & Alexandro S. Lau-  
rentii in Damaso Diacono Cardinalibus Montalvo nun-  
cipatis.

Exordium.

IN regendis Populis S. R. E. temporali ditioni subjectis,  
quorum curam, & tutelam nobis potissimum divina  
providentia commisit, eam duximus rationem judican-  
dam nostræ pastoralis sollicitudini maximè consenta-  
neam, ut peccantes quidem, & in peccato perseverantes,  
publicæ præsertim quietis perturbatores, justitiæ gladio  
nobis ipsius Domini auctoritate tradito coerceremus, pœ-  
nitentibus verdè, & ad cor reversis paternæ clementiæ,  
& misericordiæ viscera non claudamus.

Causa huius  
afflictionis.  
In scias istâ  
Congregatio-  
nem esse per-  
petuam, aliis  
pro tempore  
subrogatis  
Cardinali-  
bus, sicut sunt  
alia omnes  
similes con-  
stitutiones, ut  
alibi dicit.

§. 1. Horum utrumque vel ab ipso nostro Pontificatus  
initio spoliante, cum Provincias universas, & Populos  
ejusdem Romanæ Ecclesiæ à numerosa Exulum, Latro-  
num, Sicariorum, aliorumque sceleratorum hominum  
multitudine, omni facinororum genere miserandum in  
modum vexatas invenissemus, coacti fuimus magnis la-  
boribus, & impensis adversus perditorem hujusmodi  
hominum pervicaciam atque impunitatem, justitiæ  
severitatem dolenter quidem, sed necessariò exercere.  
Cumque jam plerisque ex famosis latronum ducibus,  
eorumque impiis sectatoribus, divina favente gratia, &  
nostrorum militum opera captis, profligatis, aut de medio  
sublatis, publicam quam votis omnibus optabamus tran-  
quillitatem, Deo adjutore consequuti simus, ad eam so-  
lidius firmendam, stabiliendam, & conservandam non  
mediocriter pertinere existimavimus, nunc vicissim iis  
quæ superfluerunt reliquiis nefariorum hominum, qui  
humiles, & pœnitentes peccatum suum agnoverint,  
Apostolicæ clementiæ sinum aperire, ut eos quantum in  
nobis est, à via perditionis ad viam salutis revocatos  
Christo Domino, & Patriæ salubriter lucremur. Cum  
igitur intelligamus plerimos ex subditis nostris in illa  
superiorum temporum calamitate, sive metu, exulumque  
minis territos, sive amicitia, necessitudine, aut propin-  
quitate pernotos, sive privatarum inimicitiarum occa-  
sione impulsos, ut affectas, & propugnatores habere vi-  
derentur, aut quibusvis aliis causis indutos, cum supra-  
dictis, ex libris, sicariis, facinorosisque hominibus ver-

latis esse, eosque domo, & hospitio recepisse, cibaria  
præbuisse, eisque variis modis favisse, alios etiam, cum  
delictorum interdum haud ita gravium sibi conscil fo-  
rent, ut legum, & iudicium severitatem vitarent, ad so-  
cietatem, & contubernium eorumdem perditorum quasi  
ad asylum confugisse, nec defuisse aliquos, qui vel sola  
animi levitate, & juvenili furore impulsis, ad ostentandum  
animi, aut corporis robur, vel forsitan inopia, & fame op-  
pressi, & ferè quotidianis per ipsos facinorosos latrones  
ubique impunè grassantes, sibi, suoque tenui patrimonio  
illatis damnis, ad extremam tolerandæ vitæ desperatio-  
nem adducti, se eisdem scelestis comites adjunxerint.  
Quibus partim jam damnatis contumaciæ nomine, partim  
nondum manifestò deprehensis, si præteritæ culpæ  
abolendæ, ac veniæ, & absolutionis ex Pontificia nostra  
benignitate consequendæ spes aliqua tribueretur, non  
planè arduum, nec difficile foret illos, veteri malitiæ  
fermento expurgato, ad veram pœnitentiam, Christiana-  
nam vitam, & bonam frugem revocari.

§. 2. Nos illius vices, licet imparibus meritis, gerentes  
in terris, qui superbis resistit, humilibus dat gratiam, pa-  
ternum erga subditos nostris animum, præcipuumque  
charitatis affectum, modò ex corde respiciant, suscipere,  
eisque nec penitus gratiam denegare, neque rursus impu-  
nitatem sine ullo defectu largiri decrevimus. Quare de  
vestra singulari prudentia, consilio, & integritate pluri-  
mum in Domino confidentes, circumspeditioni vestræ,  
& duobus saltem ex vobis conjunctim procedentibus,  
plenam, & liberam facultatem, auctoritatem, & potesta-  
tem per præsentis tribuimus, omnes, & singulas utrius-  
libet sexus personas, tam in hac Alma Urbe nostra, quam  
in aliis quibuscumque Provinciis, Civitatibus, Terris,  
Oppidis & locis, nobis & Apostolicæ Sedi tam mediatè  
quam immediatè subjectis, & si eorum incolæ non sint,  
& ad illa quoquo modo declinaverint, quæ commercium  
cum cujusvis generis bannitis, homicidis, sicariis, aliisque  
supradictis facinorosis hominibus habuerint, eos quo-  
quo modo receptaverint, vel eisdem cibum, potum, pecu-  
nias, vestimenta, pulverem, pilas plumbeas, plumbum, arma,  
& alia necessaria ministraverint, literas, & nuncios  
eisdem miserint, sive ab eis acceperint, aut equos com-  
moverint, atque ad eos ipsos, etiam latrones publicos,  
viarum grassatores, sicarios, bannitos, & exules, eorum-  
que fautores, & receptatores, etiam si cum ipsis bannitis  
delictorum complices, socii, participes, & in delictis  
pattandis vel bannitorum opera usi fuerint, vel eis auxi-  
lium, consilium, & favorem præstiterint, tam si dictis de  
causis delati, processati, inquisiti, & in contumaciam,  
seu alias condemnati sint, quam etiam antequam de-  
licta ipsa in iudicium deducta sint, & antequam proces-  
sum in quacumque instantia, etiam de quibus nulla om-  
nino ad Curiam notitia pervenerit, tam laicos quam Cle-  
ricos, & Presbyteros, sæculares, & quorumvis Ordini-  
um, etiam Mendicantium regulares, cujuscumque di-  
gnitatis, gradus, & conditionis fuerint, etiam si ipsi de-  
linquentes jurisdictioni Episcoporum, vel cujuscumque  
alterius Curie Ecclesiasticæ subiecti sint, & causæ ipsæ, &  
crimina ad forum Ecclesiasticum pertineant, & in eo proces-  
sus cepti, & formati, & forsitan etiam condemnationes  
secutæ fuerint, qui de admissis dolentes ab intimis, & à  
similibus abstinere proponentes, per se, vel Procurato-  
rem, aut Consanguineos, vel affines, aut alios pro eis  
agentes veniam humiliter petierint, ab homicidio, etiam  
voluntarii, ac etiam multiplicati, & aliis quibuscum-  
que atrocibus, gravissimis, & enormissimis criminibus,  
excessibus, & delictis ab eis commissis, etiam si talia  
essent, quæ majori, magisque speciali expressione indi-  
gerent, necnon excommunicationis, aliisque censuris, &  
pœnis Ecclesiasticis, quas propterea incuterunt (hæresis,  
& læsæ Majestatis in primo capite criminibus dumtaxat  
exceptis) in utroque foro, si propter paupertatem, aut  
alias vobis videbitur, gratis absolventi, & liberandi,  
capitisque & ultimi supplicii, exilii, etiam perpetui  
confiscationis bonorum, non tamen Fisco incorporato-  
rum, aliasque pœnas temporales, corporales, & pecuniarias,  
tam per nostras quam etiam dictorum prædecessorum  
nostrorum Constitutiones, ac alias adversus talia  
perpetrantes quomodolibet inflictas, arbitrio vestro  
remittendi, commutandi & moderandi, sive cum illis

Facultatem  
Card. depu-  
tatorum su-  
per remissio-  
nibus banni-  
torum, eo-  
rumque com-  
plicum, &  
fautorum.

quos pro absolutione; & gratia hujusmodi obtinenda ad nos remittendos duxeritis, componendi, & certá bis vestro arbitrio compositionem tenendi, eisdemque, si aut postquam pacera ab hæredibus, vel propinquis occisorum habuerint, seu partibus suis satisfecerint, ac alias prout vobis visum fuerit, ad patriam, famam, honores, & bona, non tamen Fisco incorporata, necnon in pristinum, & eum in quo ante commissá delicta erant, statum plenissimè restituendi, omnemque Inhabilitatis, & infamiz maculam, seu notam ab eis omnino abolendi, processus quoscumque contra eos in contumaciam, vel aliis quomodolibet formatos cassari, & aboleri mandandi. Necnon universis & singulis Provinciarum, Civitatum & locorum dicti Status Ecclesiastici Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Locatenentibus, Potestatibus, aliisque omnibus Judicibus ordinariis, delegatis, & personis cujuscumque dignitatis, ordinis, & conditionis, & quavis auctoritate fungentibus, ne sic absolutos molestare, inquietare, vel perturbare audeant, inhibendi, quinimmo ut processus, decreta, bannimenta, aut condemnationes, & acta quæcumque contra eos facta gratis omnino cassent, & aboleant, præcipiendi, cæteraque omnia faciendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint & opportuna.

Gratias ab eis cavent de se repræsentando, & præmissis omnino cogantur.

§. 3. Volentes & Apostolica auctoritate decernentes, quod omnes ii quibus gratias, absolutiones, remissiones, etiam per modum compositionis vigore præsentium per eos concedi contigerit, & eorum unusquisque idoneas cautiones, & fideiussiones de se repræsentando, sub pœnis, & infra tempus arbitrio vestro declarandum, præstare teneantur, aut si propter inopiam id fieri nequeat, alias arbitrio vestro ad cavendum pariter, sive ad se obligandum, saltem cum juramento de se repræsentando tam ipsi quam pro iis consanguinei, vel affines propinquiori gradu conjuncti cogi, & compelli possint & debeant. Quæ quidem cautiones, obligationes, aut fideiussiones non temporales sint, sed perpetuè durent, nec unquam ex quavis causa, etiam juridica à quoquam quavis dignitate vel auctoritate fungente, nisi de speciali gratia Romani Pontificis manu signata, cassari, aboleri, aut quiscumque ab earum vinculis eximi, vel liberari valeat, quin potius omnes, & quæcumque abolitiones, & liberationes, si quas forsan de facto attentari contigerit, nullius sint roboris, & momenti, nec cuiquam suffragentur, quinimmo personæ prædictæ, ut prius obstrictæ remaneant, & eveniente casu ad observantiam promissionum arctari & compelli possint.

Instrumentum publici Notarii has gratias plene probat.

§. 4. Insuper declaramus instrumentis tantum authenticis conficiendis per Tabellionem, seu Notarium publicum vestro jussu coram testibus, ut moris est, super hujusmodi gratiis, absolutionibus, aut compositionibus per vos faciendis rogatum, nec alias plenam atque indubitam fidem in iudicio, & extra illud adhiberi, idque ad probandum facultatem vobis per præsentem attributam sufficere, nec ipsarum præsentium insertionem, nec aliud omnino adminiculum requiri.

Gratia de subreptione & obreptione minime notari possint.

§. 5. Neque absolutiones, & gratias supradictas, ac quæcumque decreta, per vos vigore præsentium gesta, de subreptionis obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis vel alio quovis defectu notari impgnati, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci posse, sed illa perpetuè valida, & efficacia fore. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis aliter judicandi facultate, judicari, & definiti debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Notarii in prædictis mercari non debent.

§. 6. Ipsum verò Notarium, seu Notarios, tam à vobis ad præmissa adhibendos, quam in partibus de abolitionibus & cassationibus processuum, seu bannimentorum aut decretorum pro tempore rogatos, jubemus exigua, & tenui mercede per vosmetipsos taxada in Romana Curia, extra eam vero duobus tantù julis pro rogatu cujuscumque absolutionis, & uno pro rogatu cautionis, seu fideiussionis omnino contentos esse, nec cuiquam ulterius, etiam pro atramento, cera, capsula, cordulis, sigillo, carta, labore petere, seu prætereudere, aut oblatum recipere posse, & si

repperit, poenam privationis officii Tabellionatus, & inhabilitatis perpetuè ad illud exereendum, ac casti petui à tota ditione prædicta ipso facto incurrere.

§. 7. Ceterum omnes, & quæcumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, & literas Apostolicas, per quas in genere, vel in specie quibuslibet Legatis, Vicelegatis, Præsidibus, Gubernatoribus, & Officialibus Civitatum, Provinciarum, & locorum dictæ ditionis temporalis Eccles. quavis dignitate, & præminentia, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, necnon Baronibus, & Domicellis, seu Dominis temporalibus Terrarum, Castrorum, & locorum dictæ ditionis, quavis etiam Marchionali, & Ducali, vel alia majori auctoritate, gradu aut titulo insignitis, merumque, & mixtum Imperium, & gladii potestatem habentibus, bannitos, & sicarios prædictos absolvendi, seu cum eis componendi, vel ad quamcumque gratiam admittendi facultas admittatur, & denegatur, illarum tenores præsentibus pro expressis habentes, harum serie approbamus, confirmamus, & innovamus, illasque firmiter & inviolatè observari jubemus.

Confirmatio bullarum prohibentium Legatis, & gubernatoribus remissionem bannitorum. Ad hoc vide notata hic in rubr.

§. 8. Districius inhibentes unicuique ex supradictis ne quis eorum tale quidpiam attentare audeat, vel præsumat, & nihilominus quæcumque per eos forsan de facto concedendas gratias eo ipso nullas, irritas, & invalidas esse, & cessari, viribusque, & effectu omnino carere, nec ipsi impetrantibus prodesse, aut suffragari.

Appellatio hujusmodi remissionum.

§. 9. Contra ipsos verò concedentes, cujuscumque status, gradus, nobilitatis aut conditionis fuerint, etiam per viam inquisitionis, querelæ, aut ex mero officio, tam in Syndicatu quam alias quomodocumque, ad pœnas non solum in prædictis Constitutionibus contentas, verum ad alias etiam graviores, privationis officiorum, dignitatum & feudorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, infamiz atque ignominiz perpetuæ, sine ulla spe veniz procedi debere statuimus, & decernimus.

Et si quæ obreptionem parant.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac nostris, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, etiam contra hujusmodi homicidas, bannitos, & alios facinorosos quomodolibet editis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, & innovatis, cujuscumque tenoris existant, per quæ præsentibus, nostrisque hujusmodi literis nõ expressa, aut omnino non inserta effectus gratiarum à vobis earumdem præsentium auctoritate faciendarum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda esset in nostris, vel vestris literis hujusmodi mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula derogatoria.

§. 11. Volumus autem facultatem vobis per præsentem concessam hujusmodi, lapsò biennio à data præsentium numerando omnino expirare.

Limitatio huius facultatis ad biennium, immo perpetua, ut in apostil. 1. Absolutio in iungenda est pena salutaris à Confessariis. Transumptis credi iubet.

§. 12. Quodque ij, qui prædictam libertatem, & indulgentiam in viam præsentium obtinuerint, pœnitentiam salutarem sibi postmodum per Confessarios idoneos à locorum Ordinariis approbatos, quibus plenam super prædictis facultatem concedimus, injungendam adimplere teneantur.

§. 13. Eorundem verò præsentium exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu, & Prælati Ecclesiastici sigillo munitis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud adhiberi debere, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

D. P. A. 1. die 3. Nov.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Novembris 1592. Pont. nostri Anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri IESU CHRISTI 1592. Indictione 5. die verò 5. mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis divina providentia Papa VII I. Anno 1. supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Basilicarum SS. Petri, & Joannis Lateranen. de Urbe, necnon in acie Campi Flora, & ad Valvas Cancellariæ Apostolicæ, per nos Joannem Baptistam Bagni, & Franciscum Baron, prælibatè S. D. N. Papa Curf.

Publicatio.

Hieronymus Lucius Mag. Curf.

XVI. Privilegia pro Conclavistis, qui in Conclavi in quo hic Pontifex electus fuit, interfuerunt.

Similes ac majores gratias quisque Pontifex concedere habemus consuevit, sed postquam hanc bullam, & aliam Pauli Tertium, non omittimus, quia vix alia de cetero usui esse poterunt.

Conclavistis qui Conclavibus interfuerunt in quibus creati fuerunt Summi Pontifices Gregor. XV. & S.D.N. Urban. VIII. privilegia eis respectivè concesserunt, & de Greg. XV. videre poteris inter ejus Const. i. Romanus, & S.D.N. Const. i. Circumspecta, inf. tom. 4.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Causa indulgentiarum.

Conclavista Papa familiaris sine Notariis Sedis Apostolice.

Comitesque Palatini, Nobiles, &c.

In eorum indulgentiis gaudendi.

Quitati consentaneum censemus, dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi in quo divina favente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, ut familiares domestici interserviendo interfuerunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum, congruis favoribus, gratiis & privilegiis pro cuiusque meritis exornare.

§. 1. Conclavistas itaque predictos, ac eorum quolibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, eorum supplicationibus hac in parte inclinati, Conclavistas prefatos in veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos Commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici sunt, seu militie Clericali adscribi desiderant, quosque venerabilis frater noster Alphonsus Episcopus Ostiensis Jesualdus, & dilecti filii nostri tituli S. Marie in Transiberim presbyter ab Altaemps, ac Franciscus S. Marie in via lata Diaconus Sfortia, nuncupari Cardinales, gradu, nobilitate, & aliis meritis merito dignos tali honore judicaverint, in nostros & Apostolicæ Sedis Notarios recipimus.

§. 2. Ac tam illos quam alios Conclavistas singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus dignitatis honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateranensis. Comites, ac Milites. Ac tam illos quam omnes & singulos alios Conclavistas indistinctè, qui nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex aliis Civitatibus temporalis dominio nostro, & diocesis Romanæ Ecclesiæ mediata vel immediata subiecti Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate tantum, quam sigillatim eorum quisque elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros originarios antiquissimos, & Nobiles, ac participantes Cives ipsius Urbis, & Civitatis, ita ut ipsum jus Civitatis, & ipsa civilitas ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, Apostolica auctoritate tenore presentium creamus, constituimus, deputamus, & nobilitatis ac civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium continuorum Commensalium nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum & diocesis Sedis Notariorum, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, ac Nobilium & Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus continuis Commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, ac Nobilibus, & Civibus haberi, & reputari volumus, & mandamus.

§. 3. Eisque ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus & literis, tam gratiam quam justitiam cõcerentibus, se familiares continuos Commensales nostros, ac Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessiones, & literæ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, & efficaces existant. Necnon ex nunc deinceps in perpetuum

omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus actionibus, & actionum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, honoribus, gratiis, concessionibus, & indultis ac juribus, quibus alii nostri familiares continui Commensales tempore dictæ assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & Rochettum Notariorum dictæ Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comites, ac Milites, & Nobiles, ac etiam originarii, & antiquissimi Cives Urbis, seu Civitatis, quam ut præferatur, elegerint, quique ex utroque parente de Nobile, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assequutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de verè nobili genere ex utroque parente nobili originario, & antiquissimo Cive procreati forent, ac hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionibus, & indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, aut emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, & indulgemus.

§. 4. Necnon eosdem Conclavistas singulos à solutione, & exactione decimarum, & cuiuscumque pedaggi, subsidii, gabelle, & cuiusvis alterius oneris, tam ordinarii quam extraordinarii, ubicumque locorum, & ex quacumque quantumvis gravi, & urgentissima ac excogitabili causa, & occasione impostorum, & pro tempore imponendorum, liberamus, & eximimus, liberosque & exemptos fore, & esse decernimus. Districtius inhibentes, ne exactores pedagiorum, decimarum, subsidii, gellarum, & onerum hujusmodi, ad aliquam solutionem cogere, & compellere, aut alii quicumque cuiuscumque ecclesiasticæ vel secularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, eos super præmissis, eorumve usu, possessione, vel quasi, directe vel indirectè, quovis quolibet colore vel ingenio molestare, vel aliâ quomodolibet impedire quoquo modo præsumant.

§. 5. Ipsisque Conclavistis singulis quoscumque fructus, redditus & proventus ecclesiasticos, ac etiam occasione pensionum annuarum ipsis vel eorum alicui reservatarum, ratione omissionis horarum canonicarum indebitè perceptos, cuiuscumque quantitates fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus. Ac cum eisdem super inhabilitate propterea quomodolibet contracta, ut etiam ex eo quod censuris hujusmodi ligati missas, & alia divina officia (non tamen in contemptu clavium) celebraverint, & alias divinis se immiscuerint, ut illis, & aliis præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, etiam ritè promoveri, & in illis ac susceptis per eos aliâ ritè ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite possint, auctoritate, & tenore præmissis de specialis dono gratiæ dispensamus.

§. 6. Necnon eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiuntur, ex quocumque damnato, & illicito, non tamen presbyteri, coitu forsan procreati sint, legitimamus, omnemque ab illis genituræ maculam sive notam abstergimus, & abolemus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, ac aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, vel alia de jure valida dispositione, succedere, & alia donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, & privata eligi, & assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per

Exemptio à solutione decimarum & impostorum, &c.

Remissio fructuum in locis perceptorum ob omissionem horarum canonicarum, &c. ac etiam irregularitatis.

Habilitatio illegitimi ad officia secularia, &c.

Omnia perinde ac si de legitimo matrimonio procreati forent. Ac eodem defectu non obstante, si alius canonicum eis non obstat, ut clericali charactero, qui illo nondum insigniti sunt, insigniti, & ad omnes de sacros, & presbyteratus ordines, si nondum propoiti existunt, promovendi, ac postmodum charactero, & ordinibus huiusmodi illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite valeant, dicta auctoritate eorumdem tenore presentium, etiam de specialis dono gratie dispensamus.

Dispensatio circa celebrationem habitum & tonsuram, pro Conclavistis habentibus pensionem centum ducatorum.

§. 7. Et insuper eisdem Conclavistis omnibus, & singulis, quod ratione quarumcumque pensionum ipsorum, & eorum cuilibet (non tamen ultra summam centum ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc & pro tempore reservatarum, & reservandarum) in habitu & tonsura per felicis recordationis Sixti Papae Quinti predecessoris nostri desuper editam declaratis, & prescriptis incedere, illisque deferre minime teneantur, & ob non delationem habitus, & tonsuræ huiusmodi, amissionis earumdem pensionum, vel alias penas dicta constitutione contentas nullatenus incurtant, aut incurrisse censentur, dummodo tamen alias habitum decentem, & honestum deferant, concedimus, & indulgemus.

Littere Apostolicæ gratis pro eis supradictis.

§. 8. Principimus quoque, & mandamus, quod omnes & quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, & quævis aliæ litteræ Apostolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, & expediri debeant.

Indultum quoad pensiones.

§. 9. Necnon Conclavistis prædictis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanis, seu aliarum Ecclesiarum, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis, super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitanis regularium, seu fructus, redditus, & proventus beneficiorum huiusmodi reservatos, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera huiusmodi, in toto vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ fuerint, alias similes pensiones annuas, tertiam partem omnium fructuum dictorum beneficiorum non excedentes, seu fructus, redditus & proventus huiusmodi usque ad summam prædictam, uni vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eisdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quotumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma quibus eisdem conclavistis reservatæ vel reservari fuerint, etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, seu per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, reservare, constituere, concedere, & assignare libere & licite valeant, concedimus, & indulgemus. Decorantes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere. Ipsaque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Privilegium de non registrandis.

§. 10. Necnon eisdem Conclavistis, eorumve aliquem ad præsentem litteras in Camera prædicta insinuandas, aut admitti, & registrari petendum minime teneri, nec illas, etiam intra tempus legitimum insinuatas, admittæ, aut registraræ non fuerint, minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Clausula huiusmodi concessio nis præservativa.

§. 11. Ac eisdem præsentibus, & in eis contenta quæcumque, sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriarum, vel qui illas limitarent, aut moderarentur quæ à nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, & in favorem fidei, ac divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint, comprehensas, sed

quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentibus in pristinum statum repositas, & reintegratas esse ac censeri.

Statuta sunt.

§. 12. Sicque per quoscumque Iudices, & commissarios in quavis causa vel instantia, subactis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definitum debere, irritum quoque & inane, si focus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Examinatio deponitur.

§. 13. Quocirca mandamus dilectis filiis Rerubendaario, & Computatori litterarum Apostolicarum Scriptorum, ac aliis ad quos pertinet, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena indignationis nostræ, ut litteras Apostolicas super præmissis omnibus, & singulis, tam consensum quam divisum, ac pro singulis quibus concessa sunt, & scorsim, ac separatim, cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro, ubique in omnibus officiis, & Abreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, plumbique & Registri, absque alia pecuniaria exactione, etiâ per viam compositionis faciendâ, omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expediât, & expediri faciant, Necnon Venerabilibus fratribus Amerin. & Camerinen. Episcopis, ac dilecto alio Curie causarum Camere Apostolicæ generali Auditori, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel aliam, seu alios literas prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta, ubi & quando expedierit, ac quoties pro parte dictorum Conclavistarum, seu aliorum eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant litteras, & in eis contenta huiusmodi inviolabiliter observari. Non permittentes Conclavistas prædictos per quoscumque desuper quomodolibet impediri seu molestari. Contradictores per censuras ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariis.

§. 14. Non obstantibus præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiam ad illud nondum devenit sit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac de nostra de præstando consensu in pensionibus, necnon pæ memoriæ Pii Papæ Quarti, de similibus vel dissimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii V. predecessoris nostrorum contra illegitimos, necnon in Vniversalibus, & Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Ordinum, Militiarum, ac etiam Urbis, aliarumque Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, necnon Camere prædictæ, & quarumcumque Vniversitarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, & etiam novis reformationibus, necnon etiam legibus, tam Pontificiis quàm Imperialibus, Regiis & Ducalibus, ac etiam sacris canonibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Superioribus, & personis, ac locis quibusvis in genere vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, necnon derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod Sacrista, & Magistri Cæremoniarum Capellæ nostræ, ac Medici, ceterique omnes & singuli, qui etiam in ipso Conclavi nobis & Cardinalibus, aut Capellæ prædictæ inserviendò interfuerint, quibuscumque privilegiis, & facultatibus per præsentibus concessis, ad quæ habiles, & idonei à tribus Cardinalibus prædictis iudicati fuerint, gaudeant, & sub illis comprehendi debeant.

Placet sumptuum.

§. 15. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis.

pressis, manu Notarii subscriptis, & sigillo alicujus Curie, seu in dignitate Ecclesiastica constituta personae munitis eadem proculs fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibitae, vel ostense. Nomina Conclavistarum, &c. Nulli ergo, &c. Dat. Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnacionis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, quinto Id. Novembris, Pontificatus nostri Anno primo.

D.P.A.T. die 25. Nov.

**XVII.** Institutio Orationis Quadraginta horarum alternatim & jugiter habendae in Ecclesiis, & pilis locis Almae Urbis, ad praescriptam Ecclesiarum & temporis distributionem, cum indulgentiarum concessione.

Continuationem hujusmodi Orationis praecipit Paulus V. die 10. Maii 1606.

Haecenus in Vrbe instituta fuit tempore Pii IV. Archiconfraternitas Orationis, & Mortis, quae singulis mensibus hanc celebrat Orationem, ut in ejusdem Pii constitur. 22. Divina, fol. 24. lib. 2.

Edita A.D. 1592.

**CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, Salutem, & Apostolicam benedictionem.**

Causa huiusmodi.

**G**RAVES, & diuturnae Christianae Reipublicae calamitates, quae peccatis promerentibus quotidie magis ingravescent, pastorem sollicitudinem nostram, quam universae Ecclesiae debemus, assidue commovent, magno sane cum doloris sensu praesentium malorum, & impendentium periculorum metu, sed praecipue cor nostrum, & paterna viscera nostra transigit luctuosus status nobilissimi, & olim florentissimi Galliae Regni, quod tot jam annos summa rerum perturbatione, & omnium malorum acerbitate conflictatur, serpunt in dies latius haerensum incendia, jamque pari furoris inflammatae sanctae Ecclesiae inimici, hinc haeretici, inde Turcae cervicibus nostris propius imminet, plane ut manifeste omnibus appareat, ad tam multa incommoda repellenda, inanem esse omnem operam hominum, inanes labores, & imbecilles vires, nisi caelestis gratiae auxilio roborentur, quod ut consequi possimus, confugiamus necesse est ad illum desideriorum nostrorum fidem internuntium, atque interpretem, & bonorum omnium conciliatricem Orationem, quae ex corde humili, & animo cōtrito emissa, caelos penetrat, iram Dei mitigat, plagas & flagella avertit, & divinae misericordiae impetrat abundantiam, est enim, ut sancti Patres illam vocant, clavis caeli, & cum ascendit Orationem, descendit Dei misericordia, & quidem tanto facilis, & uberius descendit, quanto major fidelium ac piorum multitudo in uno charitatis spiritu copulata continuat adhibet preces.

Institutio Orationis de qua in rubr.

§. 1. Quare memores verbi Domini, quod est apud Sanctum Prophetam: Invoca, inquit, me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me, statuimus ad placandum Deum, ut avertatur ira ejus à populo suo, & ad ejus opem his difficillimis temporibus impetrandam, perpetuam sine intermissione Orationem publicè in hac Alma Vrbe sic instituere, ut in Ecclesiis Patriarchalibus & insignibus Collegiatis, necnon S.R.E. Cardinalium titulis, & Diaconiis, & Regularium, atque etiam Confraternitatum Ecclesiis, quae seorsum descriptae erunt, certis praefinitis diebus pia, & salutaris Quadraginta horarum Oratione celebraretur, ea servata Ecclesiarum, & temporis distributione, ut die, nocteque, quavis hora, toto vertente anno, sine intermissione Orationis incensum in conspectu Domini dirigatur.

Hortatio ad pios ibi orandum pro hic enarratis.

§. 2. Quamobrem vos omnes, quos uti peculiare filios, praecipuo complectimur affectu, vehementer in Domino hortamur, ut in hoc saluberrimo, & pernecessario orandi studio vos ipsos pie & diligenter exerceatis. Pauperes omnes sumus, & Dei gratia indigemus, bonorum omnium auctor, & largitor est Deus, nihil boni adipisci, nihil mali evitare sine eo possumus. Petite ergo, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Orate pro Ecclesia san-

ta Catholica, ut dissipatis erroribus, unius fidei veritas toto terrarum orbe propagetur. Orate ut peccatores redeant ad cor, & ne scelera hostibus absorbeantur, sed per Poenitentiae tabulam salventur. Orate pro Regum & Christianorum pace, & unitate. Orate pro afflicto Regno Galliae, ut qui dominatur cunctis regibus, & cujus voluntati nihil resistit, Regno Christianissimo, & optimè de Christiana religione merito vetorem pietatem, & pristinam tranquillitatem restituat. Orate ut fidei hostes reterrim Turcae, qui furore, & audacia incensi, Christianis omnibus servitute, & vastitatem minitari non cessant, ipsius Dei Omnipotentis dextera conterantur. Orate denique pro nobis, ut Deus infirmitatem nostram sibi leveat, ne tanto oneri succumbamus, sed det nobis in populo suo verbo, & exemplo proficere, & opus ministerii nostri adimplere, ut una cum grege nobis licet immeritis credito, ad vitam sempiternam perveniamus, per aspersionem sanguinis Agni immaculati, quem in Altari offerimus, & Deo Patri representamus, ut respiciat in faciem Christi sui, & parcat nobis peccatoribus, intercedente etiam advocata nostra sanctissima Virgine Dei genitrice MARIA, Sanctisque omnibus cum CHRISTO Domino regnantibus.

Hae oratio instituta in Palatio Apostolico in prima Divina Adventus.

§. 3. Hanc autem piam orationem nos ipsi primùm in nostro Apostolico Palatio, prima Dominica sacri Adventus post missarum solemniam inchoabimus, cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, & qui in Vrbe adsunt Episcopis, & Praelatis, ut deinceps suo ordine in caeteris Urbis Ecclesiis ad praescriptam formam celebraretur, & salutaris consuetudo sine intermissione orandi ritè ac devotè inducatur.

Indulgentia pro orationibus sanctiss. D.N. Pauli V. in Vrbe, tempore orationis esse indulgentiam.

§. 4. Ceterùm ut eo propentius in hoc pio instituto perseveretis, de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque Sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, ac Sanctissimo Eucharistiae Sacramento refectis, qui in quacumque Ecclesia, ubi oratio ejusmodi indicta fuerit, devotè orando unam saltem horam perseveraverint, plenariam peccatorum suorum indulgentiam concedimus, & elargimur, iis verò qui inibi pias ad Deum preces breviori temporis spatio effuderint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis sibi aut aliis debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die vigesima quinta Novembris, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Pont. nostri Anno primo.

D.P.A.T. die 25. Nov.

**XVIII.** Nullitates jurisdictionis, citationis & mandati, & non aliae, in omnibus Status Ecclesiastici Tribunalibus attendantur.

Hoc idem quoad Tribunalia Urbis iussit Pius IV. sup. in ejus constit. 58. Cum ab ipso, fol. 60. Et specialiter in Rota, in alia ejus constit. 44. In Throno, sup. fol. 44. Et in Commissionibus causarum id specificari decrevit in altera ejus bulla 59. Cum nuper, sup. fol. 63. Et eadem decrevit Paul. V. in ejus constit. 71. Univerf. §. 1.

**CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.**

Edita A.D. 1593.

**L**ITUM dispendiis & ambagibus, praesertim inter personas curae, & jurisdictioni nostrae, etiam in temporalibus subiectas occurrere quantum in nobis est, cupientes.

Exordium. Pius IV. 1565 tantum nullitates à iudicibus Urbis at tendi decrevit, ut supra, fol. 60 in similibus 58. Cum ab ipso, & hic Pont. ad omnes Status Ecclesiasticos.

§. 1. Statutum fel. recordat. Pii Papae quarti praedecessoris nostri, ne Iudices Almae Urbis nullitates attendant, nisi ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati, sed illis non obstantibus, ad expeditionem causarum procedant, ad omnes & quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, Magistratus, & Officiales, nedum Urbis etiam Capitolinos, sed in quibusvis ditionis temporalis Ecclesiasticae Provinciis, & Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis quaecumque jurisdictionem exercentes, & quavis auctoritate, & dignitate fungentes, hac nostra pe-

quo valitura constitutione extendimus, & ampliamus, ac que in quocumque Tribunali aut Curia seculari, etiam Capitolina, vel ecclesiastica firmiter, & inviolate servari.

Clausulas sublatas, & apponit.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoscumque ex ipsis Iudicibus, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ac Legatos etiam de latere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate, in quacumque causa, & instantia, etiam nunc pendente, aut in futurum movenda, ecclesiastica, & profana, civili, & criminali, aut mixta, iudicari, & definiti, & quibuscumque nullitatibus praeter superius expressas nequaquam ardentis, ad expeditionem causarum earumdem procedi debere praecipimus, & mandamus. Decernentes irritum, & inane si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulas derogatorias addit.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, necnon legibus etiam Imperialibus, earumdemque Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, locorum etiam dictae Urbis, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis ipsis, earumve consiliis, Iudicibus, Magistratibus, Officialibus, Curias, & Tribunalibus, Collegiis, vel personis quomodolibet concessis, etiam saepius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut quavis alia forma ad verbum inserta, & forma in illis tradita, ad unguem servata foret, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ad effectum praesentium specialiter, & expresse derogamus, ceterisque quibuscumque.

Transumptis citari jubet.

§. 4. Volumus autem praesentium literarum exemplis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Praelati ecclesiastici ob signatis eandem fidem haberi, quae haberetur eisdem praesentibus exhibitis vel ostensis, eademque praesentes in valvis Basilicae Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florae, ut moris est, affigi, & publicari, ac post triginta dies cunctos quos concernunt perinde affigere, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent. Nulli ergo, &c.

Dat. P. An. 2. die 9. Febr.

Publicatio.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domicae millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, quinto Idus Februarii, Pont. nostri Anno 2.

Anno a Nativitate Domini Nostri IESU CHRISTI 1593. Indictione 6. die vero 22. mensis Martii, Pontificatus Sanctissimissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papa VII. Anno eius 2. supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Basilicae SS. Petri, & Ioannis Lateranensis, de Urbe, & in acie Campi Florae, per nos Ioannem Baptistam Bagni, & Franciscum Baron, Sanctissimum D. N. Papa Curf.

Baptista Pressus Mag. Curf.

XIX.

Approbatio constit. Pauli I V. & Pii V. circa leges, & ordinationes à Iudaeis ubique locorum observandas. Et expulsio eorundem ab omnibus Civitatibus, & Terris Status Ecclesiast. Roma, Avenione, & Ancona exceptis.

Hanc constit. quoad Hebraeos Orientales, & alios Anconae domicilium habentes, hic idem Pont. declaravit infra in eius bulla 26. Ex Apostolica.

De materia Iudaeorum notavi supra in Pauli IV. const. 3. Cum nimis, fol. 589.

Edita An. D. 1593.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Primum.

Cum & obdurata Hebraeorum perfidia, non solum ingrata est in Dominum, ac Redemptorem humani generis IESUM CHRISTUM Dei Filium ipsis promissum, & ex semine David secundum carnem natum, sed neque etiam sanctae Matris Ecclesiae, ipsorum conversionem patienter expectantis, magnam erga eos misericordiam agnoscit, quinimmo pietati Christianae pro gratia injuriam reddens, non cessat quotidie tot commit-

tere enormes excessus, tot detestanda peccata flagitia in praedictum ipsorum Christi fidelium, qui eos in testimonium verae fidei, & in memoriam passionis Dominicae, atque ut tandem respiciant, benigne tolerant, & recipiant, ut nos gravibus querimoniis ea de causa ad nos perlatis impulsu, cogamur pro debito pastoralis officii opportunum aliquod huic malo remedium adhibere.

Prohibitio Indali huius libri, & alia impia scriptura recitandi, vel quovis modo utendi.

§. 1. Sanè jam pridem fel. record. Paulus Papa Quartus praedecessor noster per suam sub dat. pridie Idus Julii, Pontificatus sui Anno primo editam constitutionem prudenti ac salubri consilio certas praescripsit leges, quas Iudaei in Terris ditionis Ecclesiasticae degentes servare tenerentur.

Pius V. approbavit in constit. 6. & in sua const. 80. Et postea de statu Ecclesiastico expulsi in sua const. 6. & 80. fol. 178.

§. 2. Eaque postmodum recolenda mem. Pius Papa Quintus itidem praedecessor, sub dat. videlicet tertio decimo Kalendas Maii, Pontificatus sui Anno primo, non solum innovavit, sed etiam complura indulta, & privilegia quorum obitu Iudaei se debebant, abrogando, eandem Pauli praedecessoris constitutionem adversus illa restituit, ac firmiter observari praecipit, ac demum per alias suas literas eos ab omnibus ditionis temporalis Ecclesiasticae Civitatibus, Terris, & locis, Urbe Roma, & Ancona exceptis, perpetuo exulare iussit, prout in eorum literis latius continetur.

Sed tamen Iudaei quamplures indulta & tolerantias adversus praedictas leges extorserunt.

§. 3. Quae cum optima suadente ratione à sancta hac Sede emanaverint, ipsi tamen Iudaei successu temporis paulatim ab huiusmodi vinculis se eximere attentarunt, & forsitan ab aliis praedecessoribus nostris, qui ut eos ab eorum caligine ad agnitionem verae fidei allicerent, mansuetudinem Christianae pietatis non denegandam eis censuerunt, aliquas super hoc tolerantias, sive indulta extorserunt. Quibus postmodum contra piam eorundem praedecessorum mentem, & intentionem pravè abutentes, eo tandem progressi, ut adversus divinas, naturales, humanasque leges magnis, & gravibus usuris pecuniarum, quas praesertim à pauperibus, & egenis exigunt, monopolis illicitis, & foeneratiis pactis, fraudibus, dolis in contrahendo, ac fallaciis plurimos cives, & incolae ditionis temporalis ecclesiasticae, ubi commorantur, miserè exhauserint, circumvenerint, bonis spoliaverint, ac tenuis potissimum fortunae homines, praesertim rusticos, & simplices, non solum ad extremam inopiam, & mendicitatem, sed propemodum in servitutem redegerint, multa praeterea, & quidem graviora scelera, & flagitia ipsi commiserint, & perditio cuique ac nequissimo in facinoribus patrandis suam licentissimè operam, & quancumque poterunt opem praestiterint.

Hic itaque Pontifex deus Paulus V. const. innovavit, & confirmavit.

§. 4. Nos igitur his, & aliis gravissimis de causis adducti, huiusmodi nationem à pietisque ex nostris Populis, apud quos experientia docuit eam multo plus detrimenti afferre, quam boni ab ipsa sperari queat, censuimus omnino expellendam, & tamen ne à nobis proclus ejecta ad gentes quae CHRISTUM non norunt, divertat, atque à via salutis reliquiis Israël prophetico ore promissae longius recedat, eam ab amplioribus quibusdam, aut nobis proximis Civitatibus, ubi facilius legum vinculis, & Iudicum severitate in officio contineri possit, duximus non repellendam. Ac proinde nos eorundem Pauli, & Pii praedecessorum vestigiis inhaerentes, primum quidem eorum constitutiones & literas, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, harum serie approbamus, & innovamus, illisque perpetuo, inviolabilis, & inconculsae firmitatis robur adjuicimus.

Privilegia eius contra eorum concessa revocavit.

§. 5. Deinde verò usu, & re ipsa edocti quae eisdem Iudaeis praeter illorum formam, pia & benigna eorum qui secuti sunt, praedecessorum nostrorum indulgentia permessa fuerunt, ea ut sperabatur minime profuisse, quinimmo contramentem concedentium, malitia Iudaeorum in damnum Christi fidelium retorta extitisse, omnia, & quaecumque, si quae forsà à sim. mem. Pio Quarto, Sixto Quinto, & aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, sive de eorum, ut asseritur, mandato in favorem eorundem Iudaeorum, tam in Alma Urbe tantum, quam in quibusvis aliis ditionis temporalis Ecclesiasticae Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis degentium, etiam super hoc ipso, ut ubilibet commorari eis liceat, in genere vel in specie, etiam Motu proprio, vel sub praetextu causae, & tituli onerosi, etiam vim contractus inducentis, aut alias

concessa

concessa dicantur, privilegia, permissiones, indulgentia, aut capitula, quorum etiam omnium, & singulorum tenores pro expressis, ac ad verbum insertis habemus, in ea parte qua predictis eorundem Pauli, & Pii V. predecessorum necnon presentibus nostris literis advertantur, aut ultra illas aliquid concedant, harum serie revocantes, cassantes, abolentes, & annullantes, irritaque, cassa, & nulla decernentes.

*Exemplum praecepti ad te...*

§. 6. Hac nostra perpetua valitura constitutione praecipimus & mandamus, ut omnes, & quicumque Iudaei utriuslibet sexus, qui in quibusvis ditionis nostrae temporalis universae Civitatibus, etiam Bononien. & Benaventan. Oppidis, Terris, Castris, & locis, etiam sub eadem ditione consistentium Baronum, & Domicellorum quantumque jurisdictionem, praerogantiam, titulum, insignia, seu exemptionem habentium, ad praesens reperiuntur, debeant omnino intra tres menses a die publicationis praesentium literarum in Romana Curia faciendae numerandos, ex eisdem ditionis temporalis, & status Ecclesiastici finibus discessisse & alio commigrasse. Quin potius tam illos quam alios, si qui fortasse ad praedictum statum accedent, jubemus in posterum a tota ditione praefata, non solum nostris, sed etiam perpetuis futuris temporibus sine ulla spe reditus exulare, ita ut quicumque Iudaei, sive incolae, sive peregrini, praesentes, aut futuri, in quavis dictae ditionis Civitate, Oppido, Terta, vel loco, etiam Domicellorum, & Baronum huiusmodi quandocumque post lapsum trium mensium praedictorum inventi fuerint, rebus omnibus spolientur, &que Fisci iuribus applicentur. Eorum vero unusquisque, qui aetate, & corporis viribus satis firmis ad eam poenam sustinendam reperietur, ad triremes quoad vixerit sit eo ipso damnatus. Idque in toto statu praedicto ubique servetur (Urbe Roma, & Avenionen. atque Anconitan. Civitatibus distaxat exceptis) ubi eos, qui ad praesens ibidem, vel alibi intra praedictum statum degunt, si ad dictas potius Civitates quam alio se recipere maluerint, & praedictis de causis, & ad prosequendas cum Orientalibus mercaturae negotiationes, & commercia, & quia illos praesertim, qui nostro, & huius Sedis conspectui proximi sunt, poenae formidine a maleficiis temperaturos, atque interdum aliquos lumen veritatis facilius agnituros speramus, censuimus tolerandos.

*Statuta locorum, Apostolicis, & canonicis functionibus...*

§. 7. Verum his ipsis, quos in tribus tantum praedictis Civitatibus commotari permittimus, Universis, & singulis Iudaeis praecipimus, ut Civitatum Praedictarum in quibus pro tempore habitaverint statuta favorem Christianorum concernentia, necnon edicta Ordinariorum & Magistratum, praecipue vero nostras, ac praedictas Pauli & Pii Quinti predecessorum, & alias Apostolicas, & canonicas quae circa ipsos Iudaeos aliquid disponunt, constitutiones inviolabiliter observent.

*Executores huius consilii deputati.*

§. 8. Quocirca tam dilectis filiis nostris in Alma Urbe Vicario, & Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, quam aliis universis & singulis status, & ditionis Ecclesiasticae Civitatum, Oppidorum, & locorum Ordinariis, necnon Legatis, Vicelegatis, Praesidibus, Gubernatoribus, nunc & pro tempore existentibus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus eorum unusquisque curet quantum in se est, praesentes literas, nulla alia a nobis expectata iussione, aut mentis declaratione, debite executioni quamprimum demandari, ac deinde perpetuo firmiter, & inviolate observari, nec solum quicquam contra illarum tenorem, etiam praetextu haecenus concessorum indulgentium, permissionum, sive consuetudinum tolerare, indulgere, aut permittere, vel licentias aliquas concedere praesumant, sed contra quoscumque inobedientes, & transgressores omni severitate animadvertant, contraditores per opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo.

*Clausula derogatoria apponit.*

§. 9. Non obstantibus praemissis, necnon quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, tam per superius nominatos, quam alios quoscumque nostros predecessores Universitatibus eorundem Iudaeorum, sive eorum aliquibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & ex quibusvis causis, etiam gravissimis, & urgentissimis,

quae onerosam vim contractus solemniter aucti ultro citroque obligatorii inducentibus, tam in genere super praemissis, & super habitando in locis ditionis Ecclesiasticae bene visis, & super exercendo quocumque mercaturae genere, quam in specie illi qui in tribus praedictis Civitatibus commorantur, seu aliis concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi pro expressis, ac forma ad unguem servata ad verbum insertis habentes, specialiter, & expresse harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem praesentes literas in valvis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florae per aliquem ex Curatoribus nostris, ut motis est, publicari, & elapso termino superius descripto, eos quos concernunt perinde efficere, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent.

*Forma publicationis subjicit.*

§. 11. Illarum quoque transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae ob signatis eandem fidem haberi, quae ipsis originalibus haberetur, si essent exhibita vel ostensa. Nulli ergo, &c.

*Transumptis que credi solent.*

Datum Romae in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Kal. Martii, Pont. nostri Anno secundo.

*D. P. A. 2. die 25. Febr.*

Anno a Nativitate D. N. Iesu Christi 1593. indictione 6. die vero 13. mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis divina providentia Papa VIII. Anno ejus 2. supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Basilicarum SS. Petri, & Ioannis Lateranen. de Urbe, necnon in acie Campi Flora, per nos Ioannem Baptistam Bagni, & Franciscum Baron, S. D. N. Papa Curf. Baptista Pressus Mag. Curf.

*Publicatio.*

Contra Hebraeos tenentes, legentesque libros Thalmud, & alios haecenus damnatos, aut blasphemias, & contumelias in Deum & Sanctos continentes.

*XX*

De libris Thalmud, prima prodiit prohibitio ab Innoc. IV. in const. 2. Impia, fol. 93. & alia de his & similibus libris, prodiit a Iul. III. in const. 24. Cum sicus, fol. 84. Alia autem de materia Iudaorum indicavi in const. praeced.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

*Edita A. D. 1593.*

Um Hebraeorum malitia novas in dies excogitet fraudes, quibus perniciose volumina, librosque impios, ac plane detestabiles, tum antiquitus damnatos, tum recens conscriptos in vulgus proferat.

§. 1. Nos & ipsis exitiale, & Christiano populo periculosum rati hanc eorum nequitiam conventibus oculis tolerare, ac pro nostro pastoralis officio opportunum huic malo remedium adhibere volentes, adducti exemplo complurium Romanorum Pont. predecessorum nostrorum, praesertim fel. rec. Gregorii IX. Innoc. IV. Clementis IV. Honorii IV. Joannis XXII. Iulii III. Pauli IV. & Greg. XIII. qui saepius impiu illud Thalmud nuncupatu, & alia similia reptobata & detestanda scripta & volumina damnarunt, & retineri prohibuerunt, seu alias ex Christiani Orbis Provinciis & Regnis pro zelo exterminarunt, omnes & singulas eorundem predecessorum super hoc editas literas, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, harum serie approbantes & innovantes.

*Approbatio prohibitionis lib. Thalmud & aliorum detestabilium scriptorum*

§. 2. Atque illis haec addentes, omnibus & quibuscumque Universitatibus Hebraeorum, eorumque singulis, tam in temporali S. R. E. ditione, quam etiam extra eam ubivis locorum, & in quibusvis Christiani orbis partibus constitutis perpetuo prohibemus, ne quovis libris & codices impios Thalmudicos saepe damnatos, vanissimos, cabalisticos, atque alios nefarios a predecessoribus nostris prohibitos & condemnatos, necnon opera, commentaria, tractatus, volumina & scripta quaecumque, tam lingua

*Prohibitio lib. Thalmud & aliorum impia scripta retinendis, vel quovis modo utendi*



gna Hebraica, quam quavis alia hactenus conscripta, aut  
 versa, edita, & impressa, ac in posterum conscribenda, aut  
 vertenda, edenda vel imprimenda, continens seu con-  
 tinentes, tacite vel expresse, hæreses vel errores contra  
 sacras veteris legis & testamenti, scripturas, necnon con-  
 tumelias, impietates, blasphemias contra DEUM, san-  
 ctissimam TRINITATEM, & Salvatorem nostrum Domi-  
 num JESUM CHRISTUM, & ipsam sanctam Christianam  
 fidem ac beatissimam ipsius Genitricem semper Virgi-  
 nem MARIAM, & beatos Angelos, Patriarchas, Prophe-  
 tas, Apostolos, aliosque Sanctos DEI, sacratissimam Cru-  
 cem, Sacramenta novæ legis, sacras imagines, & sanctam  
 Catholicam Ecclesiam, & Sedem Apostolicam, ac contra  
 Christi fideles, præsertim Episcopos, Sacerdotes, & alias  
 ecclesiasticas personas, atque etiam contra nuper ad eju-  
 dem CHRISTI fidem conversos ac Neophytos, & alias  
 contra Religionem Catholicam, vel in quibus etiam im-  
 pudicæ & obscenæ narrationes memorantur, etiam sub  
 prætextu quod expurgata fuerint, vel donec expurgentur,  
 sive quod de novo typis excusa fuerint, mutatis nominibus,  
 vel etiam sub obtentu, seu coleratia aut permissione,  
 ut prædicant, Secretarii, aut cujusvis personæ sacri Cõ-  
 cili Tridentini, aut Indicis librorum prohibitorum, per  
 rec. mem. Pium Papam I V. prædecessorem nostrum edi-  
 ti, vel cujusvis indulti Apostolici, aut licentiæ per S. R. E.  
 Cardinales, etiam Legatos, aut Camerarium, seu Came-  
 ram Apostolicam, vel nuncios, etiam cum potestate Lega-  
 ti de Latere, aut locorum Ordinarios, seu Inquisitores  
 hæreticæ pravitatis forsitan quomodolibet concessæ, aut  
 quovis alio quæsito colore legere, habere, vel retinere,  
 emere, vel vendere, aut evulgare ullo modo audeant vel  
 præsumant.

Revocatio  
 quarumcum-  
 que facultat-  
 um, indul-  
 gentiarum illa  
 tenendi.

§. 3. Omnes verò & quascumque facultates, litteras,  
 permissiones, indulta, tolerantias legendi, tenendi, etiam  
 ad tempus certum vel incertum, vel ad effectum prædi-  
 ctos, & sub similibus vel aliis prætextibus quæcumque,  
 ut præfertur, prohibita scripta, volumina, libros, & alia  
 supradicta quibusvis Iudæis in genere, vel in specie, à  
 prædecessoribus nostris, & dicta Sede Apostolica, seu ejus  
 Legatis etiam de latere, vel Nunciis, aut Inquisitoribus  
 hæreticæ pravitatis, aut locorum Ordinariis, vel quibus-  
 vis aliis, quavis dignitate vel auctoritate fungentibus, etiam  
 S. R. E. Cardinalibus, ejusque Camerario, seu Camera præ-  
 dicta, sub quibusvis verborum formis & conceptionibus,  
 & quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis  
 clausulis, ac viâ contractus inducentibus, irritantibusq;  
 & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia,  
 deque Apostolicæ potestatis plenitudine, seu ad quorum-  
 cumque Principum, etiam Regali, Ducali, vel alia quacum-  
 que præminentia fulgentium instantiam, vel eorum in-  
 tuitu concessas, auctoritate & tenore præmissis revocamus,  
 irritamus, & annullamus, ac pro revocatis, irritis & peni-  
 tus infectis in perpetuum haberi volumus.

Prohibitio  
 concedendi  
 has licentias,  
 & eis utendi.

§. 4. Distinctius inhibentes, tam quibuscumque ex præ-  
 dictis quavis auctoritate & facultate suffultis personis,  
 ne hujusmodi licentias, tolerantias, indulta quoquo mo-  
 do concedere, quam Iudæis, ne illis sic per præsentem re-  
 vocatis, aut posthac forsitan de facto concedent, uti, aut earum  
 prætextu, seu aliis quomodolibet libros prædictos  
 retinere, legere, deferre, emere, vendere, aut de novo  
 edere præsumant.

Præscriptio ter-  
 mini ad cuius-  
 modum libros  
 consignandos  
 Inquisitori-  
 bus aut lo-  
 corum Ordina-  
 riaris.

§. 5. Quinimò si quos ad præsens habent, eos statim  
 intra decem dies Romæ in officio Sanctæ Romanæ &  
 universalis Inquisitionis, extra Urbem verò intra duos  
 menses à die publicationis præsentium numerandos, lo-  
 corum Ordinariis, seu inquisitoribus hæreticæ pravitatis,  
 à quibus postmodum absque alio mandato nostro, nulla  
 interposita mora comburantur, exhibere, tradere & con-  
 signare omnino teneantur & debeant.

Pœnarum  
 inflatio in  
 contraveni-  
 tes.

§. 6. Præcipientes tam ipsis Iudæis quam quibuscum-  
 que Typographis, Bibliopolis, seu mercatoribus, & aliis  
 quibuscumque Christi fidelibus, etiam cujuscumque status,  
 gradus, ordinis vel conditionis existentibus, sub pœnis  
 amissionis librorum, & publicationis omnium bonorum  
 Fisco ejus Principis, in cujus ditione libri reperti fuerint,  
 applicandorum, ac aliis etiam gravioribus & corporis af-  
 flictivis arbitrio Diocæsani, ac etiam Inquisitoris, si inibi  
 fuerit, statuendis ac moderandis, necnon quoad Chri-

Bullarij Magni Tom. III.

stianos, etiam excommunicationis majoris lætæ senten-  
 tiæ per unumquemque contra facientem eo ipso ineur-  
 rentis, ne hujusmodi libros & alia scripta superius pro-  
 hibita, ut præfertur, retinere, habere, legere, edere, typis  
 excudere, seu imprimere, describere, vel exemplare, ad-  
 vechere, emere, vendere, donare, commutare, aut aliis quom-  
 odolibet distrahere vel alienare audeat.

Et in senten-  
 tiis præ-  
 dictis præ-  
 sumptis

§. 7. Neve quisquam, etiam sub prædictis & aliis pœnis  
 contra fautores apostatarum à fide & hæreticorum, à sa-  
 criæ canonibus & constitutionibus Apollolicis inflatis,  
 ipsi Hebræis pro habendis, scribendis, seu imprimendis  
 hujusmodi libris, vel undecumque afferendis, seu trans-  
 vehendis, aut pro eorumdem legendorum licentia de cæ-  
 tero impetranda opem, consilium, auxilium vel favorem  
 præstare, aut impendere quoquo modo, audeat.

Deputatio  
 executorum  
 huius consi-

§. 8. Quocirca venerabilibus fratribus nostris tam San-  
 ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversus hæreticam  
 pravitatem in toto terrarum Orbe generalibus Inquisi-  
 toribus, quam etiam Patriarchis, Prælatibus, Archiepi-  
 scopis, Episcopis, ceterisque locorum Ordinariis, & In-  
 quisitoribus quibuscumque ejusdem hæreticæ pravitatis,  
 in quibusvis Regnis, Provinciis, & Civitatibus pro  
 tempore existentibus per Apostolica scripta mandamus,  
 quatenus ipsi & eorum Magistri in Civitatibus, Terris,  
 & locis ubi Iudæi comorantur, tam in eorum Synagogis &  
 locis publicis, quam privatis domibus, aut officinis, &  
 aliis ubique locorum, etiam apud Bibliopolas Christia-  
 nos prædictos, sic prohibitos libros & scripta, per se  
 vel alium seu alios ab eis deputandos diligentissime per-  
 quirant, & contra eos qui super retentione hujusmodi  
 culpabiles reperti fuerint, ad prædictarum & aliarum etiam  
 graviorum eorum arbitrio pœnarum executionem pro-  
 cedant. Contradictores, necnon inobedientes quoscum-  
 que, sive auxilium, consilium, vel favorem præstantes  
 per opportuna juris & facti remedia, appellatione post-  
 posita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fue-  
 rit, auxilio brachii secularis.

Clausula de  
 revocatio.

§. 9. Non obstantibus præmissis, necnon constitutio-  
 nibus & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque,  
 indultis, & lictis Apostolicis dictis Hebræis, eorumve  
 Universitatibus sub quibuscumque tenoribus & formis,  
 & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis,  
 aliisque efficacioribus & insolitis clausulis & decre-  
 tis, in genere vel in specie quomodolibet concessis,  
 etiam sæpius approbatis & innovatis. Quibus omni-  
 bus & singulis, etiam alias pro illorum sufficienti deroga-  
 tione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spec-  
 ifica & individua mentio habenda, seu quævis alia ex-  
 quæsitæ forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi,  
 necnon formas, & decreta in illis apposta, ac si de verbo  
 ad verbu insererentur præsentibus pro sufficite expressis  
 & insertis habentes, illis quoad reliqua in suo robore per-  
 manentibus, ad effectum præmissorum specialiter & expres-  
 se derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Forma & es-  
 sentia publi-  
 huius consi-  
 habet hic in  
 fin.

§. 10. Volumus autem præsentem litteras ad valvas Ba-  
 silicæ Principis Apostolorum de Urbe, in acie Campi  
 Floræ, atque in platea quæ Iudæorum nuncupatur, per  
 Cursores nostros publicari, earum exemplis inibi affixis,  
 ac dimissis, ac post hujusmodi publicationem & elapsum  
 terminum superius præscriptum, cunctos & singulos  
 quos concernunt, perinde arctare atque affectare, ac si eorum  
 cuilibet personaliter intimata fuissent.

Transumptio  
 fides.

§. 11. Illarumque exemplis etiam impressis, manu ali-  
 cuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in  
 dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem  
 prorsus fidem in iudicio & extra illud haberi, quæ ipsis  
 præsentibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio pœ-  
 nalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam  
 nostre approbationis, innovationis, additionis, pro-  
 hibitionis, revocationis, irritationis, annulationis, volun-  
 tatis, inhibitionis, præcepti, mandati, & derogationis in-  
 fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
 hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis  
 Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se-  
 noverit incursurum.

D. P. A. a die  
 23. Februar.

Dat. Romæ apud Sanctu Petru, anno Incarnationis Do-  
 minicæ millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, pri-  
 die Kalend. Martii, Pontificatus nostri Anno secundo.

C < Anno

*Publicatio.* Anno *Incarnationis* D. 1593. *Inditione* 6. die *quarta* Sabbati 3. mensis *Aprilis*, *Pont.* Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clem. divina providentia Papa VIII. Anno eius secundo, *reverscripta* littera *Apost.* *affixa*, & *publicata* fuerunt in *Valvis* *Basilica* *Principis* *Apostolorum* *de* *Urbe*, in *acie* *Campi* *Flora*, & in *Platea* *nuncupata* *Iudaorum*, *relictis* in *eis* *copiis* *affixis* *per* *nos* *Ioan.* *Bapt.* *Bagni*, & *Franciscum* *Baron*, *S. D. N. Papa* *Curs.* *Baptista* *Preffius* *Mag.* *Curs.*

**XXI.** Reformatio circa electionem Praepositi generalis, aliorumque Praelatorum Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi de Observantia, sub regula S. Augustini, & Capitulorum generalium & Dietarum celebrationem, totiusque Ordinis salutrem directionem.

*Edita* *A. D.* **CLEMENS PAPA VIII.** *1593.* *Ad perpetuam rei memoriam.*

**Q**Uae ad prosperam religiosorum directionem, ac reformationem pertinent, ea libenter concedimus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

*Exordium.*

Sanè cum post festa paschalia Capitulum generale Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi in Monasterio S. Petri de Hosp. Lauden. dicecesis celebrandum sit, nos qui Congregationem ipsam ad pristinam regularis observantiae normam reduci ac reformari maxime cupimus, nonnulla quae in eodem Capitulo publicari, & deinceps perpetuo in eadem Congregatione observari volumus, statuenda censuimus.

*Approbatio* *aliorum* *in* *Capitulo* *gen.* *&* *Dieta* *ultimo* *loco* *habitis.*

§. 1. Motu igitur proprio, ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, & de Apostolicae Sedis plenitudine, cum acceperimus ex diversarum Apostolicarum constitutionum diversis temporibus à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, pro eadem Congregatione factarum forsan invicem contrarietate, in Capitulo generali Mantuae ultimò celebrato, ac in Dieta generali de mense Octobris proximè praeterito habita, omnia in illis gesta juxta patrum constitutum praescriptum ad unguem fieri non potuisse, immo forsitan aliquibus eorumdè constitutionibus aliqua ex parte contravenitum extitisse, & ideo de illorum validitate ab aliquibus haesitari potuisse, & posse: nos omnia & singula, tam in praedicto Capitulo quam in Dieta generali hujusmodi facta, gesta, statuta & ordinata, quatenus tamen sacris Canonibus & Concilii Tridentini decretis, ac regularibus ejusdè Congregationis institutis sint conformia, etiamsi in illis constitutionum praedictarum omnium & singularum forma ad unguem minime servata, aut contra aliquarum ex illis dispositionem forsan facta fuerunt, auctoritate Apostolica tenore praesentium validamus, confirmamus, & approbamus, omnesque & singulos praemissos, & alios quoscumque juris & facti defectus, si qui in eisdem intervernerint, supplemus, ac valida, firma & efficacia fore, suoque plenatios sortiri, & obtinere effectus decernimus.

*Iussu* *confer-* *mandi* *Geor-* *gium* *Lucia-* *num* *Praepo-* *siti* *gen.* *pro* *alio* *triennio.*

§. 2. Insuper quia per alias nostras in simili forma brevis litteras dilectum filium Georgium Lucianum Cremonen. ejusdem Congregationis Praepositum generalem in praedicta Dieta generali, in Virgilio de Mantua olim ejusdem Congregationis Praepositi generalis praedefuncti locum canonicè electum, ad triennium proximum à die celebrationis proximi futuri Capituli generalis numerandè confirmavimus, prout in illis litteris plenius continetur. Dilectis filiis Definitoribus, Consultoribus, Prioribus, & aliis in dicto Capitulo praesidentibus, ac vocem habentibus, in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae poenae praecipimus & mandamus, ne circa electionem novi Generalis quicquam intentare, aut quoquo modo innovare praesumant, sed juxta praeteritarum nostrarum litterarum seriem, eundem Georgium ad hujusmodi triennium in Generalem confirmet & recognoscant, eidemque Prioratum aliquem ejusdem Congregationis juxta illius regularia instituta per eum dicto triennio durante tenendum, regendum, & gubernandum, qui etiam totius Ordinis caput durante officio Generalatus existat, assignent & concedant, irritamque nihilominus & inane quamcumque electionem, seu aliam dispositionem secus faciendam fore, nullisque viribus subititutam decernimus.

§. 3. Praeterea quia, ut accepimus, in litteris seu constitutione fel. record. Gregorii Papae XIII. praedecessoris nostri, quae incipit, Pro nostri muneris officio, super statu dictae Congregationis, sub dat. die 24. Pontificatus sui anno quarto expedita, inter alia disponitur, quod deinceps dictae Congregationis praepositus generalis, Visitatores, Consultores & Definitorum, ex numero Priorum ab ipsismet prioribus, tantum eligerentur, & quod occurrente vacatione alicujus Prioratus, ad illum non esset assumendus, nisi qui tempore vacationis & electionis alicujus Monasterii Vicarius esset. Quodque Visitatores Monasteriorum Sancti Alexii de Urbe, & Sancti Pauli Albanensis, in generali Capitulo à Definitoribus eligendi vocem non habeant. Et quod procuratores, qui ab unoquoque Monasterio ad Capitulum destinantur, voce activa & passiva in eodem Capitulo generali careant, prout latius in eisdem litteris vel constitutione continetur, quae omnia regularibus ejusdem Ordinis institutis adversantur, atque in benemeritorum, idoneorumque religiosorum praerogativam tendunt.

*Gregor. XIII.* *in eius cons.* *99. Et qua.* *fol. 337. non.* *nulla ad pre-* *ces Congre-* *gationis sta-* *tuimus, qui* *etiam consti-* *tutionibus* *adversan-* *tar.*

§. 4. Nos praedictae, & alii cuicumque constitutioni Apostolicae de simili materia disponenti, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, in hac re specialiter & expresse derogantes, harum serie perpetuo statuimus & ordinamus, quod posthac tam generalis Praepositi, quam consultores & Definitorum, tam ex Priorum quam subditorum.

*Hic idem* *pro-* *decernit Pra-* *epositum, Con-* *sultores, &* *Definitorum* *eligi posse,* *tam ex Prio-* *ribus, quam* *alios subdi-* *torum.* *Prioresque* *etiam ex non* *Vicariis.* *Procuratorum* *generalem* *ex omnibus* *subditis.* *Vocem qui-* *que habeat* *in Capitulis* *& Dietis,* *prout habet* *in eadem bul-* *lam Gregor.* *XIII.*

§. 5. Ipsique Priores etiam ex eorundem subditorum non Vicariorum tantum.

§. 6. Procurator vero generalis similiter ejusdem Congregationis, tam ex subditorum quam Priorum numero, sine tamen earum residentiarum praerogativa, & dummodo idonei & sufficientes existant, eligi & deputati possint & debeant.

§. 7. In generalibus vero & aliis intermediis Capitulis seu dietis, omnes qui juxta eorundem regularium institutorum dispositionem locum & vocem habere possunt & debent, sicut antequam constitutio Gregor. praeterita emanasset, poterant ac debebant, locum ac vocem hujusmodi, ad quem omnes & singulos adversus praeteritam constitutionem in pristinum restituimus, reponimus & reintegramus, liberè & absque aliquo impedimento habeant, & habere possint ac debeant.

§. 8. Ex praemissis tamen eidem, aut aliis constitutionibus Apostolicis circa ea quae disponunt, ut generalis Praepositus & Priores, alique officiales triennales esse debeant, minime derogatum, aut alias praerogativa illatum esse aut censeatur, sed illorum respectivè officia hujusmodi ad triennium durare debent, ultra quod in illis minime conservari, sed Priores de uno ad aliud Monasterium transferri tantum posse declaramus & decernimus.

*Praepositi* *gen-* *er. & Prio-* *rum officia* *triennio du-* *rent, & non* *conserven-* *tur.*

§. 9. Insuper omnes & singulos praedictae Congregationis Religiosos, qui pro obtinendis in ipsa Congregatione dignitatibus, muneribus vel officiis litteras commendatitias, favores, gratias, preces à quibuscumque personis, tam ecclesiasticis quam saecularibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, praerogativae, etiam Cardinalatus dignitate, & quacumque saeculari, etiam Marchionali, Ducali, Regali, vel Imperiali potestate & praerogativa fungentibus ac fulgentibus, requirere & mendicare, aut alias ab ipsis etiam non requisitis, sed sponte omnino delatis, quoquo modo uti ausi fuerint, omnibus & quibuscumque dignitatibus, officiis, muneribus, & aliis oneribus & honoribus ipsius religionis per eos obtentis, necnon voce activa, & passiva perpetuo privati, ac ad illa & alia quaecumque deinceps obtinenda perpetuo inhabiles & incapaces, etiam absque alia declaratione, sed tantummodo ex ipsa litterarum, favorum, gratiarum, etiam oretenus portectorum hujusmodi probatione existant eo ipso.

*Ambitus* *pro-* *hibetur.*

§. 10. Ceterum constitutiones omnes quorumcumque Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum pro felici gubernio & directione dictae Congregationis habitenus emanatas, quarum omnium & singularum tenores & datas praesentibus pro expressis haberi volumus, in his tamen quae praesentibus nostris non adversantur, perpetuo confirmamus & approbamus, illisque perpetuae & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque

*Contrarias* *Pontificum* *constitutioni-* *bus derogat-* *ur, & non* *contrarias* *approbatio-* *nis robur ad-* *dicuntur.*

& singulos, tam juris quam facti defectus, si qui interve-

nerint in eisdem, supplemus: in illis autem in quibus

presentibus nostris aliquo modo adversari pretendatur, illis specialiter & expresse derogamus ac derogatum esse volumus.

Clausula servandi adsumitur.

§. 11. Decretentes presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis vicio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut quovis pretextu vel occasione infringi, revocari, retractari, suspendi, limitari, aut in jus, vel controversiam revocari, neque sub quibuscumque suspensionibus, revocationibus, limitationibus, moderationibus, aut contrariis dispositionibus pro tempore faciendis comprehendere, sed sepe ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties illae in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse & ceteri.

Clausulaque sublatam.

§. 12. Sicque, & non alias per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, quavis auctoritate fungentes, & dicti Ordinis Provinciales, & alios Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & de latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his a quovis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Provisio, Visitatoribus, Definitoribus, & aliis executoribus observari.

§. 13. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae modernae ac pro tempore existenti Praeposito generalis, ac Visitatoribus, Definitoribus, & Monachis universis & singulis ejusdem Congregationis, quatenus omnia & singula in praesentibus nostris, ac in aliis Apostolicis literis & constitutionibus contenta, quae per praesentes revocata non sint, observent, & ab aliis ad quos spectat, observari curent, eaque inter ejusdem Congregationis regulas & constitutiones regulares describi, & adnotari, ac exemplari, regulasque & constitutiones ipsas ad praesentis nostrae, aliarumque Apostolicarum constitutionum praescriptum adaptari faciant.

Contraria submovetur.

§. 14. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus, synodalibus & universalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac ejusdem Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, & privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis ipsi Congregationi, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, sub quibuscumque verborum formis & tenoribus, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam Motu proprio, scientia & potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum inserta mentio, seu alia expressio habenda esset, tenores hujusmodi praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse, ac latissime derogamus & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D.P.A. die 24. Aprilis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die decimaquarta Aprilis, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Pontificatus nostri Anno secundo.

Acta An. D. 1596. De Chori servitio.

Subsequitur Reformatio circa totius Ordinis bonum regimen. Sanctissimus Dominus noster Dominus Clemens Papa Octavus, &c.

Nullus omnino pretextu cujuscumque privilegii vel Superioritatis, etiam Generalatus, a servitio Chori censetur immunis, nisi pro tempore quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem & Praedicatoribus Superiores iis tantum diebus quibus eos legere aut praedicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque prestare valeant cum aegrotis & studiorum causa legitime impeditis. In eos qui negligentes aut inobedientes fuerint, salutari poenitentia Superiores animadvertant ad praescriptum constitutionum, etiam alimentis, si opus fuerit, subtractione.

Sicut scriptura lectio.

§. 7. Lectio sacrae scripturae, vel casuum conscientiae bis in hebdomada praescriptis diebus in singulis Monasteriis habeatur, ad quam Monachi omnes conveniant, Bullarii Magni Tom. 111.

§. 2. Quo Trident. Concil. decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observent, praecipit ut nullus ex Monachis, et si Superior sit, bona immobilia vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore & causa, & quocumque denique nomine quacumque, et si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Monasterii possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Monasterio incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit. Neque Superioribus, quocumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem Regularibus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem vel commendam, etiam depositi aut custodiam nomine concedere, eorum vero, quae ad necessitatem concessa erunt nullus quicquam possideat ut proprium, neque ut proprium utatur. Nulla quoruncumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quae ad bona immobilia vel mobilia Monachos exulare possit, quominus culpa & poena ab eisdem Concilii decretis imposita, & ipso facto incurrendae obnoxii sint, etiam si Superiores alleverent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

Paupertatis voto.

§. 3. Monachorum vestitus, & suppellex cellarum, ex communi pecunia comparatur, & omnino uniformis sit omnium Monachorum & quoruncumque Superiorum, statumque paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam, quod sit necessarium, ac cui denegeretur. Quaecumque Monachorum vestes, sive laneae, sive lineae, omnisque alia suppellex, tam pro vestitu, quam pro accubitu necessaria, in aliquem commodum Monasterii locum deferantur, ibique ab uno vel duobus Monachis huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportune possint.

Vestim & suppellex illi.

§. 4. Omnes etiam Superiores, quocumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem ut aiunt pitantia in communi mensa prima vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit. Si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimentis percipiat, nisi panem & aquam.

Cibus & pitantia.

§. 5. Superiores omnes, etiam Generales, quia redditus aut praestationes peculiares ratione officiorum habent, earum accepta, & expensa in libro distincto fideliter ac diligenter adnotari curent, neque in alios usus quam ratione officii necessarios quicquam expendant, quando vero contigerit ipsos in aliquo Monasterio immorari, eam quantitatem pecuniae in commune conferant, ex qua sibi, & iis qui secum erunt, victus ad praescriptum regulae suppeditetur.

Peculiaribus praestationibus ratione officiorum.

§. 6. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, & aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Monasterii, etiam nomine Monasterii per se ipsum habere sive exercere possit, sed universum id onus tribus Religiosis ejusdem Monasterii a generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, & exigendorum curam habeat, alter tanquam Depositarius pecunias ac cetera ab illo collecta & exacta fideliter asservet, alius de pecuniis, & rebus a Depositario acceptis, Priores, & Monachis ac Monasterio universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, Officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta. Ceterum hi tres, tam impensi quam accepti singulis mensibus suo Priori, adhibitis etiam duobus vel tribus Monachis ejusdem Monasterii probatioribus, rerumque usu peritis, deinde ipsi nec rursus praesentibus Priore, & peritis praedictis, generali vel Visitatoribus, cum advenierint, denique ipse Generalis, ac Visitator in quolibet proximo Capitulo generalis, saltem coram tribus Iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis

Administratione bonorum cujuscumque monasterii.

constitutis illorum omnium, & etiam universae admi-  
strationis suae, tam publicae quam privatae rationem red-  
dere teneantur, cujus etiam exemplum authenticum ex  
actis Capitali describatur, ad hoc ut ad omne mandatum  
nostrum, vel Sedis Apostolicae Romam transmitti possit.

*Resolucio  
numero in  
his Mo-  
nasteriis  
genera-  
lis D.N. Paul.  
in sua off.  
sanctissi-  
mi.*

§. 7. Ut Monasterii bona & proventus expensis res-  
pondeant, in unoquoque Monasterio istantim deinceps  
constituatur, & in posterum retineatur Regularium nu-  
merus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communi-  
bus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliisve  
quibuscumque obventionibus in commune, ut praefertur  
conferendis, commodè possit sustentari.

*Redditus  
affirmatione  
declaratio-  
ne prohibi-  
tione, tam  
Concil. Trid.  
quam de ip-  
sius decretis.  
Locorum &  
Praedicatori  
privilegii  
usque  
socio alieni  
a ministran-  
dum conce-  
dendi quali-  
tate.*

§. 8. Redditus vero, & supradicta omnia, communi in  
loco ac tutè & diligenter asserventur.

*Accessus ad  
vrbem prohi-  
bitio.*

§. 9. Superioribus autem, ne Conc. Trident. aut hanc  
nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo  
modo possint, omninò interdicimus, & prohibemus, de-  
cernentes irritum, &c. Si quis autem contra praesumpserit  
attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus,  
& ad ea inhabilis perpetuò existat.

*Cellularum  
& dormito-  
rii qualita-  
te.*

§. 10. Nullus, nisi actu vel legat, vel praedicet, aliquo  
sui gradus privilegio gaudeat.

§. 11. Si alicui ex necessaria causa Generalis iudicio  
probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministrat,  
concedendus erit, is nisi viginti quintum agat an-  
num, & qui communi servitio sit deputatus, non conce-  
datur, & si commodè fieri potest, sit laicus conversus.

§. 12. Ut omnis scandalorum, & vagationis occasio  
tollatur, Monasterii clausura perpetuò ac diligenter ser-  
vetur, ac propterea à Superiore Janitor constituatur, qui  
diligentia ac morum integritate maximè commendetur.  
Is januae custodiendae semper assistat, eaque nemini Mona-  
chorum aperiat, nisi socium, & ex eundi licentiam obtine-  
rit. Nullus Monasteria egredi audeat, nisi ex causa, & cù  
socio, impetrataque licentia singulis vicibus, ac bene-  
dictione à Superiore accepta, qui non aliter eam conce-  
dat nisi causa probata, sociumque exituro adjungat non  
petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem saepius.  
Licentiae vero generales ex eundi nulli omninò concedan-  
tur. Contravenientes autè poena gravi etiam carceris ad  
Superioris arbitrium plectantur. Eandem etiam Janitor  
subeat, si sciens ex eundi facultatem fecerit. Cum autem  
quis in Monasterium revertetur, Superiorem iterum  
adhibere benedictionem recepturus, qui à socio itineris ra-  
tionem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

§. 13. Nullos Monachos Romam venire Superiores  
permittant, nisi priùs à Generale vel Protektore dumtaxat  
licentiam in scriptis impetraverint. Si quis autem sine  
hujusmodi facultate Romam venire praesumpserit, voce  
activa & passiva biennio privatus existat, subiturus etià  
alias arbitrato Superiorum infligendas poenas, quae item  
omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & rece-  
perint, sine ulla exceptione locum habeant.

§. 14. Habeat Superior clavem ita fabricatam, ut  
eum sibi videbitur, cellas omnes referare possit, & pro-  
pterea nullus cellam etià noctu ita claudat, quin semper  
à Superiore possit aperiri. In medio dormitorio tota nocte  
lampas colluceat. Nullus etiam Superior cellas sive in  
claustris sive alibi separatas à communi dormitorio habeat,  
sed unusquisque unica cella, eademque cum ceteris alio-  
rum Monachorum conjuncta, nudis omnino parietibus,  
ac lectulo & mensa humilibus, uniformique suppellectili,  
ut praefertur, quemadmodum Religiosos decet, contentus  
sit, possit tamen Generalis vel Visitatoris alicui ex Supe-  
rioribus Monasteriorum, si eorum muneris, & officii ne-  
cessitatem id exigere cognoverint, alteram etiam cellam  
concedere. Cellae, sive aedulae, quae extra dormitorium  
separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem usum,  
& commoditatem Monasterii redigantur. Sigillatim suo  
quisque lecto cubet, neque ullibi duo eodem lecto dor-  
mire possint, qui omnes ad certam formam redigendi  
erunt. In privatis cellis nulli camini permittantur, sed  
omnes obtinuantur itatim cardinibus etiam è parietibus  
convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuò  
duratura videatur. Cellis tamen Generalis, aut alterius  
Superioris, ac Praedicatoris exceptis.

§. 15. Monasterii fenestrae omnes, quae in vias publi-  
cas, aut in vicinas laicos domos prospiciunt, muro

ita obscurantur, ut omnino prospectus impediatur.

§. 16. Valetudinarium praeterea in singulis monaste-  
riis certo ac salubriori loco constituatur, quod pro loci  
situ, & Monachorum numero, quoad fieri poterit, cõmo-  
dissimum esse possit, in quo Monachi omnes, cum ægro-  
tabunt, curantur, neque inde nisi recuperata sanitate abire  
permittantur. Qui vero infirmorum cura praepositi erunt,  
omni sedulitate ac charitate, operam suam praestabunt, ac  
curabunt ne quid ægrotis omninò desit, quod ad sanita-  
tem recuperandam omnino pertineat.

*Infirmeria,  
infirmorum-  
que cura.*

§. 17. Ineatur ratio, qua sublatis licentijs, & faculta-  
tibus hætenus quibuscumque concessis, degentes extra  
Monasterii claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec  
in posterum, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica  
probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

*Licentiarum  
extra clau-  
stra degendi  
prohibitiõ.*

§. 18. Nulli de cetero ad habitum aut professionem  
admittantur, nisi in Monasteriis in qualibet provincia  
per Sedem Apostolicam deputandis.

*Monasteriis  
deputan. ad  
recipiendum  
venientes ad  
Religionem.*

§. 19. Curè Superiores, ut cõstitutio interdictis largitio-  
nes munerum, & praescribens hospitalitatis formæ, ab om-  
nibus in quolibet Monasterio inviolabiliter observetur.

*Largitionis  
muneris pro-  
hibitiõ ser-  
vanda.*

§. 20. Ut omnis officiorum ambitus occasio præcida-  
tur, caveat omnes à directa, vel indirecta vocum seu sus-  
fragiorum procuratore, tam pro se ipsis, quam pro alijs,  
tum in capitulis locorum, tum in ceteris, praesertim ge-  
neralibus capitulis, aut congregationibus, & alibi. Quic-  
que secus fecerint, praeter alias poenas, & censuras hæte-  
nus contra hujusmodi ambientes inflictas, quas in suo  
robore permanere volumus, in poenam privationis offi-  
ciorum quae obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quae-  
cumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis  
dispensari à nemine possit, nisi à nobis vel successoribus  
nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectan-  
tur. Porro supradictas omnes poenas etiam ad complices,  
ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

*Hanc legem in  
const. huius  
Põ. num. 28.  
Religiosa.  
Ambitus pro-  
hibitiõ.*

§. 21. In Superiorum & Officialium omnium electio-  
nibus forma praescripta à Saero Concilio Tridentino, &  
constitutionibus Ordinis inviolabiliter servetur, jurent-  
que electores secundum veritatem cujusque conscientiae,  
probiores ac magis idoneos se electuros, ac propterea  
priusquam ad electionem deveniatur, in primis, & ante  
omnia perlegantur Constitutiones de qualitate, & requi-  
sitis eligendorum.

*Electio-  
nibus of-  
ficialium  
forma.  
Concil. Trid.  
dispositio hic  
annunciata  
est in c. 6. sess.  
25.*

§. 22. Ad officia, gradus, & praeturas illi eligantur qui  
possint, & consueverint regulas Ordinis, & constitutio-  
nes observare, praesertim quae pertinent ad servitium  
Chori, ac vestitum commune.

*Eligendorum  
qualitatibus.*

§. 23. Eligantur in Capitulo generali, seu provinciali  
aliquot graves, & periti ex Monachis cujuslibet provin-  
ciae, saltem tres, qui admittendos ad praedicationem verbi  
D. N. I. vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum  
Monachorum, ac Lectores publicos diligenter simul exa-  
minent priusquam probentur, & ad hujusmodi ministe-  
ria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & pro-  
bare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promo-  
vendos ad quoscumque ordines, in quo servetur decre-  
tum Congregationis interpretum sacri Concilii Triden-  
tini, ea de causa nuper editum, & promulgatum.

*Monachorum  
peritorum  
deputatione  
ad examina-  
nandum.  
Lectores, pra-  
dicatores, &  
promovendos  
ad Ordines.*

§. 24. Illud porro Superiores omnes in Domino ad-  
monemus, ut memores sint rationis quam in novissimo  
die redditori sunt pro grege sibi commisso, ac propterea  
omni studio invigilent, ut quae in eorum Ordinis con-  
stitutionibus de oratione mentali, silentio, jejunijs,  
capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitijs pru-  
denter ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad un-  
guem observentur, intelligantque super his veluti fun-  
damentis omnium Congregationum aedificia construenda,  
& amplianda esse, quae ut faciliorem exitum sortiantur,  
& uberiores fructus in animis Monachorum producant,  
valde opportunum erit, si in quolibet Monasterio singu-  
lis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina,  
regularique observantia.

*Tabella re-  
tentio-  
ne su-  
per his quo  
Monachi  
singulis die-  
bus praestare  
debent.*

§. 25. ut autem omnia ordinate peragantur, appendatur  
in loco conspicuo uniuscujusque Monasterii tabella, in  
qua distinctè adnotetur quid singulis cujusque diei ho-  
ris singuli Monachi praestare debent, ut certo etiam si-  
gno praemoniti, majore animi praeparatione opportune  
suis muneribus satisfacere queant.

§. 26. Quæ

Decretis Ordinis huiusmodi non contrariis custodiendū. Contraveniens puni.

§. 26. Quæ Ordinis Constitutiones his decretis non adversantur, in violatè custodiendæ erunt.

§. 27. Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediatè Superioris infligatur. Ut autem decreta hæc, donec alia, quæ ad pleniorè supradicti Ordinis reformationem faciant, edantur, ab omnibus observari possint, districtè præcipimus, & mandamus Generali, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent ac efficiant in generali Capitulo, primo quoque tempore celebrando, ea omnia publicari, & recipi, ac inter alias Ordinis Constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicta eorum omnino singulis facultate illas declarandi, aut adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciatis in pœnam Generalatus, & officiorum privationis, & inhabilitatis perpetuæ ad alia ipso factò, & sine ulla receptione respectivè incidisse.

D. P. A. 4. die 24. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die vigesima-quarta mensis Aprilis, millesimo quingentesimo nonagesimo sexto.

XXII. Confirmatio gratiarum à Pont. prædecessoribus concessarum Congregationi Clericorum regularium S. Majoli, alias de Somafcha, cum aliorum privilegiorum concessione.

Ista Congregatio in initium sumpsit à quadam Societate tempore Pauli III. instituta, & per eum approbata, ut in ejus const. 21. Ex inuncto, supra fol. 531. & translata est in regularem observantiam, ut habetur in const. Pii V. quam sibi indicavi in prac. 1. const. Pauli III. ubi quoque alia adnotavi.

Elia An. D. 1593.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet ex benignitatis Sedis Apostolicæ studio providere, ut ea quæ pro divini cultus augmento, religionis propagatione, & animarum salute provida ratione concessa sunt, suæ protectionis munimine conserventur. Unde nos ad ejusdem apicem divina disponente clemèntia assumpti, his quæ propterea facta comperimus nostræ approbationis robur, cum à nobis petitur, libenter adjicimus, ut eo firmissè subsistant, quo Sedes ejusdem protectione sæpius fuerint circumfusa.

Congregatio petri confirmationem confirmatio in indicatarum in rubrica.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Præpositi, & presbyterorum Congregationis Clericorum Regularium de Somafcha, alias S. Majoli Papien. nuncupat. exhibita nobis nuper petitio continebat, quod cum jam ab anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo, ad gloriam Omnipotentis Dei, &c. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ipsi Præpositus, & presbyteri cupiant præmissa omnia per nos confirmari, & approbari, nobis humiliter supplicari fecerunt quatenus eorum desiderio annuere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hic modo Pontif. cas, omniaque Congr. privilegia confirmat.

§. 2. Nos attendentes ad diligentem & fructuosam culturam ipsius vineæ Domini, quam præfati presbyteri & Clerici Regulares studio indefesso, multis piis, ac laudabilibus exercitiis in dies faciunt, ac volentes propterea illos & dictam Congregationem amplioribus favoribus, & gratiis prosequi, Præpositum, & singulares personas Congregationis hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia & singula præfata, & quæcumque alia privilegia, exemptiones, immunitates, concessiones, facultates, prærogativas, indulgentias, favores, & gratias præfate Congregationi, singulisque illius domibus, Convictibus, Collegiis, Ecclesiis, Capellis, Oratoriis, Hospitalibus, & locis, necnō Præposito generali, aliisque Superioribus, & personis, tam professis, quam non professis, ac familiaribus domesticis, eisque alias quomodolibet intervenientibus, tam per supradictos quam alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Bullarii Magni Tom. III.

Apostolicam, ejusque auctoritate quomodolibet concessa, ac desuper concessas literas, omniaque in eis contenta, necnon etiam omnia, & singula statuta, ordinationes, regulas, & constitutiones in universa Congregatione præfata hucusque editas, licitas tamen & honestas, sacrisque Canonibus, & Concilio Trid. minime contrarias auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, suppletentes omnes, & singulos, ac quoscumque, & qualescumque juris & facti, ac etiam solemnitatum, & alios quantumvis substantialia, etiam de necessitate exprimendos defectus, si qui in eis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint.

Præpositusque d. Congregationis d. auctoritate cum eius religiosis dispensandi, &c. Ad hoc vide etiam huius Pont. const. 21. Quæcumque.

§. 3. Ac insuper eidem Congregationi, ejusque Præposito generali, quod ipse Præpositus cum voto ejus consiliariorum à Capitulo generali deputatorum, cum quibusvis ejusdem Congregationis professis, defectu natalium patientibus, etiam ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines suscipiendum, ac in eisdem in altaris ministerio etiam ministrandū, necnon ad quæcumque ipsius Congregationis administrationem, officium & dignitatem recipiendum ac retinendum, & exercendum dispensare.

Et loca omnia visitandi & reformandi.

§. 4. Idemque Præpositus generalis, & Visitatores ejusdem Congregationis tunc quoties opus esse judicaverint, Orphanotrophiam, & loca, tam puerorum quam puellarum, sub cura, regimine, & administratione, ac disciplina dictæ Congregationis existentia, abque eo quod desuper à Gubernatoribus, sive Oeconomis, & administratoribus retum temporalium ipsorum impediatur, sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, statim per impediens ipso factò incurrenda, si post monitionem ab Episcopo faciendam ab hujusmodi impedimentis non destiterint, à qua non nisi à Sede prædicta, præterquam in mortis articulo absolvi queant (sine præjudicio jurium Episcopi) visitare, & quæ reformanda fuerint circa disciplinam eorumdem puerorum, & puellarum, ac regimen spirituale, reformare liberè, & licitè valeant auctoritate & tenore prædictis licentiam, & facultatem concedimus & impartimur.

Exemptiones etiam clarissimè Congregationi d. disciplina ordinaria Monialium non Orphanarum & alia eiusdem Congregationis opera impediendibus.

§. 5. Ut autem Congregatio ipsa, ac sub ejus instituto militantes personæ Orphanis, & Seminariis puerorum liberis, & melius inservire, & quæ sui instituti sunt adimplere possint, ipsaque disciplina Regularis in domibus, Collegiis, & locis illius magis vigeat, eandem Congregationem, singulaque illius Collegia, & loca, ac eorum superiores, & alios, ab omni onere audiendi confessiones ordinarias quæcumque Monialium, præterquam Orphanarum, juxta antiquum ipsius Congregationis institutum, necnon ab omnibus aliis oneribus, & curis, quæ servituti, & commoditati Orphanotrophiorum, Seminariorum, & disciplinæ regularis hujusmodi impedimento, & damno esse quoquo modo possunt, omnino, & in perpetuum absolvimus, & penitus liberamus, & etiam ut de cetero nullus, etsi sit Præpositus generalis, aliqua hujusmodi onera, vel curas, nisi de consensu duarum ex tribus partibus Capituli Generalis, suscipere audeat, neque possit.

Professiones omnes in manibus cuiuscumque presbyteri d. Congregationis emissas, validas esse declaravit. Præpositusque d. auctoritate inferioribus committendi receptionem professionis, servata in reliquis bullæ Sixti V. n. 71. Cum desuper, fol. 16.

§. 6. Postremò omnes professiones emissas usque in præsentem diem à quibusvis clericis, & laicis d. Congregationis, etiam si non in manibus Præpositi generalis, aut ejus Vicarii, sed aliorum presbyterorum inibi professorum factæ sint, neque constet illos eo tempore auctoritatem tales professiones accipiendi habuisse, validas, firmasque, & ratas esse, & fore, perinde ac si à Præposito generali vel ejus Vicario prædicto receptæ essent, dummodo tamen alias canonicè factæ fuissent, & tales professi professioni hujusmodi hodie acquiescant.

Clausulas huius bullæ præservari, ut apponitur.

§. 7. Licereque in posterum Præposito generali prædicto hujusmodi facultatem admittendi ad professionem, cuiilibet Præposito vel Rectori inferiori ejusdem Congregationis demandare, servata in reliquis forma constitutionis ejusdem Sixti prædecessoris desuper editæ.

§. 8. Præfentes quoque literas ullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis, vitio, aut intentionis nostræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, seu quomodolibet infringi, vel in jus aut cõtroversiam vocari, aut etià adversus eas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, seu etià Motu proprio concedi

concedi possit. Neque sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore emanatis comprehendit, sed tempore, & omni tempore, ac omnino ab aliis excipit, & quoties emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum suam restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Generalem, & alios Praepositos praefatos pro tempore eligentes, concessas, illasque perpetuo validas, & efficaces esse, & censeri, plenamque roboris firmitatem obtinere. Neque Congregationem, ac praepositum generalem, & alios superiores ac personas illius super eisdem praemissis, in omniumque possessione, usu, & comodo pacificis per locorum Ordinarios, aut quoscumque alios quomodolibet molestari, perturbari, seu inquietari vel impediri posse.

*Clausulam sublatam de. addit.*

§. 9. Sicque, & non alias per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, ac etiam causarum Palatii Apostolici, Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & alios Ecclesiasticos ac saeculares, sublatis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, necnon quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

§. 10. Non obstantibus praemissis, ac dicti praedecessoris super admittendis Religiosis edita, & quibusvis aliis Apostolicis, necnon in provincialibus & synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apostolice, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, legibus, reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cu quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam motu simili, & alias in contrarium quomodolibet, etiam pluries, & iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, individuis, & expressis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo, &c.  
Datum Romae apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, sexto Kal. Maii, Pontificatus nostri Anno secundo.

**XXIII. Quod Fratres Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo favores extra Religionem non procurent pro impetrandis dignitatibus, vel officiis ipsius Ordinis.**

*Quamplura de hoc ordine notavi supr. ad consil. 8. Honoris III. Vi vivendi, fol. 83.*

**CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.**

*Regularis potius promovendi quam dignitates appetere debent.*

Quoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vitae instituto valde alienum est, ut Religiosi viri, quos honorum & dignitatum gradus sanctitate vitae, ac aliis religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptosque humiliter administrare decet, mendicatis saecularium praesertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei perniciosa adferri solet. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, Regularisque disciplina pristino candori restitatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

*Quidam tam. Carmel.*

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in ordine Carmelitarum, professionis, & regulae quam professi sunt,

penitus immemores, nimisque dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum in dicto Ordine consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis Ecclesiasticorum, & saecularium Principum studia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, aliisque Reales commendatarias literas, aliosque favores & gratias propterea expectant, quibus aduti, quos se sibi promeruisse minime credunt, gradus, & dignitates in eodem ordine consequi valeant, sicque ejusdem Ordinis quietem non sine animarum suarum periculo perturbant.

*Uvae aliter faciunt.*

§. 2. Nos malum hoc ab eodem Ordine, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiam sanctam utilitatem sinceris optamus affectibus, pro nostra Pastoralis sollicitudine propellere summo opere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis, cujuscumque status, gradus, conditionis, praesentia, qualitates, & dignitates existentes, qui de cetero ad praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis assequenda intenti, ad Principum, & Praelatorum, atque aliarum quarumcumque personarum, tam saecularium quam Ecclesiasticarum de gremio dicti Ordinis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quocumque saeculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam praesens, pollicitationibus, aliisque viis, directè vel indirectè, palam, vel occultè ad Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones & alia officia praedicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minime legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam sponte oblatis, & minime conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores ad quascumque Praelaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipso Ordine obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Praelaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam activa quam passiva carere decernimus, & declaramus.

*Nic idem pr. id fieri prohibet.*

§. 3. Atque in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena omnibus dicti Ordinis Praeribus, Superioribus, & Praelatis quocumque titulo nuncupatis, etiam Generalis, praesentibus, & futuris praecipimus, districteque mandamus, ut quempiam ullo tempore precibus, litteris vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum vel Praelatorum, aut aliorum quorumcumque, tam saecularium, quam Ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum & Ducum, ad cujusvis generis Praelaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia praedicti Ordinis promovere, vel poenas aliquas remittere audeant, seu praesumant.

*Superioribus quae Ordinis tales favores intendere prohibet.*

§. 4. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus vel officia Ordinis contra praesentium dispositionem, quod absit, quodcumque facient, & pro tempore obtentas, nullas prorsus invalidasque fore, & esse, nullisque viribus substitutas, omnes, & singulos in praemissis delinquentes, nulla alia monitione praecedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & poenas praemissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & poenas praemissas damnabiliter incurrere legitime probandum, & omnino convincendum, solas praemissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam ore tenus porrectas, plenam, indubiam, & sufficientem, in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri.

*Electio sine aliter factis invalidas, & contravenientes absque processu, &c. eo ipso poenas incurrere debent.*

§. 5. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublatis eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

*Et ita & non alius iudicandi mandata.*

§. 6. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac

*Obstantia illis.*

Ordinis

CLEMENS OCTAVUS.

Ordinis huiusmodi iuramenta, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illa aliam in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si predictis Fratribus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Hanc const. publicari, & eius transumptis credi jubemus.

§. 7. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis Fratres facilius deveniat, volumus illas in Generali Capitulo, seu dieta d. Ordinis publicè legi, illaque in dicto Capitulo vel dieta lectas sic arctare, ac si legitime unicuique intimata fuissent, illarumque exemplis, vel impressis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Rectoris generalis dicti Ordinis, vel alterius in dignitate Ecclesiastica constituti obsignatis eandem prorsus fidem haberi, que presentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

Dat. P. A. S. die 21. Maii. 1593.

Datum Tusculi, sub annulo Piscatoris, die 21. Maii 1593. Pontificatus nostri anno secundo.

XXIV. Prohibitio amovendi libros, & alia monumenta ex Bibliothecis Ordinis fratrum B. MARIE de Monte Carmelo.

Planè de hoc Ordine notavi sup. ad const. 8. Honorii III. Vi vivendi, fol. 83.

Edita A. D. 1593.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Quæ ad tuenda, & conservanda bona, & iura spectantia ad personas & loca Ecclesiastica sunt statuta, in his auctoritatem nostram libenter interponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Prohibitio amovendi libros, & monumenta ex Bibliothecis Ordinis Fratrum Carmelitarum.

§. 1. Volentes itaque conservationi Bibliothecarum in quibusvis domibus, & Conventibus Ordinis Fratrum Carmelitarum pro communi eorum usu institutarum, & instituendarum opportunè prospicere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, universis, & singulis personis Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, ac etiam laicis, cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus, auctoritate Apostolica per presentes interdicimus, ac districte prohibemus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ex Bibliothecis predictis, aut earum aliqua libros, & monumenta, sive impressa, sive manuscripta, ibi existentia amovere, vel subtrahere quoquo modo præsumant. Nos enim quoscumque amoventes, & subtrahentes excommunicationis sententiæ ipso facto incurrendæ, à qua ab alio quam à Romano Pontifice, nisi dumtaxat in mortis articulo absolvi non possint, subjacere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariis.

§. 2. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, & Ordinis predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides huius bullæ transumptum.

§. 3. Verùm quia difficile foret presentes literas ad singula quæque loca ubi expediens foret, deferri, volumus, & similiter dicta auctoritate decernimus, quod illarum exemplis, etiam impressis, in dictis Bibliothecis & loco conspicuo, ubi commodè legi possint, affixis, ac manu Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Ordinis Generalis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. S. die 29. Maii. 1593.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 29. Maii 1593. Pontificatus nostri anno secundo.

XXV. Separatio Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, à Fratribus Mitigatis dicti Ordinis. Et declaratio munc-

ris Prælatorum dictæ Congregationis, cum gratiarum communicatione.

Hanc separationem iniciavit Gregorius XIII. supra in off. const. 64. Pia, ubi videtur etiam alia quæ notavi fol. 335. Quædam Congregatio Discalceatorum Hispan. de qua in d. const. Greg. XIII. aliaque Congregatio eorundem in Italia postea creata, sunt etiam separata, ut infr. in const. 71. In Apostolica.

Horum Discalceatorum fundatrix fuit Theresia Hispana, quam in Sanctarum Virginum numerum retulit Gregor. XV. ut in const. 20. Omnipotens, infra tom. 4.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1593.

Pastoralis officii nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo nos admonet, ut omni cura & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ Regularium personarum, quæ relicto seculo, Dei obsequio se dedicaverunt, quieti consulentur, & quæ religiosum earum propositum impeditur, removeantur, ut nulla re, quæ eas à divino cultu avocet præpedi, secundum Ordinum suorum Regularia instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Exordium.

§. 1. Datum siquidem sel. record. Gregorius Papa XIII. institutum, quod Religiosi Discalceati nuncupati Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo in Regnis Hispaniarum, existentes, juxta primitivam Regulam profitebantur laudans & approbans, eosdem Fratres, & Moniales, eorumque domus, Conventus, Monasteria, & loca tunc & pro tempore existentia, à Provinciis Fratrum, & Monialium ejusdem Ordinis, per piæ mem. Eugenium Papam IV. prædecessorem nostrum jam ante Mitigatorum in perpetuum se junxit, separavit & dismembravit, ac eorundem Fratrum, & Monialium Discalceatorum Domus, Monasteria, & loca in unam Provinciam de per se Discalceatorum nuncupant. per unum Priorem Provinciale in capitulo eorum Provinciali ex eisdem Discalceatis eligendum regendam, & gubernandam in perpetuum erexit, & instituit, ac dictam Provinciam Fratrum, & Monialium Discalceatorum, sub obedientia, & superioritate Prioris Generalis totius Ordinis, sicuti aliæ Provincie ejusdem Ordinis suberant, perpetuo subesse voluit, qui Prior Generalis per seipsum solum, vel per alium virum idoneum, ex ipsis Discalceatis, & juxta eorum primitivam Regulam, eos visitare, corrigere, & punire posset.

Greg. XIII. Discalceatos Hispania à Fratribus presentibus regulam Mitigatis se junxit, ut sup. in const. 64. Pia fol. 335.

§. 2. Et deinde recol. mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster audiens numerum Fratrum, & Monialium Discalceatorum huiusmodi non mediocriter augmentum fuisse, & in dies majora suscipere incrementa, & non solum per universam ferè Hispaniam, sed etiam in Indiis complura Monasteria, & Domos, aliaque Regularia loca Discalceatorum instituta, & creata fuisse, & per unum Priorem Provinciale non ita commodè regi, & gubernari posse, ordinavit ut ex omnibus Conventibus Provincie prius creata, ut præfertur, fierent plures Provincie. Universas verò Provincias dicti Ordinis Discalceatorum in unam Congregationem omnium hujusmodi Provinciarum Discalceatorum nuncupant. perpetuo erexit, & instituit, statuitque & ordinavit, ut singulis huiusmodi Provinciis singuli Priores Provinciales præsentent, & Vicarius Generalis in capitulo ejusdem Congregationis electus, ipsi Prioribus Provincialibus, & toti Congregationi præset, & in illis eandem auctoritatem haberet, quam habebat Prior Generalis totius Ordinis predicti, & alias prout in diversis dictorum prædecessorum desuper concessis literis plenius continetur, ad quas relatio in necessariis habeatur.

Sixtus V. novam numerum Discalceatorum per plures Priores, & unum Vicarium Generalem regi decrevit, sed eius bullam nisi hic tenet relatum præterit.

§. 3. Cum autem, sicuti nuper accepimus, in Capitulo Generali Ordinis predicti in Civitate Cremonensi hoc præfenti Anno celebrato, in quo Fratres ejusdem Ordinis tam Discalceati, quam Mitigati nuncupati intervererunt propter bonum pacis, tranquillitatis, & augmenti tam totius Ordinis, quam Congregationis Discalceatorum huiusmodi, ac ob alias justas, & rationabiles causas unanimi consensu determinatum fuerit, ut separatio Congregationis dictorum Discalceatorum omnino ab Ordine Fratrum Mitigato

Sed Discalceati, & Mitigati cõcorditer postea se distinxerunt.

Mitigatorum, & renunciatio jurisdictionis Prælatorum utriusque partis fieret, ita ut dicta Congregatio Discalceatorum, nec votum, nec vocem activam, & passivam in Capitulo Generali totius Ordinis Carmelitani amplius haberet, nec quomodolibet in suis Capitulis se intromitteret, nec Prior Generalis dicti Ordinis Mitigatorum ullam haberet auctoritatem, jurisdictionem, & superioritatem in Congregationem Discalceatorum prædictam, ac in ejus personas quascumque, sive Superiores, sive Inferiores, & dilectus filius Fr. Joannes Stephanus Chizzola, Prior Generalis Ordinis Carmelitarum, & reliqui Capitulares in suo Capitulo Generali renunciaverint, per suffragia secreta nomine totius Capituli per se, & universum Ordinem totam illam jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, quæ sibi & Capitulo Generali prædictis, & alias literas Apostolicas concessa fuerat: ita tamen, ut dicta Congregatio Discalceatorum, vel ejus Superiores omnino in perpetuum non præsumerent accipere loca, vel Conventus hujus Religionis Mitigatorum, etiam sponte à Civitatibus, vel Principibus, vel quibuscumque aliis ex eis exhibenda, vel offerenda: quod si contrarium aliquando ipsos fecisse compertum foret, nulla esset, & irrita ista concessio, & nullum jus omnino acquisitum eis intelligeretur.

Quod Pnt. mox approbat.

§. 4. Nos æquum, & rationi congruum ducentes, ut qui arctioris Regulæ Observantiam sectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non subjaceant, sed Superiores habeant eisdem professionis, & ab illis juxta eorum instituta Regularia prosperè, & feliciter gubernentur, ac dictarum literarum, & decreti dicti Capituli Generalis, & omnium in eo contentorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso insererentur, præsentibus pro expressis habentes, nec de præmissis à dilecto filio nostro Dominico tit. S. Chrylogoni Presbytero Cardinali Pinello nuncupato, dicti Ordinis, nec non præfate Congregationis Discalceatorum Protectore plenè informati, Motu proprio, non ad dictorum Fratrum, aut aliorum pro eis nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictæ separationis Decretum in Capitulo Generali hujusmodi factum, & ordinatum, ac omnia & singula in eo contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, ac idem de novo decernimus, & determinamus.

Discalceatorum à Superioribus Magistram suam accipiunt.

§. 5. Necnon prædictum Vicarium Generalem, ac omnes & singulas personas præfate Congregationis Discalceatorum, illiusque Conventus, Domos, Collegia, & Provincias, tam virorum, quàm mulierum, ab omni superioritate, jurisdictione, gubernio, & administratione, subjectione, obedientia, visitatione, correctione, & emendatione, tam Generalis Ordinis Carmelitarum, quàm aliorum Prælatorum, & Superiorum quacumque auctoritate fungentium, & functorum, & quantumvis amplissimis privilegiis, & facultatibus utentium & usurorum, perpetuò eximimus, & liberamus, ita ut dictus Prior Generalis, aut alii Superiores dicti Ordinis Carmelitarum nunc & pro tempore existentes, nullam omnino jurisdictionem, facultatem & auctoritatem in dictam Congregationem Discalceatorum, illiusque Vicarium Generalem, ac Conventus, Domos, Collegia & Provincias, tam virorum, quàm mulierum, habere, exercere, aut prætere aliquid tempore possint, minusque in rebus & negotiis ejusdem Congregationis aliquo pacto se ingerere, aut immiscere valeant.

Sub protectione Sedis Apostolicæ recipiunt.

§. 6. Ipsamque Congregationem Discalceatorum, ejusque Vicarium Generalem, necnon Conventus, Domos, Collegia, & Provincias, sub immediata nostra, & Sedis Apostolicæ protectione, subjectione, gubernatione, & obedientia recipimus, & subjicimus.

Etiam Superiorum Præpositum generalem Vicarium decernimus.

§. 7. Sed quia sicut accepimus, antea subordinationem habebat prædictus Congregationis Discalceatorum Vicarius totius Ordinis Carmelitarum Priori Generali, ac propterea Vicarii nomen obtinebat, & cessante illa subordinatione, illius cujus vices gerebat, sit necesse nomen quoque mutare. Ideo harum serie statuimus, & ordinamus, eundem ipsum qui antea Vicarii nomine vocabatur, de cetero Præpositum Generalem nominandum Ordinis Discalceatorum, sive primitivorum, videlicet primitivam Regulam Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo observantium.

§. 8. Qui eandem facultatem habeat, quam Vicario Generali prædicto dictus Sixtus prædecessor noster concesserat, cum sex Consiliariis, sive Assistentibus votum decisivum habent, ab eodem Sixto prædecessore, & à patre memoratæ Gregorio Papa XIV. etiam prædecessore nostro assignatis, quos Consiliarios, sive Assistentes huic de novo instituto, prædicto Præposito generali adjungimus, & assignamus cum voto decisivo, ut alias juxta formam præscriptam in dictis literis prædecessorum nostrorum habetur. Quibus associatus poterit totum prædictum Ordinem Discalceatorum regere, & gubernare, juxta præscriptum Constitutionum supradicti Ordinis, quæ dudum sunt à nobis confirmatæ, vel earum, quæ ab eisdem Fratribus Discalceatis in posterum fient, & condentur.

Qui sex Consiliarii habeant votum que Ord. Discalceatorum regat.

§. 9. Quia verò consiliarii, sive Assistentes prædicti debent esse quoque Capituli Generalis prædicti Definitores in eorum Capitulo Generali eligendi, ordinamus ut ex unaquaque Provincia unus eligatur Definitor, non excedendo senarium numerum, qui sit ex Conventualibus illius Provincie, vel qui habeat Officiu pro ea, aut pro universo Ordine, qui durate Capitulo, Definitoris, extra verò Consiliarii sive Assistentis nomine vocabuntur. Pro Provincia Sancti Alberti, quæ in Indiis Hispaniarum existit, vel pro alia, aut aliis, si quæ juvante Deo addentur, possint propter longinquitatem locorum ex alijs Provinciis deputari, nisi aliqui ex dictis Provinciis Indiarum idonei propinquiores extiterint, ut in Definitores prædictarum Provinciarum eligi possint, si verò sub protectione unius Definitoris Consiliarii cõtingeret plures esse Provincias, alternatim eligatur ex eis prædictus Definitor, qui omnes in eodem Conventu, & Domo, ut in Constitutionibus statutum est, simul cum Præposito Generali degentes, expeditioni negotiorum, Ordinisque regimini intendant. Quæ confessio Præpositi Generalis, & Assistentium nomine Congregationis, sive Consultæ insignietur.

Definitores Capituli prædicti eligendi, ut hic.

§. 10. Si autem contingat Præpositum Generalem absentem à Cõsulta, sive Congregatione prædicta, vel mori, vel ante suum discessum, aut ejus obitum, adhuc eo vivente, si graviter infirmabitur, fiet in præsentia electio Vicarii Generalis per Præpositum Generalem, & Assistentes eisdem Consiliariis, sive Assistentibus, qui dictæ Congregationi præsideat, & cù reliquis Assistentibus, ut præferretur, expeditioni negotiorum intendat. Quod similiter fiet, si hunc contingat infirmari, aut mori, quod servabitur in similibus eventibus, quia Vicarius hujusmodi alias non poterit absentari in absentia Præpositi Generalis, & vocabitur noviter electus etiam Vicarius Generalis, cujus Officiu, & nomen solum durabit dum absens erit Præpositus Generalis, vel si mortuus fuerit, usque ad Capitulum Generale intra sex menses inclusivè congregandum, in quo præsidebit usque ad novi Præpositi Generalis electionem, quo absente prorogabitur Capitulum prædictum usque ad adventum Præpositi Generalis, interim tamen ordinaria terminabuntur à Definitorio, electo prius Vicario Generali, ut præfertur.

Præpositus Generalis infirmus, aut absens, vel decedente, eligatur Vicarius de Consiliariis.

§. 11. Prædictus autem Præpositus Generalis statim electus, sit ipso facto confirmatus, teneatur tamen certiorum facere Cardinalem dicti Ordinis Discalceatorum Protectorem de hujusmodi electione. Qui per sexennium, & non ultra durabit, nec poterit reelegi, nisi alio sexennio transacto, ceteri verò Prælati Superiores, sicuti per Sixtum Quintum, & Gregorium Decimum quartum prædecessores prædictos, & Ordinis Constitutiones est dispositum, à quibus tempora celebrandi Capitula Generalia, & Provincialia, & ea quæ ibi debent fieri, sunt definita, quæ omnia observanda præcipimus.

Præpositi prædicti officium ad sex annos duret.

§. 12. Quia verò Capitulum Generale proximè futurum, indicum est pro festo Pentecostes anni sequentis, videlicet millesimi quingentesimi nonagesimi quarti, & antea non possent sine magno Conventuum dispendio, & Fratrum incommodo Capitulares accedere ad illud, idcirco ex nunc eum qui jam est Vicar. Generalis, constituimus & nominamus Præpositum Generalem cum plenitudine auctoritatis, & potestatis Generalis, sicuti supra dispositum est, ut videlicet simul cum Assistentibus regimini Ordinis intendat, sicuti si esset per suffragia secreta electus. Accedente autem tempore Capituli, ipse præsideat Capitulo usque ad electionem novi Præpositi Generalis,

Et nunc eius locum tenent Vicarius usque ad Capitulum.

servatis



servatis in reliquis Ordinis Constitutionibus, & sanctionibus Apostolicis.

Qui ad id Distinctionibus apponitur ordinis faciat. &c.

§. 13. Necnon Præposito Generali, & Assistentibus, seu Definitoribus prædictis, in Capitulo quocumque statuta, & ordinationes bonum regimen dicti Ordinis Discalceatorum ad Dei servitium concernentia, dummodo factis Canonibus, & Decretis Concilii Tridentini, ac Constitutionibus Apostolicis, & eorum primitivæ Regulæ, & instituto non adversentur, condendi, mutandi, alterandi, & in totum, si videbitur, abrogandi, & de novo edendi, sicuti per Gregorium Decimumtertium, ac Sixtum Quintum, & Gregorium Decimumquartum prædecessores præfatos, ac per nos & Constitutiones dicti Ordinis est dispositum, licentiam & facultatem concedimus. Poterit quoque prædictus Præpositus Generalis plures Provincias instituire, Domos & Conventus Fratrum ubique Terrarum denuò erigere.

Ordinis privilegia primitiva regularia non contraria confirmat.

§. 14. Necnon prædicto Præposito Generali, ac Ordini Discalceatorum hujusmodi respectivè, quæcumque privilegia, indulta, & facultates Provinciarum, ac Priori Provinciali à Gregorio Decimo tertio Discalceatorum, & Vicario Generali, & Congregationi etiam Discalceatorum postmodum à Sixto Quinto crectæ, & à Gregorio Decimo quarto prædecessoribus prædictis, & à nobis, vel aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa fuerunt, competere statuimus & declaramus. Omnia præterea & singula privilegia, facultates, gratias, prærogativas, indulta, favores, concessiones, tam Priori Generali totius Ordinis Carmelitarum, quam prædicto Ordini, singularibusque illius personis, tam à Romanis Pontificibus, quam dictæ Sedis de Latere Legatis, necnon quibuscumque Regibus, Imperatoribus, & Principibus secularibus concessa, vel concedenda in futurum, æquè ac aliis dicti Ordinis Carmelitarum Fratribus, & Religiosis, sine aliqua profus differentia concessa sunt, prædicto Ordini Discalceatorum Præposito Generali, suisque Fratribus, dummodo primitivæ Regulæ, & Ordinis Constitutionibus, Regularique Observantia non repugnent, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus, illisque si opus sit, ea omnia communicamus & extendimus.

Claufulas præservantibus apponit.

§. 15. Decernentes præfentes litteras nullo unquam tempore sub ullis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, alterationibus, limitationibus, abrogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus à nobis, & quibuscumque aliis Romanis Pontificibus, vel dicta Sede nunc & pro tempore emanatis comprehendere, sed semper ab aliis exemptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant, statum restitutas, & de novo etiam sub posteriori data per pro tempore existentem Præpositum Generalem Congregationis hujusmodi eligenda concessas esse, & fore. Sicque per quoscumque Judices & Commissarios quacumque auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, dictæque Sedis etiam de Latere Legatos, & Nuncios, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique, & in quavis instantia interpretari, judicari, ac definiti debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 16. Quocirca Venerabilibus Fratribus universis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, & causarum Curia Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonis, Capitulis, & aliis ad quos vel quomodolibet spectat & pertinet, ac spectabit & pertinebit, per præfentes Motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut tres eorum, per se vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra præfentes litteras, & in eis contenta quæcumque ab omnibus ad quos spectat, & pertinere putatur, inviolabiliter observari, dictosque Fratres Discalceatos illis omnibus & singulis pacificè frui & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet molestari, Contradictores quoscumque & rebelles, & præmissis non patentes, per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque juris & facti remedia, appellatione

postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 17. Non obstantibus præmissis præmem. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præsentium ad iudicium ultra tres dietas non trahatur, ac de non recipiendis novis Domibus, aliisque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ dicti prædecessores in suis litteris prædictis voluerunt non obstat, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Obstantia 1084.

§. 18. Volumus autem quod præsentium transumptum alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo dicti Ordinis Discalceatorum, seu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 20. Decembris, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, Pontific. nostri anno secundo.

Transumptis credi solet.

Dat. P. A. D. die 20. Dec.

Indulta & immunitates pro Mercatoribus, etiam Hebræis, ad portum Civitatis Anconæ Status Ecclesiastici mercis advehentibus, & aliis ibi mercaturæ causa domicilium constituentibus. Et jurisdictio Consulum eorum causas cognoscendum.

Quoad Hebræos Anconæ degentes, vide etiam hic supra, fol. 23. constit. 19. Caca, ubi alia indicavi.

CLEMENS EPISCOPUS, Edita A. D. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1593.

EX Apostolicæ servitutis officio eam suscipimus sollicitudinem, in locis potissimum ditioni nostræ etiam in temporalibus subiectis, ut cunctis mortalibus, maxime verò exteris nationibus eò confluentibus justitia æquè lance ministraretur, neque eorum cuiquam injuria, aut gravamen aliquod inferatur, sed ut Christianam potius, ac præsertim Apostolicam pietatem, ac benignitatem vel in ipsa regiminis forma agnoscant & admirentur, tum verò ut Civitatum, ac populorum Status Ecclesiastici publica & privata commoda, communemque utilitatem, pro qua tenemur paterna, ac pastorali vigilantia modis omnibus procuremus. Quare cum inter alia quæ huc pertinent, illud certè non mediocri momenti sit, ut commercium maritimum inter Subditos nostros, & Mercatores, diversarum præsertim Orientalium regionum, qui Anconitano, ac reliquis ditionis nostræ prædictæ Portibus cum Navibus onustis mercibus ad victum, & communem usum utilibus, ac necessariis appellunt, non modò conservetur, sed majori in dies, Deo juvante, Navium multitudine & frequentia, Mercatorum còcursu & celebritate, mercium copia & ubertate augeatur, operæpretium duximus, & illa de medio tollere gravamina aut impedimenta, quæ ipsos fortasè abducere, aut retrahere possent, & eos contra gratiarum, immunitatum & privilegiorum, benigna ac liberali concessione, & promissa sub fide publica securitate invitare, ac subditos demum nostros, qui ad alia externa emporia confluant, ab aliis ad propria, etiam si opus erit, proposito alicujus damni periculo revocare.

Causa hujusmodi constituit.

Exemptio à gabelis pro Mercatoribus exteris ex Orientalibus partibus mercas Anconam a d. d. ibi vel diversa mercatura causa domicilium constituantibus

§. 1. Si qui igitur Mercatores, etiam exteri, ex quacumque Gente & Natione oriundi, Naves comparare & instruere, & in eis ultro citroque commendo mercas ex Orientalibus partibus Anconam adducere, vel in ipsa Civitate Anconitana, ut venturarum mercium pericula sub

cauti

certis sponsonibus suscipiant, sive ut alias quoquo modo Mercaturæ negotiis operam navent, domicilium sibi parare & constituere voluerint, eos omnes & singulos ab omnibus impositionibus, dantiis, oneribus, gabelis, collectis, subsidiis, contributionibus, ad quæ Cives, & Incolæ Anconitani, alias quam ratione mercium ipsarum venalium quomodolibet tenentur, hæcenus indiciis illis exceptis, quæ Cameræ Apostolicæ debentur, necnon etiam posthac forsan indicendis quibuscumque, etiam illorum exactionem per eandem Cameram, ejusve Officiales, & Ministros fieri contingat, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo eximimus & liberamus, exemptisque & immunes esse, ac ad illorum solutionem nequaquam teneri, neque ad id à quoquam cogi, vel compelli posse decernimus & declaramus, perpetuamque immunitatem, & exemptionem superius expressam eorum singulis gratiosè, & liberaliter concedimus & largimur.

*Salvicondu-  
ctus à Cameræ  
Apostolicæ  
officiis danti  
soliis confir-  
mantur.*

§. 2. Quoad eos verò Mercatores illarum gentium & nationum quibus per edicta publica, seu litteras patentes dilecti filii nostri moderni, & pro tempore existentis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, salviconductus, ut aiunt, concedi solent, eis nos quoque ad Anconitanum Portum, & Civitatem tutum, securum, & liberum commercium, remeatum, accessum & recessum, commercium, ac veniendi & redeundi, & occasione mercium quandiu opus fuerit Anconæ commorandi, & cum ipsis subditis nostris liberam occasionem mercium ipsarum contrahendi licentiam, ac plenissimum super præmissis omnibus, ut dicunt, Salvumconductum perpetuo concedimus & impartimur.

*Prohibitio  
hæc Mercatoribus  
assumenda  
non peritur-  
bandi.*

§. 3. Inhibentes ne quis eos, tanquam sub fide publica præsentium auctoritate assecuratos quoquo modo molestare præsumat. Quinimò vehementer etiam hortamur in Domino, & per Apostolica scripta monemus universos & singulos nunc & pro tempore existentes Præfectos, & Milites Classium, ac Triremium, tam Charissimi in Christo filii nostri Hispaniarum Regis Catholici, & cujuscumque Regni, Provinciæ, & Insulæ ei subjectæ, quàm etiâ Dilectorum Filiorum Nobilium Virorum Ducis & Domini Venetorum, necnon Magni Etruriæ sibi subjectæ Ducis, & Sancti Joannis Hierosolymitani, ac Sancti Stephani, & quarumcumque aliarum Militiarum, necnon Dalmatarum Uschocchi nuncupatorum, & ceterarum omnium Rerumpublicarum, & Principum, ne illis unquam Navigiis onerariis quæ merces ad Civitatem Anconitanam, ac alia ditionis nostræ loca comportant, ipsive Mercatoribus, aut Nautis, ut præfertur assecuratis, damni, detrimenti, aut impedimenti aliquid in rem vel in personam inferant. Quinimò habentes eos pro nostra, & Sedis Apostolicæ reverentia propensius commendatos, in exercenda hujusmodi mercatura omnem illis opem, operam, favorem, auxilium enixè ac benignè impendant, scituri se in hoc obsequium Nobis, & eidem Sedi gratissimum præstituros, & si contra fecerint, censuras & pœnas Ecclesiasticas, & temporales contra Pyratas, & Prædones nostra Maria infestantes inflictas incurfuros.

*Confirmatio  
qualificata  
Statutorum  
à Paulo III.  
concessorum  
Hebræis Ori-  
entalibus  
Ancona cõ-  
morantibus.*

§. 4. Verum his qui Anconæ nunc & pro tempore commorantur Hebræis Orientalibus, eorumque Universitati per eandem præsentem concedimus, & indulgemus, ut Statutis, & Capitulis eis alias per felic. record. Paulum PP. III. prædecessorem nostrum concessis, sive permissis, cum ea tamen moderatione quoad primum, & cum eis limitationibus & restrictivis quoad reliqua, quæ nuper à dilecto filio nostro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario adjectæ & editæ fuerunt, & non aliàs, uti liberè & licitè valeant, illaque omnia & singula, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, moderatione tamen & limitationibus & restrictivis hujusmodi, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, eisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

*Declaratio  
sua confir-  
matio contra  
Hebræos edi-  
ta, quoad He-  
bræos Anco-  
na dõm es.*

§. 5. Declarantes insuper, litteras nostras de eisdem Judæis ex toto Statu prædicto, præterquam Roma, Avinionone & Ancona expellendis nuper editas, ipsis Hebræis Orientalibus, vel aliis Anconæ domicilium habentibus non obesse quo minùs ad quæcumque Status Ecclesiasti-

ci loca pro exigendis creditis occasione mercium prædictarum contractis accedere, & per ea discurrere liberè & licitè valeant, nec propterea à quoquam molestari queat, dummodo super hoc litteras testimoniales de eorum origine, & justa hujusmodi itineris causa fidem facientes à venerabili Fratre nostro Episcopo Anconitano, seu pro tempore existente Gubernatore ejusdem Civitatis subscriptas secum deferant.

§. 6. Ceterum quia sæpè contingit merces ex Oriente per Mare Adriaticum advectas, prius ad alios Portus Maris Adriatici extra ditionem Ecclesiasticam sitos appellere & exonerari, deinde verò ad Statum nostrum Terra Mariæ comportari, districtè interdiciamus & prohibemus, ne quis omninò ex subditis nostris prædictis posthac unquam perpetuis futuris temporibus merces cujusque generis, qualitatis, & quantitatis, ex partibus Orientis per Mare Adriaticum ad alios extra ditionem prædictam ejusdem Maris Adriatici Portus prius delatas, & exoneratas, ac postmodum terra marive ad loca Status Ecclesiastici comportatas emere quoquo modo audeat. Cujus quidem prohibitionis si quis transgressor & violator extiterit, ita ut Merces quascumque prius quidem ad Portus Adriatici Maris extra ditionem nostram constitutos allatas, & exoneratas deinceps Anconam, vel ad alia Status nostri loca terra, aut mari importare præsumat: Volumus, ut quasi cujusdam multæ nomine, ultra solita & vetera vectigalia, novum etiam solvere teneatur, duodecim nimirum pro centenario ejus pretii quo res ipsæ æstimatæ erunt. Hujusque vectigalis novi, quod harum serie imponimus atque indicimus, exigendi facultatem ceterorum vectigalium conductoribus, & Exactoribus, de quo tamen Nobis, & Cameræ Apostolicæ sigillatim rationem reddere debeant, per præsentem tribuimus.

*Prohibitio  
emendi mer-  
ces ex parti-  
bus Orienta-  
libus, per  
mare Adria-  
ticum, ad  
alia Portus  
Anconitanos  
extra  
Statum Ec-  
clesiasticum  
delatas, &  
postea in d.  
Statu com-  
portatas, &  
sub pœna  
ista impor-  
tantibus ex-  
pressa.*

§. 7. Quod si quando triticum, seu frumentum ad Portum Anconitanum advehi contigerit, prohibemus dilectis filiis Communitati, & hominibus ejusdem Civitatis nostræ Anconitanæ, ne in posterum cujusvis privilegii, aut consuetudinis, etiam antiquæ & immemorabilis prætextu, etiam pro eorum usu necessario, frumento hujusmodi Navibus advecto pretium aliquod certum ullo modo præscribere, & eo oblato, vel soluto triticum sibi vindicare audeant, sed si frumento indigerint, ad illud cõmendum, sicuti alii advenæ emptores, nullo profusus discrimine concurrant.

*Triticum ad  
Portum An-  
cona adve-  
hendum, si-  
berè emere  
vendi possit.*

§. 8. Insuper universis & singulis Mercatoribus ad eundem Portum Anconitanum merces undequaque convehentibus indulgemus, ut non prius ad solutionem vectigalium pro ipsis mercibus injunctorum teneantur, nec cogi, aut compelli possint, quàm easdem merces vendiderint, aut aliò asportaverint, ac pro ea tantum rata, qua res ipsas vendi, aut exportari contigerit.

*Mercatores  
non solvant  
gabelam  
antiquam eas  
merces ven-  
dant, vel  
alio aspor-  
tant.*

§. 9. Postremò cupientes opportunè providere ne à Magistratibus ad purgandum merces ex locis pestiferæ contagionis suspectis pro tempore advectas, in eadem Anconitana Civitate deputatis, Consulibus sanitatis vulgò nuncupatis, sub prætextu cavendi ab hujusmodi morbi periculo gravamen aliquod ipsis Mercatoribus inferatur, sed ut salubritati, ut par est consulatur, & tamen debita inter Mercatores æqualitas servetur, ac omnes cessent querelæ, statuimus & ordinamus, ut deinceps per dictos Consules in adventu Navium exterarum nihil circa personas, & merces in dictis Navibus existentes sine Gubernatoris pro tempore existentis, cum eis conjunctim procedentis consensu, præsentia & interventus prohiberi, permitti, statui, decerni, judicari aut definiti valeat.

*Consules Sa-  
nitatis nihil  
circa perso-  
nas, & mer-  
ces Navium  
exterarum  
agentes, abs-  
que inter-  
ventu Gu-  
bernatoris  
Ancona.*

§. 10. Denique, ne Mercatores, ac personæ quæcumque ad Portum ipsum confluentes, vel inibi commorantes, litium dispendiis, atque incommodis ab hujusmodi commercio distrahantur, omnia privilegia de causis inter Mercatores, sive alios quoscumque incolas, sive exteros occasione Mercaturæ, & negotiorum hujusmodi pro tempore motis, tam in prima quàm in secunda instantia intra Civitatem ipsam Anconitanam, nec alibi cognoscendis, & terminandis per quoscumque prædecessores nostros quomodolibet concessa, auctoritate & tenore præmissis perpetuo approbamus & confirmamus, & illa quatenus opus sit, de novo concedimus, itant nec prætextu

*Causa ipsa  
non Mercatorum  
a con-  
na cognos-  
cantur.*

CLEMENS OCTAVUS.

pretextu privilegiorum Rotæ Maceraten, quibus in hac parte, & inquantum indultis Civitatis Anconæ quomodolibet præjudicent, harum serie ex certa nostra scientia derogamus, nec alio quovis colore alibi extra d. Civitatem Anconitanam in quacumque instantia trahi, seu conveniri possint.

non minus efficiant, quam si eorum cuique personaliter intimata fuissent. Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1594. Octavo Id. Martii, Pont. nostri anno 3.

Dat. F. A. J. die 3. Martii.

Yema el...  
andi Indi...  
al ex...  
p...  
tam facul...  
ta summa...  
de. c. pro...  
senti.

§. 11. Quinimodò ut controversiæ, & lites hujusmodi quancitissimè & minimo dispendio terminentur, statuimus, ut quotannis ex numero Mercatorum inibi commorantium tres Consules eligantur, alter nimirum ex Florentina, alter verd per Ultramarinos, ac tertius ex alia quavis Natione, arbitrio Universitatis Mercatorum in prædicta Civitate degentium eligendum, quorum vel duorum ex eis conjunctim procedentium iudicio causæ omnes inter Mercatores invicem, seu inter illos & alias personas, aut etiam inter alios quoscumque occasione Mercaturæ quomodolibet motæ & movendæ, summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta cognoscantur, audiantur, & decendantur. Consules verd prædicti Assessorem aliquem juris peritum suo arbitrio assumant, cujus voto in ejusmodi causis definiendis uti possint. Quod si res, de quibus agatur, valorem quadraginta scutorum non excedunt, à illis ubique Terrarum veneratio tribuatur, Deus ipse in sententiis vel decretis vim definitivæ habebitis eorumdem Consulium non liceat provocare. Sin autem prædictam summam excesserint, non ad alium Iudicem fas sit appellare, quàm ad septem vel octo Mercatores sorte extrahendos, qui hujusmodi causas appellationum, etiam summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta terminent, nec ulterius quam semel tantum, ut præfertur, ulla omninò appellatio detur. Atque in eligendis Consulibus modus & forma servetur, quæ in Statutis per prædictum S. R. E. Camerarium, ac dilectum filium nostrum, & Cam. Apost. Thesaurarium Generalem edendis præscribitur, eorumque munus & iurisdicctio expiret, prout ejusdem statutis factis à Camerario & Thesaurario declarabitur.

In iudicis...  
si uberna...  
tor nihil re...  
cipiant de...  
mercibus...  
quæ emanant.

§. 12. Caveant autem iidem Consules & Gubernatores, ne ex Navibus, & mercibus hujusmodi quicquam, sive parvum, sive magnum, etiam emptionis, sive alio quovis contractis, aut donationis titulo, etiam sponte oblatum accipere quoquo modo præsumant, alioquin noverint se grave arbitrio nostro poenas incursumos.

Decretum...  
errantibus...  
clausula...  
libata.

§. 13. Decetentes sic in præmissis universis & singulis per quoscumque Iudices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejusdem Civitatis Gubernatorem, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique iudicari & definiti debere, necnon irritum & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Exeratorum...  
separato, &...  
convenimus.

§. 14. Quocirca tam prædictis Camerario & Thesaurario generali, quàm dilectis filiis Cam. Apost. præsentibus Clericis, & eorum cuilibet per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum præsentibus literas ubi & quando opus erit, & quatenus parte eorum quotum intererit, requisiti fuerint, solemniter publicantes, eorumque singulis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant per se, vel alium, seu alios auctoritate nostra illas & in eis contenta quæcumque firmiter observari. Contradictores quoscumque rebelles, & præmissis non parentes per sententias, censuras & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiã ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Clausula de...  
rogatoria.

§. 15. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpti...  
fidei.

§. 16. Volumus autem quod præsentium transumptis Notarii publici manu subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem protus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Forma publi...  
catus, &...  
sanctio po...  
nalis.

§. 17. Quodque eadem præsentibus in valvis Basilicæ Principis Apost. de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut motus est publicentur, ac deinde quoad supra dictum prohibitionem emendi merces extra Statum Ecclesiasticum, elapsis quatuor Mensibus, quoad reliqua verd statim ab ipsa die publicationis hujusmodi, cunctos quos concernunt

Canonizatio S. Hyacinthi Poloni, professori Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici, ejusque relatio in numerum Sanctorum Confessorum, & suæ festivitatis institutio die 16. mensis Augusti celebrandæ.

XXVII.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1594.

Benedictus Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui dilectam filii sui sponsam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam perpetua regit providentia, atque his luctuosis temporibus multis ægumnis, & calamitatibus afflictam, multiplic. etiam gaudis, ex Sanctorum suorum gloria consolatur. Verè enim magna existit spiritualis lætitiæ materia, cum Deus illustra servorum suorum merita ideò mundo manifestat, ut dum illis ubique Terrarum veneratio tribuatur, Deus ipse in Sanctis suis mirabilis prædicetur. Nam cum aliqui terri Deo, excellenti vitæ sanctitate & miraculis insignes, jam cum Christo in cælo regnantes, in terra quoque summa Romani Pontificis auctoritate Sancti esse declarantur, Rex ipse sempiternæ majestatis & gloriæ, in Sanctorum Concilio glorificatur, divini cultus observantia augetur, fidelium pietas, & devotio excitatur, detestandæ hæreses magis magisque convincuntur, plures populo Dei ad virtutis exemplum, & suffragii patrocinium proponuntur, ut quod si feliter petimus, id efficacius multiplicatis intercessoribus consequamur.

Sancti qui in Cælo gaudent in Terra etiam Romani Pontificis de reo venerandi sunt.

§. 1. Quare magna Dei benignitate ante paucos annos factum est, ut à felicis recordationis Sixto Papa V. prædecessore nostro, ex Seraphici Patris Francisci Religione Beatus Didacus Hispanus in Sanctorum numerum referretur, & nunc vicissim ex Beatissimi Patriarchæ Dominici disciplina, Beatus Hyacinthus Polonus Sanctis pariter Christi Confessoribus adscribatur, nimirum ut duo clarissimi Ordines, unde totum ac Sancti viri Catholicæ Ecclesiæ lumina prodierunt, nostra quoque ætate, duplicato populi Christiani gaudio, honore consensim augeantur, ut due illæ lucernæ, si le & signis mirabilibus luminose, & charitate ardentes, supra excelsum candelabrum collocatæ, in domino Dei colluceant.

Sixtus V. canonizavit S. Didacum, ut supra in eius bulla 28. Rex fol...

§. 2. Et nos quidem cum multis aliis in rebus, tum in hoc etiam divinarum gratiarum abundantiam agnoscamus, primam quod nos ipsos Deus, veluti oculatos testes in hac religiosa causa esse voluerit: nam cum adhuc ex numero essimus venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatione in Polonia fungeremur, vidimus Cracoviæ insigni loco sepulchrum Beati Hyacinthi, in quo venerandum illius Corpus in somno pacis quiescebat, & Regni illius erga hunc Beatum virum singularem devotionem perspeximus: deinde etiam in eo divinitus bonitatis Dei prædicamus, quod ita disposuerit, ut hoc pius, & salutare canonizationis Beati Hyacinthi negotium, ante annos quinque, & septuaginta religiosi Poloniæ Regibus, Regni que Ordinibus supplicantiibus inchoatum, & à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris variis progressionibus promotum, tandem per nostræ humilitatis ministerium, qui Poloniæ Regnum peculiari paternæ dilectionis affectu complectimur, omni ex parte absolveretur.

Et mox proponitur Canonizatio Sancti Hyacinthi.

§. 3. Anno siquidem humane salutis 1518. felicis recordationis Leo Papa X. prædecessor noster, supplicationibus recolend. mem. Sigismundi Primi Poloniæ Regis tunc in humanis agentis, de Beato Hyacintho Polono, Ordinis Fratrum Prædicatorum, fidei integritate & morum sanctimonia, & miraculorum fama in universo Poloniæ Regno percelebri, in Sanctorum numerum referendo inclinatus, bon. mem. Joanni Episcopo Laudicæ, & Jacobo Canonico Cracovien. ut in ejus vitam, & miracula diligenter inquirerent, suis quibusdam litteris mandavit. Qui pro suo Apostolicæ Sedi obtemperanti studio, universæ illius vitæ, & miraculorum rationes ad

Leo X. Polonia Rege in statu illius processum commisit.

acta retulerunt, eaque anno etiam Domini 1526. Leone prædecessore prædicto vita sancto, ad piz mem. Clementem Papam Septimum, etiam prædecessorem nostrum, transmisserunt.

*Paulus III. obitus & Clementis VII. Francus Ord. S. Dominici litteram dedit in Regno Polonia ibi in festo celebrandi.*

§. 4. Quibus quidem actis diligenter perspectis, ac etiam ipsius Sigismundi Regis supplicationibus idem Clemens prædecessor adhaesus, dum de tota re mature decerneret, Fratribus Ordinis Prædicatorum dicti Regni, ut postmodum festivitatis Assumptionis Beatissimæ DEI Genitricis Virginis MARIE solemnitatem atque Officium, ac Sacrosanctum Missæ Sacrificium in eisdem B. Hyacinthi honorem celebrare, atque etiam imagines, & Altaria illi in omnibus Ecclesiis domorum suarum præfati Ordinis statuere possent, concessit. Et deinde prædicto Sigismundo Rege id etiam postulante, eandem concessionem ad omnes dicti Regni Cathedrales Ecclesias, quoad usque ad Canonizationem dicti B. Hyacinthi deventum esset, extendit.

*Paulus III. iterum negotium d. Canonizationis tribus Card. examinari commisit.*

§. 5. Ceterum consilio de Canonizatione huiusmodi ob quasdam tunc obortas difficultates per id tempus intermisso, anno similiter Domini 1539. tunc existentes Præsules ejusdem Regni in Synodo Petricoviensi per eos celebrata congregati, unanimi consensu, dicto Clemente prædecessore defuncto, per literas sanctæ mem. Paulo Papæ III. similiter prædecessori nostro supplicarunt, ut ad huiusmodi Canonizationem perficiendam suam, & dictæ Sedis auctoritatem impartiretur. Quorum supplicationibus idem Paulus prædecessor annuens, tribus venerabilibus Fratribus suis S. R. E. Cardinalibus, Ordinum Prioribus, negotium Canonizationis huiusmodi rursus examinandum commisit, qui & ipsi pro assiduis ejusdem Sigismundi Regis, necnon Prioris Provincialis dicti Ordinis in prædicto Regno tunc deputati supplicationibus, quibus nempe id petebant, ut in ipsius Hyacinthi fidei sinceritatem, vitæ sanctitatem, & miraculorum, quorum in dies in dicto Regno fama agebat, excellentiam diligenter iterum inquireretur, ad quosdam ipsius Regni probatos viros hoc negotium detulerunt, qui concessionibus Apostolicis super ea re factis, aliisque omnibus, quæ ad Canonizationem prædictam pertinebant, attentè consideratis, singula mature examinata in publica documenta redegerunt, denique summa fide collecta ad dictam Sedem transmisserunt. Postmodum idem Paulus prædecessor Fratribus dicti Ordinis ejusdem Regni etiam concessit, ut ipsi Officium de dicto Beato Hyacintho singulis quintis feriis, in quas nullum festum proprium incideret, perinde ac si esset in Sanctorum numerum relatus, quemadmodum de Sancto Dominico singulis feriis tertiis fieri solebat, recitare, ac illius ossa, & corpus exhumare, ipsumque in sublimiorem Ecclesiæ locum transferre possent.

*Gregor. XIII. & Sixtus V. de Canonizationis absolutione requisiti fuerunt.*

§. 6. Postea labente anno Domini 1583. claræ mem. Stephano Poloniæ Rege de eadem Canonizatione apud felic. record. Gregorium Papam XIII. pariter prædecessorem nostrum, dum in humanis ageret, supplicatione intercedente, ac interea illo vita sancto, charissimi in Christo filii nostri Sigismundi Tertii Poloniæ Regis, ac charissimæ etiam in Christo filie nostræ Annæ Poloniæ Reginae, necnon dilectorum filiorum nostrorum, tunc suorum, Gregorii tit. S. Sixti, de Radzivil, & Andree de Somlio, tit. S. Angeli in Piscina, Bartotii nuncupatorum Cardinalium, & venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum, ceterorumque totius Regni prædicti Ordinum status tam Ecclesiastici, quam sæcularis votis ac precibus, à felic. record. Sixto Papa V. etiam nostro prædecessore, per dilectos filios Stanislavum Relsium, ejusdem Sigismundi Regis apud eundem Sixtum internuncium, necnon Fratrem Hippolytum Mariæ Baccaria de Monte Regali, Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum, ac ejus nomine Fratrem Bartholomæum de Miranda, tunc Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis, ac demum Fratrem Severinum Cracov. ejusdem causæ nomine Provincie, & Regni Poloniæ ad id constitutum Procuratorem, supplicatum fuit ut ipse eundem Beatum Hyacinthum pro sanctitatis suæ fama, quam miraculorum accessu in dies magis magisque confirmabat, in Sanctorum numerum veteri Rom. Ecclesiæ ritu, & præscripta solemnitate cooptaret.

§. 7. Idem verò Sixtus prædictum processum super huiusmodi re confectam Congregationi venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum, S. R. E. Cardinalium, super factis ritibus deputatorum examinandum commisit. Coram quibus idem Sigismundus Rex, & universi Regni prædicti Status Ecclesiastici, necnon ipsius Ordinis Prædicatorum Religionis Professores, nonnulla Scripturatum, ac jurium volumina, duoque processus super ea re formati exempla protulerunt, unum videlicet à fel. rec. Pii IV. etiam prædecessoris nostro, qui unus ex tribus Cardinalibus in ordine prioribus à prædicto Paulo prædecessore ad id deputatis fuerat, scripturarum monumentis depromptum, alterum verò ex ipso Regno, simul cum libro, tum vetustatis auctoritate, tum vitæ, ac miraculorum ejusdem B. Hyacinthi diligenti expositione probato allatum, eò quidem illud ad fidem propositis de rebus faciendam firmius, quòd esset præstantium virorum literis obfignatum, & longo annorum spatio in Archivio Cracoviensi Conventus ejusdem Ordinis Prædicatorum tanta cum fidei laude aservatum, ut illo tanquam certi testis opera summæ auctoritatis homines semper dubiis in rebus uterentur. Cujus rei fidem vel hoc ipsum augebat, quod alterum alteri, tum rebus, tum sententiis omnibus tam aptè respondebat, ut nihil vel similius, vel congruentius excogitari posse videretur. Quæ quidem universa, citato Filii Procuratoris, recognita fuerunt. Idem porro Sixtus prædecessor, tribus causarum Palatii auditoribus doctrina, & rerum usu præstantibus, ad hoc nominatim deputatis mandavit, ut de iisdem illis iuribus ac processibus exemplis diligenter cognoscerent, & conclusiones inde pro more colligerent.

*Sixtus V. prædictum processum Jan. Card. deputatis super factis ritibus examinari commisit, & deinde tribus ista auditis.*

§. 8. Qua in re eum diu, multumque illi operam suam exercuissent, eodem Sixto, sicut Domino placuit, viâ universæ carnis ingresso, fel. rec. Gregorio PP. XIV. prædecessori etiam nostro retulerunt, producta jura plenissimè esse fidei atque auctoritatis, processumque omnem ad Canonis præscripta fuisse confectum, atque ex eo B. Hyacinthi fidei integritatem, vitæ sanctitatem, & miraculorum, ex quibus oculo potissimum consideranda proposuerant, claritatem manifestè elucere. Quæ quidem re ad venerabilium etiam Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium super factis ritibus tunc deputatorum Congregationem, ut & ipsi quid ea de re sentirent, in medium afferrent, ejusdem Gregorii jussu remissa, iidem Cardinales attentè examinatis allatarum à prædictis causarum Auditoribus conclusionum argumentis, ac Filii Procuratoris semper citato, atque audito, servatisque etiam servandis, unanimi consensu eorumdem Auditorum super scripturis, juriis, & processibus exemplis exhibitis relationem approbarunt, & rationes, quibus de illius fide, vita & miraculis constaret, longè firmissimas esse judicarunt.

*Qui Gregorius XIV. d. processum acta omnia retulerunt.*

§. 9. Accessit denique recens, & æquitatis, ac pietatis plena postulatio ejusdem Sigismundi III. Regis, qui etiam Sueciæ Rex existit, quique Legatione nobis, ac Sedi Apost. obedientiæ præstandæ causa, dilecto filio insigni viro Stanislavo Myski, Palatino Lencintiensi, apud nos, & d. Sedem Oratori suo nuper delata, nihil eum à nobis vehementius hoc tempore flagitare jussit, quam ut negotium istud ad optatum tandem, & suis atque Christi fidelium ejusdem Regni Poloniæ supplicationibus contententem exitum perducamus.

*Rex Polonia pro d. Canonizationis absolutione apud hunc Pontif. Clem. VIII. vehementius insistit.*

§. 10. Cujus quidem B. Hyacinthi vitæ omnis, ac reum quas Deus ejusdem tum viventis, tum defuncti intercessione ac meritis gessit, narrationem hoc loco pro nostro munere toti Ecclesiæ proponendam duximus, ut inde non solum ad divinas laudes prædicandas, atque ad Christianam religionem firmiore pietatis zelo conservandam Christi fidelium animi excitentur, verum etiam eo nomine ingentes gratiæ ab omnibus Christi fidelibus Deo agantur, quòd B. Hyacinthi prædicti sanctitatem, quamquam gravibus de causis antea probatam, & multis illustrem, publica tamen ipsius Apostolicæ Sedis, quam Spiritus Sanctus regit, & gubernat, ac nostra sententia omnino confirmari hoc tempore voluerit.

*Qui Clemens Canonizationi intentionis, illius vitæ narrativum bis proponit.*

§. 11. Natus igitur est B. Hyacinthus in Polonia, in Villa quæ Camiensis appellatur, Uratislaviensis Diocesis, ante annum Domini millesimum ducentesimo, ex nobilibus, & Christianis parentibus, sed quibus vitæ, virtutum, fuit.

*S. Hyacinthus in Villa Camiensis, Regni Poloniæ, ortus & Canonius Cracoviensis.*

ac miraculorum splendore longè ipse præluxerit. Inuentis ætatis tempore is primus licetis, quibus ætas illa in-

intercessione allequuta est, ut lingua, & sermone liberè uteretur. Prædicandi autem Evangelii causa cum ad varia passim loca se conferret, ac propterea ad Vandalum flumen Vislogradum Malloviæ Urbem redundantibus aquis præterfluens aliquando pervenisset, nullo nauclero, nulloque navigio, quo trans amnem veleretur, ad illius rivas conspecto, divina ope implorata, & Crucis signo communitus, comites ad iter per medios fluctus alacriter prosequendum hortari hunc in modum cepit: Eia, inquit, filii, sequimini vestigia mea in nomine Christi. Quo dicto, statim in flumen hec vestigiis se immisit. Verum sociis præeuntem illum sequi reuientibus, extenso pallio aquam tegens: Agite, inquit, filii charissimi, sit iste nobis pons Jesu Christi, per quem in nomine ejus transeamus. Itaque flumen illud altissimum simul, ac rapidissimum unà cum sociis incolumis trajecit. Quodam tempore etiam, cum per agros Villæ cujusdam Diocesis Cracovien inopum, ac pauperum hominum segetes injuria grandinis læsas passim, ac disjectas videret, non prius sibi ab oratione temperavit, quam easdem incolis intactas, atque integras reddidisset.

habitu à Dom nico in a infia

§. 12. Ab Ivone deinde Cracoviensi Episcopo Patruo suo Romam perductus est, ubi unà cum Ceslao ipsius consanguineo, & Hermanno Theutonico familiari suo à Sancto Dominico Romæ tunc degente, ejusdem Ivonis rogatu, qui de Hyacintho, ac duobus aliis regularis vitæ suæ instituto imbuendis cum ipso egerat, petexiguo tempore omni illius disciplina egregiè instructus, in ejusdem S. Dominici Ordinem nomen dedit, habituque de illius manibus suscepto, & expressè illius regulam professus, in Poloniam tandem cum sociis rediit.

Monasteria prima en- dicitur a. & Dominici in a. & prius ver- & opre miratus est

§. 13. Quo in itinere, cum usque ad Civitatem Frizacensem processisset, verbo simul & exemplo tantum illic profuit, ut ipsis sex mensibus Monasterium dicti Ordinis, multis ibidem Fratribus, & Hermanno illis Præposito, relicto, construxerit. Inde Cracoviam reversus, alio ibi ejusdem Ordinis Monasterio erecto, Dominicanæ Religionis crescentem paulatim familiam propagavit. Mox ad aliarum ejusdem Poloniæ Regni Provinciâ salutem cogitatione conversa, quatuorque aliis professionis suæ Monasteriis variis in locis ædificatis, omnes tum verbi Dei prædicatione, tum vitæ suæ innocentia in sui admiratione excitavit. Summa denique hæc est quam à Sancto Dominico ejusdem Religiosi instituti auctore, tanquam purissimo fonte hauserat, vivendi ratione eandem ipsam ad extremum usque vitæ diem sanctè, & religiosè servasse. Nâ sive Christianæ humilitatis species ante oculos propagatur, eo nihil erat demissius, nihil modestius, sive castitatis, ac virginei pudoris imago pulcherrima desideretur, illo nihil purius, nihil candidius fuit, si denique verè in Deum, & proximos charitatis forma exquiratur, illius charitate nihil potuit absolutius, nihil perfectius exoptari. Quæta porò in corpore castigado, atque in servitute redigendo illius fuerit severitas, singulæ noctes indicio fuerunt, quibus sese usque ad sanguinis profusionem affligebat. Quia verò cõtinencia, & moderazione in victu omni fuerit, præter sextas ferias, Beatissimæ etiam Dei Martris Mariæ Virginis, & SS. Apostolorum Vigilias ad unam omnes declarant, quibus excepto pane, & aqua, nihil omnino gustabat. Divini autem numinis propitiandi tanta cura, tantaque sollicitudine tenebatur, ut totas noctes in Templo fundendis ad Deum precibus insomnis persæpe conflueret, & si quando inedia, ac sopore fessis, & cadentibus membris, somnum capere cogebatur, aut itans, lapidi tantum Altaris innixus, aut jacens, humi scilicet prostratus quiescebat. Et quoniam nihil magis quam otium homini, præsertim Religioso vitandum esse sentiebat, idcirco quicquid temporis vacuum ab oratione supererat, id omne partim colendis sacris studiis, partim habendis concionibus, partim confessionibus audiendis, partim etiam ægrotis invisendis, partim denique Deo, & proximo serviendo impendebat.

Miracula vivens mult- taserit. quo- rum aliqua hic possunt.

§. 14. Cujus quidem singularem susceptæ vitæ rationem, quæ cœlestis potius, quam humanus vir meritò reputabatur, frequens multorum, qui se ejus precibus, & orationi commendabant, ad eum concursus, atque adeò nova in dies rerum ab eo gestarum præstantia, & pleraque miracula minimè obscura declarant. In quibus, ut cetera, quæ innumera propè sunt omitramus, cujusdam Petri ex Villa Prosovii oriundi resuscitatio proponenda primum occurrit, quem rapidi fluminis impetu ex equo dejectum, & in aquis omnino submersum, cù ejus corpus altero die jam latens inexpectatò ex ipso flumine prodiiisset, Deus ob merita, & preces ejusdem B. Hyacinthi statim ad vitam revocavit. Ejusdem quoque sanctimoniam mulier quædam Judith nomine egregiè ostendit, quæ cum paralysis morbi vis elinguem proflus, ac mutam reddidisset, nullaque ratione vocem emittere ullam posset, tandem Beati viri

§. 15. Longum esset ceteras res ab eo, dum vixit, gestas percerere, ut cui toto vitæ cursu nullus unquam dies effluxerit, quo non præclara aliqua ediderit fidei, pietatis, innocentie, ceterarumque omnium sacrarum virtutum documenta. Quæ quidem vitæ genere ad quadraginta propemodum annos perducto, cum tandem cuperet dissolvi, & esse cum Christo, in Vigilia Festivitatæ Assumptionis Beatissimæ Dei Genitricis, ac Virginis Mariæ, Fratribus Monasterii Sanctissimæ Trinitatis Cracoviensis accessit, moriturum sese definito die prædixit, eosque appropinquantis sui discessus nuntio percussos amantissimè consolatus, valere in Christo, Deumque in vita perpetuò timere iussit. Postridie igitur piis, ac canonicis precibus recitatis, & Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis summa cum veneratione perceptis, cum vesum illum extremo jam vitæ spiritu protulisset, in manus tuas Domine commendo spiritum meum, in Domino obdormivit, ejusdem Domini Anno 1257. die 15. Augusti.

Diem sui obitus præclari & die 15. Augusti 1257. obdormivit in Domino.

§. 16. Audita ejus morte, cum magna hominum multitudo, sive prosequendi funeris, sive contingendi corporis, sive per eum divini auxilii expectandi causa, sive alio Christianæ pietatis officio ad Sanctissimæ Trinitatis Monasterium ejusdem Ordinis Prædicatorum, sepulchro ipsius religiosum, ac celebre confluxisset, Deus, in cujus conspectu gloriosa est mors Sanctorum ejus, Zegotam quemdam nobilem Polonum, qui ex equo, quem fortè agitabat, miserrimè excussus, effactus, & confusus totius corporis membris statim obierat, ad B. Hyacinthi sepulchrum, eo ipso quo mortuus est die, à parentibus allatum, ob ejusdem B. Hyacinthi meritum, & preces, non solum in vitam denuò excitatus, verum etiam pristina & valetudini, & integritati ita est restitutus, ut in eo ne minimæ quidem læsionis reliquum ullum vestigium appareret. Cujus miraculi famam alterius etiam exitus postea auxit, infantulus enim, quem mater mortuum ediderat, à patre ad Beati viri tumulum translatus, cum primum is pro filio voto se Deo piè obtrinxit, magna cum omnium admiratione valere statim cepit. Accessit aliud quoque admirabile ipsius in Ursulam quandam factum, quæ cum maximis deplorati morbi doloribus toto biennio jactata, eò tandem devenisset, ut omnis melioris valetudinis spe abjecta, ipsos jam menses duos nullo amplius cibo, sed aqua dumtaxat vitam tueretur, Agnete tandem filia B. Hyacinthi opem suppliciter implorante, optatam salutem recuperavit. Postremò cujusdam Barbaræ Cracoviensis femine, quæ ex partu in hydropisim incidere, ita ut jam de illius salute ab omnibus esset desperatum, valetudo nulla prorsus humana medicina, sed unius B. Hyacinthi, cui sese commendaverat, pietate, ac meritis redintegrata, exiniam servi Dei sanctitatem clarè confirmavit.

Miraculis etiam postea claruit, quorum aliqua hic recensentur.

§. 17. Quibus sanè signis, multisque aliis ad eandem B. Hyacinthi sanctitatem comprobendam pertinentibus rebus adducti, ac præterea constanti omnium Ordinum dicti Regni, & ejusdem Sigismundi Tertii Regis, ac Dominicanæ Religionis petitioni satisfacere cupientes, cum id maxime idem Sigismundus Rex per prædictum Stanislavum Mysnikivum apud nos Oratorem, ipse

Ex supra- his consue- hic non. Ca- noniz. a. ions. neg. um ab- solvere.

verò Dominicanus Ordo per dilectum filium fratrem Joannem Vincentium Aristoricensem ejusdem Ordinis Prædicatorum Generalem à nobis postulaverit, ut quoniam quæcumque ad acta, & processum B. Hyacinthi spectabant, ex hujus sanctæ Sedis præscripto expedita, ac perfecta erant: Nos, quibus ea de re statuendi potestas à Deo est tributa, ad hujusmodi negotium definiendum omnes auctoritates sanctæ Sedis Apostolicæ, & nostræ partes conferremus, de eo ipso non prius tamen, quam rebus omnibus diligenter, ut par est, circumspicatis, hoc tempore nobis decernendum esse existimavimus.

*Et idem habitus pluribus desuper consultationibus per Cardd. sacris ritibus deputatos, & dicto processu examinato, in Consistorio secreto fuit dictum, B. Hyacinthum Canonizandum fore.*

*In dicto ergo Consistorio publico, Oratio habita fuit de vita, moribus, & miraculis S. Hyacinthi, & Papa ad Deum orationes fieri jussit pro inspiratione eius quod agenda esset.*

§. 18. Crebris igitur, ac diuturnis supradictorum venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis sacrorum Rituum consultationibus hac ipsa de re etiam nostro tempore habitis, & processu omni ex factorum canonum præscripto ab eisdem viso, & examinato, quin etiã viris in sacra Theologia, ac Pontificio jure versatis in consilium adhibitis, cum nihil jã desiderari videretur, secretum Consistorium indiximus, in quo venerabilis Frater noster Alphonsus Episcopus Ostiensis Cardinalis Gesualdus, cum suo, & ceterorum Cardinalium Congregationis sacrorum Rituum nomine omnia ad eam rem spectantia exactè, ac prudenter explicasset, id demum in summa retulit. De B. Hyacinthi fide, vita, ac miraculis se, & Cardinales collegas suos sentire, omnia probata esse, quæ ad Canonizationem ex divini juris præscripto pertinerent, eamque ob causam, posse beatum illum (si idem nobis videretur) in Sanctorum numerum cooptari.

§. 19. Qua quidem re intellecta, vehementer in Domino lætati sumus, quod ad augendam servi sui dignitatem facultas nobis hoc tempore se offerret. Nullam igitur officii partem ad peragendum tanti momenti negotium prætermittendam esse sententes, veteri Rom. Pontificum prædec. nostrorum exemplo adducti, inãdavimus ut de re ad exitum perducenda pro ipsius gravitate diutius deliberaretur. Itaque aliquot dierum spatium interjecto, publicum Consistorium hanc ob rem indiximus, non modò venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consensu, sed etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum, ceterorumque Familiarium nostrorum conventu frequens, in quo quidem dilectus filius Ciriaco Capanus Consistorialis aulae nostræ Advocatus, res gestas, & B. Hyacinthi virtutes, fidei ipsius sinceritatem, vitæ sanctitatem, ac miracula oratione de more est complexus, ac deinde ejusdem Sigismundi III. Regis, totiusque Poloniæ Regni, ac Religionis Dominicanæ nomine, ut ipsum in Sanctorum numerum referremus, suppliciter à nobis postulavit. Quod cum præsentibus ipsi audivissimus, inusitata lætitia viscera nostra perfundi sensit, divina enim voluntate evenisse intelligebamus, dictum Sigismundum Regem, cui nunc maxima duorum præstantium regnorum moles iacumbit, ideo de B. Hyacintho inter Sanctos aggregando incredibiliter laborare, ut nimirum nova sibi, suisque Regnis firmæ apud Deum intercessionis patrocinia compararet. Itaque respondimus in tam sollicita, tamque constanti optimi ac piissimi Regis postulatione, inesse eximie illius religionis significationem haud ab animi sui virtute alienam, neque indignam præstanti ejus divini cultus amplificandi desiderio. Diximus etiam permagnæ nobis esse voluptati, eoque animum nostrum ad gratias Deo agendas vehementer excitari, quod quibus servis sempiternæ beatitudinis præmia jamdiu in cælis sunt tributa, eosdem etiam in terris ab hominibus colit vellet Deus, ut Christi fideles, vel illorù intercessione cælestia auxilia facilius promerentur, vel eorumdem imitatione expeditius ad cælestem, qua ipsi jam petruuntur, gloriam perducantur. Summa denique responsionis nostræ hæc fuit, nobis quidem esse constitutum gravissimæ illius petitioni non deesse, causæ tamen magnitudinem obitare, quo minus in summa ipsius totiusque sui Poloniæ Regni voluntate res ipsa à nobis adhuc præstari possit, ut quibus eadem de re cum venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, & ceteris Episcopis diligenter tractandum esset. Quocirca eosdem Cardinales & Episcopos etiam, atque etiam monuimus, ut non solum quæcumque hac ipsa in causa versarentur, omnino studio adhibito examinarent, verum etiam cõjunctis precibus Deum deprecarentur, ut mentibus nostris lucem præferret ad ea demum agenda, quibus divinæ illius

gloriæ amplitudo, & totius Ecclesiæ utilitas augetur.

§. 20. Hisce deinde perfectis rebus, Consistorium secretum rursus indiximus, in quo etiam Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, qui tunc in Urbe erant, ac noster, & Sedes Apost. Notarii, & Sacri Palatii Auditores mandato nostro vocati adfuerunt. Tunc igitur nos pro nostra, & Sanctæ hujus Sedis, in qua à Deo collocati sumus, auctoritate & potestate, & pro singulari Spiritus sancti in eandem Sedem, cujus ipsa infallibili sapientia gubernatur, præsidio ea diximus, quæ ad rem propositam, atque ad illius temporis rationem in primis accommodata esse videbantur. Postremò cù eisdem Cardinalibus ceterisque Episcopis egimus, ut præcisè responderent, utrum ex processu, & ex rebus in eo cõprehensis, ac probatis B. Hyacinthum canonizandum videretur. Ac primò quidè iidem Cardinales, deinde etiã Patriarchæ, ac deinceps Archiepiscopi, & Episcopi, suo quisque ordine cõcordibus sententiis censuerunt, B. Hyacinthum ex rebus quibus omnis illius vitæ processus constat, à nobis optimo jure Sanctorum numero esse adscribendum. Itaque quod unum jam restabat de talibus, tamque inter se consentientibus suffragiis, Deo honorum omnium Auctori gratias agentes, ac læti rerum tot ab hinc annis cõparum felici successu, diem Canonizationis præfiximus ad decimum quintum Kalendas Maias, Dominicam scilicet in Albis, cum nimirum Paschalis solemnitas festivitate concluditur, novella germina Sanctitatis regenerantur, neophytorum habitus immutatur, Paschales denique, idest indulgentiæ, ac remissionis dies celebrantur, ut tot tantisque cælestibus præsiidiis adjuti meliùs, ac faciliùs nostro munere fungeremur.

§. 21. Ubi igitur ipsa Dominica in Albis, hodiernus scilicet dies illuxit, nos, & iidem Cardinales, necnon Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui in capellam nostram Pontificiam nobiscum ad id convenerant, sacris vestibus induti, Hymno Ave Maris Stella, ad honorè Beatissimæ Virginis Mariæ, cujus opem tunc maxime invocandam duximus, inchoato, eodemque illo ab ejusdem Capellæ nostræ Cantoribus ad finem usque deinceps decantato, aliisque etiam Romanæ Curie Prælatibus, & Officialibus, Familiaribusque nostris unà cum ceteris totius Ecclesiæ secularis & regularis Ordinis viris, longo, pioque ordine præeuntibus, omnes cum ardentibus ceteris ad illius gloriam, qui sua luce, & splendore cæles complet, ex Palatio nostro Apostolico summa cum celebritate processimus ad Basilicam Principis Apostolorum, tunc magno undique ornamentorum apparatu instructa, ad eò ut singularis lætitiæ specimen omni ex parte præferret. Suggestus enim loci amplitudine insignis, ejusdem Regis, & Dominicani Ordinis impensis extructus, ibi primum eminebat, in quo Altare ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium solemnè ritu à nobis celebrandum è regione erectum cernebatur. Templi deinde parietes insignibus aulæis auro, & bombyce intertextis oblecti erant. Omnis præterea interioris Basilicæ ambitus accensis undique cereorum flammis collucebat, denique suspensa de tholo, ac trabibus vexilla B. Hyacinthi, Sanctissimam Dei Genitricem Mariam Virginem flexis genibus venerantis effigiem spectandam proponebant. Nos igitur in eam Basilicam magna omnium ordinum frequentia ingressi, atque in ea supernæ, & Beatæ Urbis Hierusalem quasi sub aspectu positam pulchritudinem intuentes, in suggestum primò, ac deinde orandi causa ad Altare, ac postremò ad Throni ibidem, ut moris est, ad dextrum latus erecti sedem pervenimus, ubi eosdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos cum sacris vestibus obedientiam nobis præstantes excepimus. Tum idem Stanislaus præfati Sigismundi Regis Orator, semel, iterum, ac tertio postulavit, ut B. Hyacinthum in Sanctorum numerum referremus: nosque ad singulas ipsius petitiones, Litanis, ac sacris Hymnis per tria distincta intervalla recitatis, preces adjunximus. Denique omnibus ritè, ac piè peractis, quæ hac in re alii Romani Pontific, prædec. nostri servanda esse statuerunt, Sanctoque Spiritu, cujus divino numine Ecclesia afflata nunquam fallitur, multis cum precibus invocato. Ad honorem Sanctæ, & individue Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, ac Christianæ Religionis augmentum, auctoritate ejusdem Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Beatorum Apostolorum Petri,

*Indixit. Item aliquid creatum est Consistorium, quo omnia summi Canonizationis sententiam, idem præfatus noster Dominica in Albis pro ea agenda.*

*In quo omnibus hic enumeratis, & vestibus completis, ipsi Pont. diffinitive Hyacinthum Sanctum esse, & Sanctorum Consistorium Cardinalium adscriptum, & eius festivitatem die 10. Augusti celebrari jussit.*

Petri & Pauli, & nostra, de Fratrum nostrorum consilio decrevimus & definivimus, bon. mem. Hyacinthum Poloniam Ord. Fratrum Prædicatorum, Sanctum esse ac Sanctorum Catalogo adscribendum, sicut per præsentem definimus, decernimus, & adscribimus. Statuentes, ut ab universali Ecclesia anno quolibet, in die 16. Augusti Festum ipsius, & Officium, sicut pro uno Sancto Confessore non Pontifice, ad formam in rubricis Romani Brevariarii præscriptam devotè, & solemniter celebretur.

Indulgentiasque vifantibus eius sepulchrum vel sacella largimus.

§. 22. Insuper eadem auctoritate omnibus verè penitentibus, & confessis, qui annis singulis eodem die festo ad sepulturam, in qua ejus corpus requiescit, devotè accesserint, necnon Ecclesias, & Altaria in ipsius honorem constructa devotè visitaverint, eisdem indulgentias, & peccatorum remissiones concessimus, & elargiti sumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ ceteris d. Ordinis Monasteriis, & Ecclesiis in diebus festis ejusdem Ordinis Sanctorum jam concessæ sunt.

Missam de Octava Resurrectionis celebravit cum commemoratione S. Hyacinthi in indulgentiâ plenariam concessit.

§. 23. Quibus rebus ad S. Hyacinthi canonizationem necessariis absolutis, & Hymno ad laudem Dei, & gratiarum actionem decantato, ac divina ope per ejusdem Sancti viri intercessionem devota, ac pia precatione, quam ipsi recitavimus, implorata, tandem eodem in suggestu, & Altari Missam solemniter de Oct. Dominicæ Resurrectionis, cum ejusdem S. Hyacinthi Commemoratione celebravimus, & omnibus Christi fidelibus, qui huic Canonizationi, & Missæ interfuerant, ad laudem Dei, & Sancti sui gloriam, Plenariam peccatorum suorum indulgentiam concessimus.

Hortatur omnes ad Deum colaudandum.

§. 24. Quocirca omnes Jesum Christum Dominum nostrum collaudemus, agnoscamusque summa ejus bonitate evenisse, ut in hoc perturbato rerum statu, novi apud Deum intercessoris meritis, ac precibus adjuvari valeamus. Magno quidem illud esse debet ad bene sperandum omnibus argumento, quod rem à tot Poloniæ Regibus, ipsisque regni ordinibus jamdiu expectam, communibus piorum, ac religiosorum hominum votis ubique optatam, à plerisque etiam Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris susceptam, hoc tempore perficendi facultatem nobis tribuerit. Itaque Deum in Sanctis suis mirabilem deprecemur, ut Sancto Hyacintho suffragante, Ecclesiæ suæ pacem, & tranquillitatem, Regibus, & Principibus Christianis unionem, obsecratis hæreticis Catholicæ veritatis viam ostendat, miseris infidelibus Christiani nominis hostibus orthodoxæ fidei lucem largiatur.

Exemplorum multa fides.

§. 25. Ceterum quia nimis difficile foret præsentem nostras originales litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus ut earum transumptis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides habeatur, quæ ipsi præsentibus, si exhibitæ, & ostensæ essent, haberetur. Nulli ergo omnino, &c.

Dat. P. A. 3. die 17. Apr.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, 15. Kalend. Maii, Pont. nostri anno tertio.

Papa subscri.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episc. Protector noster aspice Deus.

Card. sub-

- Ego Alphonsus Episcopus Ostiensis, Card. Gesualdus. Ego Innocentius Episcopus Portuensis, Card. de Aragona. Ego M. Anton. Episcopus Prænestin. Card. Columna. Ego Ptolomæus Episcopus Tusculanus, Card. Comensis. Ego Gabriel Episcopus Sabinen. Card. Palæottus. Ego Fr. Michael Episcopus Albanensis, Cardinalis Alexandrinus. Ego Julius Anton. tit. S. Bartholomæi in Insula, Presbyter Card. S. Severinæ, Major Pœnitentiarius. Ego Hieronymus tit. S. Susannæ, Presbyter Cardinalis Rusticucius. Ego Petrus tit. S. Hieronymi Illyricorum, Presbyter Cardinalis Deza. Ego Alexander tit. S. Prædix, Presbyter Card. Florent. Ego Augustinus tit. S. Marci Presbyter Cardinalis Veronensis. Ego Simeon, tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardinalis de Tertanova.

Bullarii Magni Tom. III.

- Ego Scipio, tit. S. Salvatoris in Lauro Presbyter Cardinalis Lancellotus. Ego Henticus, tit. S. Pudencianæ Presbyter Card. Caiet. S. R. E. Camerarius. Ego Joan. Baptista, tit. SS. Jo. & Pauli Presbyter Cardinalis Gastrucius. Ego Dominicus, tit. S. Chryzogoni Presbyter Cardinalis Pinellus. Ego Anton. Matia, tituli S. Agnetis in Agone Presbyter Card. Gallus. Ego Fr. Constantius, tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Sarnanus. Ego Antonius, tit. S. Stephani Presbyter Card. Saulius. Ego Evangelista, tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Card. Cusentinus. Ego Jo. Franciscus, tit. S. Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Maurocenus. Ego Marianus, tit. Sanctorum Petri, & Marcellini Card. de Camerino. Ego Fr. Gregorius, tit. S. August. Presbyter Cardinalis de Montelpato. Ego Paulus, tit. S. Cæcilie Presbyter Card. Sfondratus. Ego Benedictus, tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis Justinianus. Ego August. tit. S. Laurentii in Pane & Perna Presbyter Card. Cusanus. Ego Franciscus Matia, tit. S. Mariæ in Araceli Presbyter Card. à Monte. Ego Octavius, tit. S. Alexii Presbyter Card. Pallavicinus. Ego Philippus, tit. S. Onuphrii Presbyter Card. Placentin. Ego Hieronymus, tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis Matthæus. Ego Flaminus, tit. S. Clementis Presbyter Card. Platus. Ego Federicus, tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis Bortomæus. Ego Lucius, tit. SS. Quirici & Julitæ Presbyter Card. Saxus. Ego Franciscus, tit. S. Mariæ Transpontinæ Presbyter Card. Toletus. Ego Alexander, Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Card. Montaltus, S. R. E. Vicecancellarius. Ego Alcanius, S. Mariæ in Colinedin Diac. Cardinalis Columna. Ego Guido S. Eustachii diaconus Cardinalis Pepulus. Ego Odoardus S. Adriani diaconus Cardinalis Farnesius. Ego Antonius diaconus Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum. Ego Petrus S. Nicolai in Carcere, diaconus Card. Aldobrandinus. Ego Cynthius diaconus Card. S. Georgii.

De Largitione Munerum utriusque sexus Regularibus interdicta. XXVII

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Religiosæ Congregationes ab insigni sanctitate viris Spiritus sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri, magnam jure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio, & natura, ut etiam quæ optimè fundata, & constituta sunt, partim hominum inbecillitate, & ad malum proclivitate, partim dæmonis astutia paulatim deficiant, ac nisi cura pervigili sustententur, in deterius prolabantur. Itaque Summorum Pontificum vigilantiâ magnoperè laboravit, ut Regularium Ordinum disciplina aut labefacta in pristinum restitueretur, aut salutaribus Constitutionibus communita, integra atque incolumis permaneret. Quorum nos vestigiis pro eodem officii munere insere, & Pastorem illorum sollicitudinem (quantum ostimus) divina adjutrice gratia cupimus imitari.

§. 1. Quare ne ex muneribus, quæ à pluribus Religiosæ vitæ professoribus, ex Christi patrimonio quibusvis hominibus quavis ex causa sæpè tribuuntur, gratia inmodica & mala, etiâ boni speciei exillant, præcavee studentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione universis

Minorum largitio Regulis prohibetur.

CLEMENS OCTAVUS.

40 & singulis eorumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium bona immobilia, & redditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cujusvis Congregationis, Societatis, & instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis utriuslibet sexus, omnem, & quancumque largitionem, & missionem munerum penitus interdiximus.

Qui sunt Regularis de choratur.

§. 2. Sub qua prohibitionem comprehendimus volumus omnia, & singula Capitula, Conventus, & Congregationes, tam singulorum Conventualium, Monasteriorum, Prioratum, Præposituratum, Præceptoriatum, Domorum, & Locorum, quàm Provincialia, aut Generalia cujuslibet Provinciae, sive universi Ordinis, Societatis, aut instituti, eorumque vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscumque Officiales, & singulares personas: ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum hujusmodi Superiores quascumque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Provinciales, Magistros, Ministros, & quocumque nomine Præfectos, necnon Conventuum, Monasteriorum, Prioratum, Præposituratum, Præceptoriatum, Domorum, & locorum quorumcumque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam majores, Guardianos, Ministros, Rectores, atque Abbatissas, Priorissas, & alio quovis titulo Præsidentes, tam ipsi Regularibus, quàm Laicorum Ordinariis, seu quibusvis Superioribus subjectas utriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos, aded ut nemo unquam eorum, vel earum directè vel indirectè, palam vel occultè, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quovis Statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacumque causa, nisi in generali capitulo, aut alia Congregatione re maturè discussa, unanimi consensu omnium, Superiorumque permissu causa approbata fuerit, quicquam tale attentare valeat.

Et quid prohibendum sit, explanatur.

§. 3. Id autem ita absolutè, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omninò fas sit quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, sive elemosynis, aut subsidiis certis, vel incertis, ordinariis, seu extraordinariis, mensæ, seu massæ communis, vel cujusvis Fabricæ, & Sacristiæ, quorum bona communiter, ut præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quàm ex pecuniis etiam quæ à singulis quovis modo acquisite in commune conferendæ omninò sunt. Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur. Nec si forsitan privatim, & nominatim cuilibet Religioso à suis Superioribus, vel à propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel à piis Christi fidelibus, etiam elemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoque modo per quemlibet religiosum suo Monasterio, Domui, aut Loco acquisite, eique ut ad libitum de eis disponat, per Superiores concessæ fuerint. Præterquam leviora tunc, aut poculenta, seu ad devotionem, vel religionem pertinentia munuscula, communi tantum, nunquam verò particulari nomine (ubi Superiori de consensu Conventus videbitur) tradenda. Sed & hujusmodi missiones munerum ipsi Religiosis utriuslibet sexus non solum per se, verum etiam per alios, tam directè quam indirectè prohibitas declaramus.

§. 4. Neque verò quisquam ab hac generali prohibitionem se excusare valeat, etiam si munera miserit cuiusvis personæ Laicæ vel Ecclesiasticæ, cujuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quavis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, verum etiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia majori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, vel suspensionis habitus Regularis, tonsuræ aut Professionis Majorum, tam sibi subditarum, aut ipsi etiam proprio Ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, vel Provinciali, aut cujusvis Monasterii, Prioratus, Domus, ut cujuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocumque officio, munere, aut dignitate fungenti, vel cuiusvis etiam simplici, & particulari Religioso. Ita ut inter ipsos quoque Religiosos (ne prava ambitione impuli pro consequendis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut benevolentiam

aucupetur) quæcumque largitio, aut donatio munerum (nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis Superiorum) sit penitus interdicta.

§. 5. Insuper prohibemus, ne unquam eisdem Regularibus liceat ullas pecunias quocumque modo erogare in aliquo, etiam benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratiæ animi certificationem, seu pro prædictis quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, seu pro quibusvis conviviis eidem, aut cuius alteri quacumque occasione vel causa exhibendis, vel pro comestationibus, aut comotationibus quibusvis personis, tam ejusdem Ordinis, Congregationis, Monasterii, domus, aut Loci, quàm extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis, intra Ecclesias, Monasteria, & Domos sacras, seu piæ, vel extra eas, in quibusvis publicis, aut privatis, sacris, aut profanis locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pietæ, etiam in memoriam Passionis Dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut alias in prædictis, sive in quibusvis rebus supervacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad oblationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus, nisi re ipsa pro divino cultu, & veris Christi pauperum indigentis, servato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio, & consensu Superiorum sublevandis, aut aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale, aut Provinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsitan præscriptam non excedentibus, sumptus hujusmodi fiant.

Excusatio prohibetur.

§. 6. Declarantes tamen per hæc laudabilè, & Apostolica doctrina, sacrilique Canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes, & peregrinos, nequam imminui, aut prohiberi. Quinimò si qui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum Monasteriorum, Ordinum, aut Regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus, sive alias applicati, aut donati sunt, eos omninò, ut decet, integrè in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, & præsertim in Monasteriis, seu locis desertis, & ab laicorum ædibus longius remotis, ubi tamen pauperum, & verè egeriorum ratio in primis habeatur. Si quos verò ditiores occasione transitus, sive alias ex devotionis, aut necessitatis causa ad se deferre contigerit, eos sanè deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensæque & ferculis communibus, nequaquam à ceteris distinctis contentos esse. Verum omninò ipsi Regulares in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, ut in eis frugalitas, & paupertas religiosa prioris eluceat.

Hospitalitatis opera excipiuntur.

§. 7. Pari etiam ratione distinctè inhibemus, ne quisquam ex prædictis laicus alias quam ut superius dictum est, vel Clericus secularis, vel regularis quocumque honore, præminencia, nobilitate aut excellentia, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate præditus, etiam Protector, Vice-protector, loci Ordinarius, Prælati Generalis, aut Provincialis, aut Monasterii, Domus vel loci cujuslibet Superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut Ministri utriuslibet sexus, quicquam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant. Quod si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam Generali, Provinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut à Conventu, Capitulo vel Congregatione, sive ab universo Ordine, & Religione quicquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant. Verum ipso facto, absque aliqua monitione, Judicis decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omninò in utroque foro teneantur, aded ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientie absolvi possint. Hanc autem restitutionem fieri volumus non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eis bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conventus, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ, aut massæ, cujus nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur.

Munera recipiuntur, paxa infliguntur.



restituatur, ita ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in pauperes erogat, concedere quomodo possit.

Quibus  
neque pona  
reputantur.

§. 8. Quod si quis ex supra dictis gradibus utriuslibet sexus, cujuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac ubilibet locorum existentibus, conjunctim cum ceteris, seu divisim nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, justorum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus ut omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso privatus, ac ad illa & alia similia vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat. Et præterea privationem vocis activæ, & passivæ absque ullo Superioris decreto, aut ministerio, ipso facto incurrat, necnon ultra hujusmodi pœnas etiam tanquam contra furti, & simoniaci criminum reum, tam per viam denunciationis, accusationis, aut querelæ, quam etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque supplicii affici debeat, pœnis aliis à jure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut proprias cujusvis Ordinis, Congregationis, Monasterii, Domus, aut loci statuta vel consuetudines, contra personas aliquid præmissorum committentes forsan decretis, & inflictis, nihilominus in suo robore permanerent.

Executores  
hujus bullæ  
reputantur.

§. 9. Quocirca universis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus locorum Ordinariis, eorumque Vicariis, & officialibus, necnon quorumcumque Ordinum, Prioratum, Monasteriorum, & Domorum Superioribus, etiam Generalibus, seu Provincialibus, ceterisque ad quos spectat, per Apost. scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omnistudio, diligentia, auctoritate, & vigilantia præsentem constitutionem firmiter, & inviolate observari, & contra inobedientes vel transgressores condignis pœnis adverti. Eosdem inobedientes, necnon contradicentes quolibet, & rebelles, per opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Clausula de  
regatoria.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictorumque Monasteriorum, Prioratum, domorum, locorum, necnon Ordinum, Congregationum, Collegiorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgitiis, & literis Apostolicis, quorumcumque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus præsentis nostræ constitutionis impediti quomodolibet valeat vel differri, & de quibus, quorumcumque tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Quæ omnia, quatenus præmissis in aliquo adversentur, prorsus tollimus, & abrogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Forma &  
efficius pu-  
blicæ.

§. 11. Volumus autem, ut præsentis literæ in valvis Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis. Quodque earum exempla, seu illorum compendia in libris quorumcumque statutorum prædictorum Monasteriorum, Prioratum, Collegiorum, Domorum, Ordinum, & Congregationum (quoad Moniales in vernaculum, & vulgarem cujusque Regionis sermonem versa) & à Loci Ordinario, qui id quamprimum fieri curet, subscripta inserantur, & saltem quotannis in Capitulis, sive Congregationibus cujusque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus post sexaginta dies à die publicationis, ut præfertur, in Romana Curia faciendæ unanimesque citra montes, ultra montes verò post quatuor menses perinde ardeat, & afficiant, ac si cuique personaliter intimatæ, & per eos juratæ fuissent.

Transumptum  
fides.

§. 12. Quodque earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obnignatis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Bullæ Magni Tom. III.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum interditi, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, &c.

Sanctio  
analis.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, 13. Kal. Julii, Pont. nostri anno tertio.

Dat. P. A. D.  
die 19. Julii.

Anno à Nativitate Domini 1594. inditæ. 7. die vero 2. mensis Julii, Pont. Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papa VIII. anno tertio, retroscripta litera affixa & publicata fuerunt in valvis Basilicarum S. Ioan. Lateranensis, S. Petri Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, dimissis inibi copiis affixis, ut moris est, per nos Prosperum Spada, & Franciscum de Bononiis, ejusdem S. D. N. Curf.

Publicatio.

Gabriel Savarellus Mag. Curf.

Approbatio Archiconfraternitatis B. MARIÆ de XXIX, Suffragio, nuper in Urbe institutæ ad orandum pro liberatione Animarum in Purgatorio existentium. Et concessio indulti anno quolibet unum reum condemnatum è carceribus liberandi in festo omnium Sanctorum, vel in die Veneris Sancti.

Quoad formam aggregandi alias Confraternitates atende dispositionem hujus Pontificis in constit. 115. Quacumque. Et circa Indulgentias vnde moderationem Pauli V. firmam die 25. Octobris 1606. mox publicandam sub die 25. Octobr. 1606.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D.  
1594. &  
1603.  
Exordium.

EX debito nostri ministerii pastoralis ad ea nostræ Operationis studia diligenter convertimus, per quæ fidelium vota, præsertim animarum Christi fidelium salutem concernentia optatum consequantur effectum, & ea quæ propterea per fideles ipsos pie facta, & ordinata fuisse dicuntur, firma perpetuo, & illibata persistant, cum à nobis petitur, libenter Apostolico munimine roboramus, ac alias concedimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

In Urbe  
de sui  
Confraternitas  
Suffragii  
animarum  
Purgatorio  
existentium.

§. 1. Sanè dilectus filius noster Franciscus Sanctæ Mariæ in Via lata diaconus Cardinalis Sfortia nuncupatus, tam suo quam dilectorum filiorum Confratrum Confraternitatis sub invocatione Animarum Purgatorii, alias Suffragii, in Parochiali Ecclesia S. Blasii in via Julia de Urbe canonice institutæ nominibus nuper nobis exposuit, quod cum nonnulli ex dilectis filijs Parochianis dictæ Ecclesiæ singulari quodam pietatis affectu erga Christi fidelium animas, quæ in Purgatorio futuram beatitudinem expectant commoti, & de sui ipsius salute altiori mente recogitantes, unam utriusque sexus Christi fidelium Confraternitatem Animarum Purgatorii, alàs Suffragii nuncupatâ, cujus præcipuū institutum hoc esset, piis ad Deum precibus pro dictis animabus in Purgatorio existentibus, & in earum refrigerium effundere, & alias ad Dei Omnipotentis laudem erigendam atque instituendam statuerint.

Vicarius  
pa  
pa  
at  
effi.

§. 2. Subindeque dilectus filius noster in dicta Urbe, & ejus districtu Vicarius generalis illam ordinaria ejus auctoritate perpetuo exerceat, sub certis modo, & forma tunc latius expressis, prout in patentibus literis dicti Vicarii desuper confectis plenius continetur.

Hic  
Pontif  
fuit  
de  
tem  
enqu  
1604  
1603.

§. 3. Et sicut eadem petitio subjungebat, si dicta Confraternitas sub tam pio, & laudabili instituto de novo per nos institueretur, ac aliqua speciali gratia, & titulo ac denominatione Archiconfraternitatis decoraretur, illa exinde amplius stabiliretur, operataque in Domino susciperet incrementa. Pro parte Francisci Cardinalis, & Confratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsos Confratres asserentes se dictum Franciscum Cardinalem in suam & Confraternitatis hujusmodi Protectorem elegisse, in suo laudabili proposito consovere, eosque ac Confraternitatē ipsam specialibus favoribus & gratiis prosequi de benignitate Apostolica dignatamur. Nos qui pium dictorum Confratrum propositum prænotare

D 3 sinceria

sinceris desideramus affectibus, eosdem Confratres ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, erectionem, institutionem dictæ Confraternitatis, necnon quæcumque statuta, & ordinationes ad felix regimen & prosperam directionem dictæ Confraternitatis jam hæcenus condita, quatenus sint licita, & honesta, ac sacris canonibus, & constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non contraria, & ab eodem Vicario examinata, & admittenda, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè, & inviolabilis firmitatis Apostolicæ robur adjicimus, necnon omnes, & singulos, tam juris quam facti, & alios quantumvis substantiales defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus.

*Etiamque in Archiconfraternitate origi.*

*Statuta etiam condendi facultatem tribuit.*

*Aliasque Confraternitates aggregandi. Quoad formam aggregandi vide hujus Pont. constit. 115. Quæcumque.*

*Indulgentias Confratribus, & aliis largitur.*

*Quoad indulgentias vide novam dispositionem S. D. N. Pauli V. cit. in rub.*

§. 4. Et nihilominus dictam confraternitatem in Archiconfraternitatem aliarum Confraternitatum, ut infra erigendarum, cum omnibus privilegiis, & insignibus, juribus & jurisdictionibus solitis, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo sine alicujus præjudicio erigimus, & instituimus.

§. 5. Eisdem Confratribus, ut pro felici gubernio, prospereque successu dictæ Archiconfraternitatis, & illius rerum ac bonorum omnium, omniumque aliorum ad eam nunc, & pro tempore pertinentium, præter jam condita quæcumque alia statuta, & ordinationes, concedere, eademque toties quoties pro rerum, & temporum mutatione, & qualitate expediens fuerit, etiam in toto vel in parte mutare, corrigere, & in melius reformare, ac etiam de novo facere, quæ sic condita, reformata, ac de novo facta per dictum Vicarium examinari, & quatenus sint licita, & honesta, ac sacris canonibus, & constitutionibus, ac dicti Consilii decretis non contrarietur, approbari debeant.

§. 6. Et insuper dictæ Archiconfraternitati quæcumque alias Confraternitates sub illius instituto ubivis locorum & gentium erectas & erigendas, si, & postquam hoc per eorum procuratorem ad id specialiter constitutum in una ex Congregationibus ipsius Archiconfraternitatis petierint, similiter perpetuo aggregare, eisdemque sic per eos pro tempore aggregatis Confratribus, ac earum Ecclesiis, Capellæ, Oratoriis, Confratribus, & personis omnia, & singula privilegia, & indulgentias prædictæ Archiconfraternitati, ejusque Confratribus, necnon Ecclesiæ, seu Capellæ hujusmodi concessas (facultate eligendi confessorum, necnon aggregandi, & gratias hujusmodi communicandi excepta) communicare, concedere, & alia omnia in similibus per alias dictæ Urbis Confraternitates, earumque Confratres fieri, & observari solita facere liberè & licitè valeant, plenam, liberam, & omnimodam licentiam, facultatem, & auctoritatem harum serie impartimur.

§. 7. Postremò, ut Christi fideles prædicti ad dictam Archiconfraternitatem ingrediendam, & piorum operum in illa exercitium amplius incitentur, & exinde ipsa Archiconfraternitas confratrum numero, & frequentia magis decoretur, prædictaque Ecclesia vel alia, ad quæ ipsam Archiconfraternitatem transferri contigerit, in majori habeatur veneratione, & fidelis populi erga illam devotio augeatur, quo ipsi uberioribus cælestis gratiæ donis cognoverint se inde esse refectos, de Omnipotentis DEI misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacrosancta communione refectis, prædictam Archiconfraternitatem de cetero ingredientibus, die primi illorum ingressus, & receptionis hujusmodi, ac tam illis, quàm jam ingressis Confratribus dictæ Archiconfraternitatis pro tempore ubilibet decedentibus, in eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & confessi sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum (si id commodè fieri poterit) sumpserint, & nomen Jesu ore, vel saltem corde invocaverint. Necnon omnibus & singulis utriusque sexus Christi fide-

libus similiter verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam vel Oratorium dictæ Archiconfraternitatis in omnium Sanctorum, ac per totam octavam, ac Nativitatis beatæ MARIE Virginis festivitatis annis singulis devotè visitaverint, & pro salute Romani Pontificis, pacis, & tranquillitate Sedis Apostolicæ, ac omnium Principum Christianorum, ac etiam pro animarum in Purgatorio prædicto existentium liberatione, & aliis piis ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem auctoritate, & tenore præmissis largimur. Insuper qui verè pœnitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, durante oratione quadraginta horarum eidem orationi, sive die, sive nocte intervenerint, & psalmus qui incipit, Miserere mei Deus, sive De profundis, cum ipso responsorio, Requiem æternam, aut qui hoc præstare nesciverint, coronam recitaverint, pro animabus in Purgatorio existentibus. Ipsique Confratribus, qui itidem verè pœnitentes, & confessi qualibet feria secunda primæ hebdomadæ cujusvis mensis dictum sanctum Eucharistiæ sacramentum devotè, & cum cõtritione pro eisdem Purgatorii animabus, psalmos & orationes hujusmodi recitando susceperint, septem annos, & totidem quadragenas. Quique in Oratorio officii defunctorum interfuerint, & corpora dictorum Confratrum utriusque sexus defunctorum, psalmum De profundis, vel coronam hujusmodi recitando ad sepulturam associaverint, eisdemque psalmum De profundis, vel coronam hujusmodi Christi fidelibus, etiam non Confratribus ab hac luce decedentibus devotè etiam recitantibus, vel dictum Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum dum ad infirmos deferretur associaverint, & processionibus dictæ Archiconfraternitatis ex quavis causa de licentia ejusdem Vicarii pro tempore faciendis intervenerint, & qui secunda, & sexta feriis cujuslibet hebdomadæ psalmum De profundis, vel coronam hujusmodi pro animabus prædictis dixerint, quique Missas pro animabus eisdem celebrari fecerint, & quoties infirmos dictæ Archiconfraternitatis visitaverint, necnon processionibus dictæ Archiconfraternitatis infra octavam commemorationis defunctorum ad Ecclesiam S. Gregorii de Urbe, feria sexta in Parasceve ad basilicam Principis Apostolorum de eadem Urbe faciendis devotè interfuerint. Ac tam ipsis Confratribus qui confessi, & communicati septem Ecclesias dictæ Urbis visitaverint, quàm aliis Christi fidelibus illos associantibus, centum dies de eis injunctis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxamus.

§. 8. Postremò eisdem Confratribus, ut pro indulgentiis prædictis facilius consequendis iidem confratres, ac etiam eorum quilibet, confessorum sibi benevisum ab Ordinario approbatum, qui audita eorum confessione eos à quibusvis peccatis, criminibus, & excessibus, etiam quantumvis enormibus, videlicet in casibus dictæ Sedi reservatis, exceptis contentis in literis in die Cœnæ Domini legi solitis, bis in vita, & in mortis articulo, in aliis verò eidem Sedi non reservatis casibus quoties opportunum fuerit, absolvere, & pro eis salutarem pœnitentiam injungere possit, eligere licitè & liberè valeat, eisdem auctoritate, & tenore indulgemus, presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

*Confessorem eligendi licentiam tribuit. Tu vide alia hujus Pont. bullam cit. in rub.*

§. 9. Non obstantibus nostra de indulgentiis ad instar non concedendis, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod si ingredientibus dictam Archiconfraternitatem, aut aliud ex præmissis peragentibus, vel aliis aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum tēpus nondum elapsam duratura per nos concessa fuerit, presentes literæ nullius sint roboris vel momenti. Nulli ergo, &c.

*Contrariis derogas.*

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, quinto Idus Septembris, Pont. nostri anno 3.

*Sequitur indulgentiam liberandi unum condemnatum.*

CLEMENS PAPA VIII. &c. Edita A. D. 1603.

Plas Christi fidelium Societates ad charitatis opera exercenda canonicè institutas, ut in eorumdem operum exercitio magis confoveantur specialibus favoribus, &

*Causa hujus concessionis.*

& gratis libenter prosequimur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

*Indultum in  
terram in  
pago omnium  
sanctorum  
et die venen-  
ti sandi  
via pace  
suisorum.*

§. 1. Proinde vestram Confraternitatem specialis gratia favore benignè prosequi volentes, ac vos, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si iure vel ab homine quavis occasione vel causa lapsi, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum presentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus vestro nomine nobis humiliter potrectis inclinati, vobis vestraque Confraternitati, ut singulis annis in festo omnium Sanctorum, vel in sexta feria Majoris hebdomadæ arbitrio vestro eligendum unum reum quem petieritis, & à dilecto filio nostro, & pro tempore existente Alim. Urbis Governatore obtinueritis, capitali pœna, præterquam occasione criminis læsæ Majestatis, falsificationis monetæ, aut litterarum Apostolicarum, assassini, aut sacrilegii damnatum liberare, & absolvere, dummodo tamen pacem ab offensis habuerit, liberè, & licitè valeatis, auctoritate Apostolica tenore presentium facultatem, & auctoritatem concedimus. Mandantes propterea eidem Governatori nunc, & pro tempore existenti, ut singulis annis in perpetuum vobis unum ex hujusmodi pœna capitali damnatis liberum dimitrat, & concedat, ipsumque per vos pro tempore liberatum, ab omni pœna capitali eo ipso absolutum, ac ad patriam, famam, gradus, honores, & bona quæcumque, præterquam Filco incorporata, plenarie restitutum, & reintegratum esse, & censeri, nec illum super præteritis delictis, & excessibus ulterius molestari, vel perturbari posse decernimus, & declaramus.

*Quibuscum-  
que non ob-  
stant.  
D. P. A. 12.  
10. Martii.*

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Martii, millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

XXX. Confirmatio Ordinationum præfinitarum pro bono regimine Ordinis Fratrum Beatz MARIÆ de Mercede redemptionis Captivorum, & pro electione Magistri Generalis ejusdem.

*Alias ordinationes habes infra in constit. 68. Ex pastoralis: cetera autem de hoc Ordine notavi supra ad constit. 9. Gregor. IX. fol. 88. Devotionis. Mox autem alias reformationes edidit hic idem Clemens infr. in constit. 112. Decet.*

Edita A. D. C L E M E N S P A P A V I I I .  
1594.  
Ad perpetuam rei memoriam.

*Exordium.* **I**s quæ pro felici Regularium personarum statu, & illarum salubri directione providè statuta comperimus, ut firmiora subsistant, & perpetuè futuris temporibus observentur, confirmationis Apostolicæ robur libenter adjicimus, prout ipsorum religiosorum vota exposcunt, & nos conspicimus in Domino expedire.

*Ordinationes  
infra scripta  
in Capitulo  
generalis edi-  
ta fuerunt  
super.*

§. 1. Sanè dilecti filii Magister Generalis, & Definitor Ordinis Fratrum Beatz MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum nobis exponi fecerunt, quod nuper in Capitulo generali dicti Ordinis in Ecclesia Monasterii sancti Augustini ejusdem Ordinis in oppido de Calatayud Taraconensis diocesis anno proximè præterito cum assistentia venerabilis fratris nostri Ildephonsi Archiepiscopi Cæsaraugustani in eodem Capitulo Præsidentis, Apostolica auctoritate deputati celebrato, ad ejusdem Ordinis, illiusque Religiosorum prosperam directionem infra scripta decreta, ac statuta facta fuerunt.

*Alterum elec-  
tione Magi-  
stri gen.*

§. 2. Et primò, quod deinceps electio Magistri Generalis dicti Ordinis, tam quoad personam eligendam, quam quoad locum in quo electio erit celebranda, alternatim fieret, videlicet quod una vice persona eligenda sit ex corona Aragoniæ & Galliæ, alia vice sit ex corona Castellæ, inclusis provinciis Andaluciæ, & Indiarum.

§. 3. Quo verò ad locum quando eligenda fuerit persona ex corona Castellæ, celebrari debeat Capitulum in loco Coronæ Aragoniæ, & quando eligenda erit persona ex Corona Aragoniæ, Capitulum celebretur in loco coronæ Castellæ, & quod juxta hoc decretum sive statutum, primum Capitulum generale celebrari debeat in Provincia Castellæ, & persona eligenda sit ex corona Aragoniæ.

*Loco celebrandi  
di Capitulum  
generale.*

§. 4. Præterea circa difficultatem itineris electorum ex Indiis, similiter decretum, & statutum fuit, ut semper & quando Provinciales, & Definitor Indiarum accedunt ad Capitulum generale, ut electioni Magistri Generalis assistant, quibus ipsorum admittatur, & recipiatur in definitorio, & in electione, dummodo ostendant prius nominationem sui capituli provincialis, cujus nominationis data non excedat quatuor annorum tempus, & dummodo non constet de ipsorum revocatione, aut nova alia nominatione facta per Capitulum Provinciale.

*Admissio  
Provincialium  
& Definitorum  
Indiarum ad d.  
Capitulum.*

§. 5. Decretum item fuit, quod quando Magister generalis fuerit ex corona Castellæ, & habuerit Romæ Procuratorem, & Vicarium generalem ex eadè corona, Aragoniæ Provincia possit, si voluerit curam suorum negotiorum dare alteri Procuratori suis expensis Religiosorum suæ Provincie nominari per suum Capitulum Provinciale, aut cum mandato Procuratoris Provincialis, & Definitorum ipsius, & id ipsum facere possit Provincia Castellæ quando Magister generalis fuerit ex corona Aragoniæ, & nominaverit Romæ Procuratorem generalem suæ coronæ, cum hoc quod Procurator particularis Provincie in robur Religionis, & obedientiæ sit subditus Commendatori Monasterii Romæ ipsius Ordinis, uti Prælato ordinario & Procuratori, & Vicario generali, uti talibus observatis in omnibus sui Ordinis constitutionibus.

*Procurator  
generali &  
provin-  
ciali in orbe.*

§. 6. Ad evitandos item sumptus superfluos decretum pariter ac statutum, ut provincia Castellæ, Andaluciæ, & Aragoniæ non teneantur dare Magistro generali singulis annis ultra septuaginta quinque scuta valoris decem drachmarum Castellæ, neque ipse Magister generalis possit accipere, vel petere amplius pro ipsius victu, & vestitu: quæ scuta septuagintaquinque unusquisque Provincialis per suam Provinciam dividat, habito respectu reddituum, & proventuum quos quilibet conventus habet, & quod Provincie Indiarum solvant vestitium hucusque solitum, habeatque Magister generalis redditus, proventus, & emolumenta loci Algar, quemadmodum hæcenus semper habuit. Quia etiam domus dicti Ordinis sunt ita pauperes, ut extraordinaria onera sufferre non possint, decretum fuit, ut Magistris generalibus, & provincialibus quando eorum officiis finem imposuerint, nihil dari debeat. Non obstantibus decretis in alio capitulo generali Cæsaraugustæ celebrato factis, per quæ designati fuerunt centum ducati singulis annis solvendi Magistro generali, qui officio suo finem imposuisset, & sexaginta octo ducati unicuique Provinciali, qui similiter officium suum implevisset. Ad data tamen cohortatio fuit ad commendatores, & Prælatos ordinarios domorum, in quibus habitaverint, ut ipsorum officiis peractis ita illos tractari curent, ut ipsorum personas, & dignitates decet.

*Revocatio  
omnium ex-  
emptionum &  
dispensatio-  
num à Gene-  
rali Fratri-  
bus concessa-  
rum.*

§. 7. Præterea ut cessent multa inconvenientia, quæ ipsa experientia magna esse comprobavit circa exemptiones, quas Magistri generales pro tempore existentes concedere consueverunt multis religiosis tam in sedendo, quam in non assistendo choro, necnon officiis conventualibus, & similiter circa dispensationes super celebratione plarium Missarum, quam permittunt Ordinis constitutiones, & super usu lini in vestibus, necnon super immunitatibus à dictis Magistris generalibus aliando quibusdam concedi solitis, illos sibi, ac præfato Magistro generali pro tempore existenti immediatè subijciendo, revocando in primis dictas exemptiones, decretum & statutum fuit, ut nullus Religiosus possit talibus exemptionibus, dispensationibus, immunitatibus, & subjectionibus uti, nec Prælati ulterius illis assentiri, sub pœna privationis officii quoad Prælatum ad annum, quoad reliquos verò illis urentes, sub pœna carceris, in quo detineti debeant per sex menses.

*Hortatio ad Magistrum gen. ut easd. parces & in- st. concedat.*

*Permissio pro redemptioe captivorum Provincialium non possunt applicari pro Captivis extra eas.*

*Vnio fonda Collegio Civitatis Illerdensis.*

*Alia unio fonda Collegio civitatis Oscanis.*

*Creatio Magistrorum, & Presentatorum qua esse debeat.*

*Magister generalis qua capitula possunt ponere possit.*

*Forma votandi in electione Magistrum generalium.*

*Magister gen.*

§.8. Et insuper fuit addita cohortatio ad Magistrum generalem, quod in concessione huiusmodi exemptionum parcè admodum, & consideratè procedat neque illas concedat passim, sed raro, & ex iustissimis causis, & cum debitis limitationibus.

§.9. Item cum visum fuerit gravata fuisse capitula Provinciarum Castellæ, & Andalusicæ in Redemptione Captivorum aliarum Provinciarum, mediantibus pecuniis earundem Provinciarum Castellæ, & Andalusicæ, decretum fuit, quod pecunie quæ venerint ex Indiis ad redimendum Captivos, unà cum reliquis quæ aggregabuntur in Provinciis Castellæ, & Andalusicæ, deserviant tantummodo, & applicentur Redemptioni Captivorum dictarum Provinciarum, absque eo quod Magister generalis illas extrahere, aut in Redemptionem captivorum aliarum Provinciarum, vel in alios usus convertere, seu aliter applicare valeat, sub pœna privationis officii.

§.10. Præterea cum consideratum fuerit, quod domus Bergæ, Tarragæ, Pradas, & Montblanch in principatu Cataloniæ, & domus Sarriconi, & cuiusdam loci nuncupati Vn castillo, Regni Aragoniæ, sunt ferè inutiles Ordini, & Religioni, nam paucos continent in se fratres, & non potest in ipsis servari Regularis observantia, decretum fuit quod supradictæ domus Cataloniæ uniantur seu incorporentur, & reducantur ad Collegium, quod Ordo ac Religio habet in civitate Illerdensi, & hoc eo consilio, ut ex redditibus dictarum domorum conjunctis cum redditibus dicti Collegii, possit major numerus Scholasticorum, & personarum, quæ in literis exercentur, in dicto collegio manuteneri.

§.11. Et similiter quod domus Regni Aragoniæ uniantur, & incorporarentur collegio quod Ordo habet in Civitate Oscanæ, ad eundem finem, & effectum. Et quod executio unionis seu incorporationis domorù Cataloniæ, committatur Priori Barchinonensi, Domorù verò Aragoniæ Provinciali, seu ejus Vicario dictæ Provincie.

§.12. Præterea ut directus gradus Præsentatorum, & Magistrorum detur personis dignis, qui in sacris literis ac scientiis diu operam præstiterint, & in illis profecerint, decretum, & statutum fuit, ut nulli Religioso dicti Ordinis detur gradus Præsentati, nisi ad illum à suo capitulo Provinciali prius præpositus, sive nominatus fuerit, & nisi saltem spatio trium annorum Logicam docuerit, sive legerit, & postquam fuerit expositus, & confirmatus in Capitulo generali, non possit ad Magistrum munus, & gradum similiter proponi aut nominari, nisi Theologiam scholasticam, aut positivam spatio quatuor annorum similiter docuerit, sive legerit, non comprehenso inter illos tempore quo legerit casus conscientie, & observata in reliquis omnibus forma constitutionis in distinctione 2. cap. 15. Et qui aliter fuerint graduati, non habeantur, neque reputentur uti tales, nec habeant nomē, nec votum, nec aliud privilegium, super quo per Magistrum generalem non possit dispensari aliqua de causa, occasione, vel prætextu. Et nullus expositus fruatur voce, loco, nec aliquo privilegio præsentati, nec Magistri, quousque admittatur in Capitulo generali.

§.13. Simulque ut Magister generalis adesse possit capitulis provincialibus quando opus esse viderit, decretum pariter, & statutum fuit, quod eidem Generali liceat differre, aut anticipare Capitula provincialia celebranda ante capitulum intermedium quod sequitur, ea tamen lege, ut anticipatio aut dilatio unius capituli Provincialis ad aliud, non excedat tempus quadraginta dierum, cum sit tempus competens ad hoc ut possit uni interesse, & ad aliud accedere.

§.14. Necnon ut in electionibus, tam Magistrum generalis quam aliorum Provincialium vota libera sint, decretum, & statutum fuit, quod ii qui præstiti sunt votum, non teneantur petere schedulas ad effectum votum dandi à Secretario capituli, sed possint ipsi facere schedulas arbitrio suo, postquam congregati fuerint in capitulo ad eligendum, aut illas ex suis cubiculis factas afferre, vel ut ipsi voluerint afferendo tantummodo schedulam ejus personæ, in cujus favorem votum dederint, & ubi hoc pacto vota præstita fuerint, electus debeat habere supra medietatē voti, & alia duo vota, si electus est capitularis.

§.15. Similiter decretum, & statutum fuit, quod Ma-

gister generalis, si commorabitur in Hispania, non possit nominare Vicarium generalem in aliqua Provincia. At vero mortuo Provinciali alicujus provincie, licet dictus Provincialis substituerit alium Vicarium Provinciale, possit tamen Magister generalis nominare pro illa Provincia alium Vicarium generalem, qui in ea exerceat jurisdictionem quam exerceat ipse Magister generalis, si in ea existeret.

§.16. Ulterius decretum & statutum fuit, ut nullus Religiosus alterius Ordinis in ipsum Ordinem absque expressa licentia Magistrum generalis recipi possit.

§.17. Et quod nullus Vicarius generalis Indiarum possit ex Indiis in Hispaniam reversus egredi, quousque alius in ejus locum deputatus accesserit, aut Magister generalis per suas literas permittat ut recedere valeat antequam successor illuc perveniat, providerit, sub pœna privationis officii, & vocis activæ, & passivæ in perpetuum. Et sub eadem pœna successor qui illuc accedit, remittere teneatur visitationem, seu quam dicunt residenciam sui antecessoris, cum ejusdem antecessoris culpis, & justificationibus, clausoque processu illum remittat in Hispaniam, ut Magister generalis super eo videlicet sententiam ferat, mandato supradicto Vicario generali qui ex Indiis fuerit reversus, ut se præsentet coram ipso Magistro generali, ita tamen ut si ex processu probatæ extiterint culpe, & delicta propter quæ eidem antecessor videatur carcerandus, possit illum carceri mancipare.

§.18. Postremò habito tractatu de loco celebrationis capituli generalis intermedii, resolutum fuit, quod dictum capitulum celebretur in Monasterio ejusdem Ordinis oppidi Vallisoletæ, Palentinæ diocesis, ac aliis prout in statusis, & ordinationibus desuper, ut præfertur, factis plenius contineri dicitur.

§.19. Cumque Magister generalis, & definitores præfati cupiant præmissa omnia Apostolico munimine roborari, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum desiderio huiusmodi annuere, ac aliis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.20. Nos habita super præmissis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus super consultationibus Episcoporum, & Regularium deputatis, quibus præinserta statuta examinanda demandavimus, matura consultatione, huiusmodi supplicationibus inclinatis, omnia & singula præinserta statuta Apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa nostra scientia perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque quomodolibet omiffarum, & alios quoscumque defectus, si qui intervenerunt in eisdem, supplemus, eaque omnia, & singula perpetuè valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac à modernis, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Magistro generali, aliisque Superioribus, fratribus, & personis quibuscumque inviolabiliter perpetuè observari, eosque omnes, & singulos ad illorum omnium observationem cogi, & compelli posse.

§.21. Sicque, & non aliter per ipsius Ordinis Magistrum generalem, & Superiores, ac quoscumque Iudices quavis auctoritate fungentes, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac etiam de latere Legatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.22. Et nihilominus Venerabilibus fratribus Tolitano, & Cesaraugustano Archiepiscopis, ac dilecto filio causarum curiæ Cameræ Apostolicæ Auditori generali per præsentem committimus, & mādamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios, & quando opus fuerit, præsentem literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, faciant statuta præfata à Magistro generali, & fratribus dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentibus perpetuè observari, ac eos quos illa concernunt, & concernere poterunt quomodolibet, in futurum, ad illorum omnium observationem omnibus iuris, & facti remediis cogant, & compellant, non per

*Magister generalis an possit nominare Vicarium generalem vel provinciale.*

*Nemo red. patur ad Ordinem absque eius licentia. Vicarius Indiarum non recedat ab eis quousque successor pervenerint.*

*Proximum capitulum gen. ubi celebran.*

*Ordo pœna confirmationem Pontificis.*

*Qui dicit ordinationes comprobata.*

*Consulam sublata, & apponit.*

*Executores que huius bullæ & dictarum ordinationum deputat.*

CLEMENS OCTAVUS

permitterent aliquid contra illorum statutorum continentiam, & tenorem per quoscumque quovis pretextu vel colore, aut alias quomodolibet attentari, contradictores quoscumque, & rebelles, ac premissis non parentes per sententias, & censuras ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias poenas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendos, ac legitimis super his habendis iuratis processibus sententias, censuras, & poenas prefatas aggravando, invocato etiam ad hoc, in opus fuerit, auxilio brachii secularis.

regatio contrariorum.

§. 23. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aut dicti Ordinis, illiusque monasteriorum, domorum, provinciarum, & locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis contra premissa, aut alias quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur presentibus, pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

emplorum

§. 24. Volumus autem ut eorumdem presentium transcriptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo ipsius Ordinis vel personae in dignitate Ecclesiastica constitutae obliquis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

P. A. 3. die Nov.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die octava Novembris, millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, Pont. nostri anno tertio.

XXXI. Institutio festivitatis S. Stanislai Episcopi, & Martyris, pro die 7. Mensis Maii duplici officio celebrandae.

Hunc Stanislavum Sanctorum Catalogo adscripsit, & canonizavit Innocentius IV. in supra in eju. constitut. 13. Olim, fol. 103. lib. 1.

Edict. An. D. 1595.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Quae ad Sanctorum venerationem, & fidelium erga ipsos devotionem augendam pertinent, ea nos libenter concedimus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

Hic Pont. in hoc celebrari festum S. Stanislai.

§. 1. Sane cum gloriosus Pontifex, & Martyr Sanctus Stanislaus Polonus in maxima apud universos Regni Poloniae Christi fideles veneratione existat, nosque tum ob peculiarem nostram erga ipsum Sanctum devotionem, tum ob paternam nostram in dictum Regnum charitatem, novissime de consilio venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis sacrorum Rituum, eundem Sanctum Stanislaum Episcopum, & martyrem in Calendario Romanum referri, ac de illo duplex officium per universum Orbem Christianum a clero seculari, & regulari eo die, qui eiusdem Sancti Martyris festo proximior, nullo alio festo esset impeditus, celebrari iusserimus, prout etiam per praesentes iubemus.

Congregatio Cardinalium super ritibus d. festi praescripsit ad diem 7. mensis Maii.

§. 2. Cumque eadem sacrorum Rituum Congregatio officium sic celebrandum ad diem septimum mensis Maii eiusdem Sancti Martyris diem festum proximè praecedentem, nullo alio festo impeditum, adscribendum esse, atque in eodem officio, quod erit de communi unius Martyris, orationem, & tres lectiones de ipsius vita, ab ipsa congregatione diligenter examinatas, & approbatas in secundo nocturno recitandas censuerit.

Idem Pont. hoc approbat.

§. 3. Nos ad Dei gloriam, eiusdem S. Stanislai venerationem, & fidelium spiritualem consolationem, juxta praefatae congregationis sententiam officium huiusmodi de

Sancto Stanislao Episcopo, & Martyre, die septima Maii eius diei festo proximè praecedenti, quatenus nullo alio festo sit impeditus, celebrandum esse, & in eo orationem & lectiones praedictas, quas tenore praesentium confirmamus & approbamus, recitandas esse: si vero dies septimus Maii huiusmodi alio festo fuerit impeditus, in alium diem non impeditum juxta rubricas Breviarii Romani transferri debere auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, & ordinamus.

Quibus unum quo non obstat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Breviarii Romani reformatione, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. P. An. D. die 4. Julii.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die quarta Julii millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus nostri anno quarto.

Institutio festivitatis S. Romualdi Abbatis, & Ordinis Camaldulensis fundatoris, die 7. mensis Februarii duplici ritu de Communi confessorum celebrandae.

XXXII.

De huius Ordinis statu, & indultis vide supra in const. 1. Alex. II. fol. 48. ubi notatur.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edict. An. D. 1595.

Plena Mater Ecclesia ad hoc Sanctorum cum Christo regnantium memorias a Christianis Populis frequentari instituit, ut nos, quos uti filios Deo quotidie parere satagit, tantorum Patrum exemplis provocati, eorum lectemur fidem, imitemur virtutem, gloriamque paribus vitae lineamentis aut invenire, aut exquirere studeamus. Ad haec, ut eorum invocatione sentiamus ipsos, qui ex hac vita discesserunt, habentes adhuc erga nos, qui in hoc mundo relictis sumus, charitatem, curam de nobis gerere, suisque precibus atque interventu apud Deum nos juvare, cumque de propria salute, & immarcescibili gloria sint secuti, de nostra multiplici miseria sollicitos exitere.

Sanctorum festi sunt in eorum virtutibus imitanda.

§. 1. In his sane reponendum esse in primis iudicamus gloriosum Anachoretam Romualdum, patria, familia, vitae sanctitate, & divinarum rerum contemplatione, Ordinisque Camaldulensis fundatorem, cuius tanta fuit in Deum religio, & pietas, ut in caelis solummodo eius conversatio esse videretur, ab hominum conspectu, & accessu remotissima, Sanctorum vero & Beatorum consuetudine, quorum apparitione, & intuitu sapissime dignatus est, acceptissima. Tanta erga proximos charitas, ut oratione, & lacrymis suis Patrem Religionis, & caelo acquisiverit, multos clarissimos etiam viros, Reges, & Principes suo exemplo ad humiles casus in eremo habitandas, & fulgorem purpurae cum vili tunica commutandum allexerit, plurimos a corporis, & animae infirmitatibus, ac imminentiis vitae periculis signo Crucis eriperit, collapsamque in Italia Eremiticam disciplinam restituerit, ac mirifice propagaverit. Tanta vero sui humilitas, & contemptus, ut Spiritus Sancti, qui super humiles requiescit, domicilium effectus, sacrarum Scripturarum intelligentiam, & Prophetiae donum consecutus sit, & quo magis humilitatem coluit, eo amplius a Deo exaltari meruerit, longitudine dierum in terris, immortalitate & Sanctorum gloria in Caelis coronatus.

Inter Sanctorum S. Romualdi virtutibus & miraculis claruit.

§. 2. Ut autem tam insignis Dei miles debita ab omnibus veneratione, & cultu honoretur, assiduisque precibus invocetur vir dilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est, supplicationibus etiam dilectorum filiorum Abbatis generalis, & Monachorum dicti Ordinis Camaldulensis, pro praclaro eiusdem Ordinis Institutore nobis humiliter portetis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum praepositorum, quibus hoc negotium examinandum commissimus, consilio, & assensu, eiusdem S. Romualdi nomen, & diem festum in Calendario Romano quo nunc utimur, die septimo Februarii, quo die eius translatio facta est, adscribendum, eiusque officium a quibuscumque personis ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, abque terrarum existentibus, sub ritu duplici de communi Confessorum non Pontificum, ubi proprium

Hic ideo Pont. ista habuit consensu Card. sup. sacris Ritibus eius festum instituit.

deest, præter Lectiones secundi Nocturni, quæ propriè assignantur, ab eisdem Congregationis Cardinalibus approbatæ, celebrandum esse, auctoritate, & tenore præsentium perpetuò decernimus, & statuimus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obediendi, universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Ecclesiasticis Prælatibus, ut in suis quisque Ecclesiis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Provinciis, Civitatibus, & Diocesisibus præsentibus nostras literas solemniter publicare, ac dicta die officium hujusmodi de S. Romualdo ritu duplici, tam ipsi quam ceteri omnes presbyteri, & clerici, secularis, & regulares utriusque sexus, ac aliæ personæ, etiam exemptæ, quibus officium dicendi, & psallendi munus quomodocumque injunctum est, celebrare, & psallere omnino debeant. Decernentes omnes & singulas personas hujusmodi ad aliam recitationem Officii ea die non teneri, sed debito, & obligationi hujusmodi penitenti satisfacere, ac si divinum officium juxta suorum breviorum præscriptum recitarent.

Quibuscumque non obstat.

Fides exemplorum.

D. P. A. die 9. Julii.

XXXIII.

**De electione Prælatorum, Fratrum Tertii Ordinis S. FRANCISCI de Penitentia, in communi sub trium votorum substantialium professione viventium.**

*De his Fratribus attende supra constit. 42. Leon. X. Inter cetera, fol. 455. cum ibi notatis, lib. 1.*

D. P. A. D. 1595.

Exordium.

Ratio constitutionis.

**CLEMENS PAPA VIII.**  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

**D**ecet Romanum Pontificem in his auctoritatis suæ partes libenter interponere, per quæ Religiosorum statui, eorumque prospero regimini opportunè consulitur.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Visitatoris generalis, & aliorum Superiorum, ac Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci de Penitentia, nobis fuit expositum, quod cum alias prædictus Ordo non ita propagatus esset, statutum fuit, dilectos filios Priores, & Discretos Conventuum, ac domorum dicti Ordinis, Capitulis generalibus, quæ quolibet triennio pro electione novi Visitatoris generalis, & quatuor Definitorum generalium fieri solent, interesse, & vota cum ceteris in eo habere debere. Cum autem dictus Ordo in varias provincias, benedicente Domino, diffusus, & auctus ad præsens existat, valdeque molestem sit, & dispendiosum tot Fratres ad Capitula generalia convocare, quinimò confusio ob ingentem numerum multoties inde provenire soleat.

Ordo eligendi Visitatoris generalis & Definitores generales in Capitulis generalibus.

Eligendique Provinciales Custodes, & Definitores in Capitulis Provincialibus.

§. 2. Nos cupientes his, & aliis incommodis opportuna ratione occurrere, dicti Visitatoris generalis supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus, in electione novi Visitatoris generalis, ac etiam Definitorum generalium in ipsis Capitulis generalibus facienda, Visitator generalis præteritus, necnon in qualibet Provincia unus Provincialis ac Discretus, Custos similiter provincialis, & non alii, generalibus Capitulis interesse, ac votum habere possint.

§. 3. In electione verò novorum Provincialium, Custodum, & definitorum provincialium in Capitulis provincialibus facienda, Provinciales præteriti, Discreti, Provinciales, Priores, & Discreti Conventuum, necnon Definitores generales actuales, ac demum Procurator generalis tunc existens vota habeant.

§. 4. Ad Priorum verò, & Discreti Provincialis electionem, Provinciales, & quatuor Definitores provinciales tantum procedant.

Priorumque & Discreti provincialis.

§. 5. Mandamusque ut electiones omnium ac quorumcumque supradictorum per vota secreta in schedulis conscripta fiant, & statim facta electione schedulæ comburantur, ita ut eligentium vota nunquam publicari possint.

Forma dandi vota.

§. 6. Ac prohibemus, ut nullo pacto in capitulis generalibus electiones Provincialium, ac Priorum fiant, sed tantum in qualibet Provincia suis Provincialis, Discretus provincialis, & Priores creentur.

Provincia- lium & Priorum electiones non fiant in Capitulis generalibus.

§. 7. Decernentes omnes, & singulas Visitatoris generalis, Provincialium, Discretorum, & Custodum, etiam Provincialium, necnon Priorum, & Definitorum prædictorum, seu quorumvis eorum electiones, quas contra hanc traditam formam fieri pro tempore contigerit, eo ipso nullas, & nullius momenti esse, ac fore, illisque non obstantibus, ad alias electiones, juxta hujusmodi formam præcedi posse ac debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his à quocumque auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Provincia- lium & Priorum electiones non fiant in Capitulis generalibus.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Clausula de rogatoria.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die vigesima nona Julii 1595. Pontificatus nostri Anno quarto.

D. P. A. die 20. Julii.

**Instructio super aliquibus ritibus Græcorum pro Episcopis Latinis, in quorum Diocesisibus Græci vel Albanenses Græco ritu viventes degunt.**

XXXIV.

*Ad has & totam materiam Græcorum, attende omnino constit. 14. Innocent. IV. Sub catholici, fol. 103. lib. 1. ubi plenè notavi.*

Edicta A. D. 1595.

**S**anctissimus Dominus noster Clemens Papa Octavus.

Sacramentum Baptismi.

Presbyteri Græci baptizatos chrismate in fronte nõ cõsignent, & ideo ab ipsis in ordine baptismi apud eorum Euchologium præmittantur quæ sequuntur post illa verba *εὐχρη, &c.* usque ibi, *ὁ ἅγιος πνεῦμα κρῖνει, hoc est, & post orationem, &c.* ubi habetur forma hujus cõsignationis, usque ad verba: Postea faciat sacerdos figuram circuli, &c.

Sacramentum Confirmationis.

§. 1. Episcopi Latini infantes, seu alios baptizatos à presbyteris Græcis de factò chrismate in fronte cõsignatos cõfirmant, & tutius videtur ut cum cautela, & sub cõditione id faciant, videlicet N. si nõ es cõfirmatus, ego cõsigno te signo crucis, & cõfirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præsertim vero cum verisimiliter dubitari potest quod ab Episcopis Græcis fuerint baptizati.

Sacramentum Eucharistie.

§. 2. Sanctissimum Eucharistie Sacramentum quod pro infirmis asservatur, singulis octò diebus, aut saltem quindecim renovetur.

Sacramentum Eucharistie.

Non asservetur idem sacramentum toto anno, si tamen asservatum fuerit, saltem in fine anni sumatur.

Tollatur abusus, fundendi, vel etiam miscendi sacro Oleo, ac iterum coquendi, vel alias exsiccandi species Sacramenti sacre Eucharistie feria quinta Cœnæ Domini, ut deinde illud asservent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata, bene erit; sin minus, tolerantur eorum throni, sive throni super altaria lapidea ponendi cum celebrant.

Corporalia uti Latini habeant, nisi throni etiam pro corporalibus utantur.

Sacramentum Penitentie.

§. 3. In casu necessitatis presbyteri Græci catholici possint Latinos absolvere.

Vtantur forma absolutionis in generali Concilio Florentino præscripta, & postea si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma hujusmodi absolutionis dicere tantum consueverunt.

Tollendus abusus, ubi est, ut vir atque uxor simul & eorum

CLEMENS OCTAVUS.

eodem tempore eidem presbytero confiteantur.

Aqua ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die mensis benedicta, conservetur in Ecclesia, ut illa fideles aspergantur.

Circa Oleum Sanctum Casochamænerum, & Infirmorum.

Non sunt cogendi presbyteri Græci olea sancta præter Chrisma ab Episc. Latinis diocæsanis accipere, cum hujusmodi olea ab eis in ipsa oleorum, & sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem quod non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere. Prohibeantur vero ab Episcopis Græcis externis schismaticis, seu S.R.E. Communionem non habentibus, illud accipere, vel eo uti.

Sacramentum Ordinis.

§. 4. Ordinati ab Episcopis schismaticis, aliis ritè ordinatis, servata debita forma recipiunt quidem ordinem, sed non executionem.

Proinde ipsi ordinati ab Episcopis schismaticis, correcti vel emendati reconciliandi sunt, & absolvendi cum penitentis salutaribus, dummodo errores, vel (saltem schisma Ordinatoris abjurent in judicio, vel publicè, vel secretò pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos alias susceptis ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super irregularitate hujusmodi occasione contracta, auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ fuerit dispensatum.

Non sunt admittendi Episcopi schismatici, sive pro ordinibus, sive pro aliis sacramentis conferendis, sed detinendi quoad sancta Sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur.

Græci sine literis dimissorii Episcopi Latini diocæsanis ad sacros ordines promoti, suspensi sunt, & si suspensi in suis ordinibus ministraverint, efficiuntur irregulares, sicut & Latini.

Super hujusmodi autem, & similibus irregularitatibus dispensandi facultatem à sancta Sede Apostolica obtineri oportet.

Si Episcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui à presbytero Græco in baptismo Chrisma in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare, saltem sub conditione, videlicet N. si es confirmatus, &c. ut supra. Presbyteri vidui, seu uxoribus orbatis habitum deferant diversum ab aliis.

Sacramentum Matrimonii.

§. 5. Curent Ordinarii locorum, ut decretum sacri generalis Conc. Trid. de reformatione matrimonii vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis & parochiis Græcorum, & Albanensium evulgetur, & publicetur.

Matrimonia inter conjuges Græcos dirimi, seu divortia quoad vinculum fieri nullo modo permittant, aut partiantur, & si qua de facto processerint, nulla, & irrita declarent.

Maritus Latinus uxoris Græcæ ritum non sequatur.

Latina uxor non sequatur ritum mariti Græci.

Græca verò uxor sequatur ritum mariti Latini.

Quod si id fieri non possit, quisque conjugum in suo ritu, catholico tamen, manere permittatur.

Proles sequatur patris ritum, nisi prævaluerit mater Latina.

Presbyter Græcus conjugatus, ante sacrum Sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstinere ab uxore.

Aliqua de causa.

§. 6. Græci credere tenentur, etiam à Filio Spiritum sanctum procedere, sed non tenentur pronuciare, nisi subesset scandalum, præsertim si degant inter Latinos, aut necessitas postularet confitendi fidem catholicam, quia tunc oporteret etiam pronuciare.

Nunquam monachis Græcis, seu Calogeris animarum cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia justa causa. Presbyteri sæculares Græci, abjuratis schismate & erroribus, atque in fide Catholica bene instructi, in Parochialibus seu Curatis Ecclesiis Græcorum institui possunt.

Tolerandus est apud Græcos usus carniū die Sabbati, ubi sine scandalo fieri potest, in locis tamen ipsorum, & inter eos tantum.

Item tolerandus est, ut ad jejunium eodem die Sabbati in Quadragesima, excepto uno Sabbato, ex

antiqua traditione non teneantur, sed duntaxat ad abstinentiam.

In jejniis biduanis, vel triduanis, vel aliis à diocæsanis, vel in Jubilæis à Summo Romano Pontifice indictis, dies Sabbati in eis comprehensus vel præscriptus, in alium diem pro plebibus Græcis ab ipsis diocæsanis, Apostolica auctoritate Sanctissimi D. N. D. Clementis divina providentiâ Papæ Octavi permittitur commutari.

Si ipsi Græci ad observationem jejuniorum, & vigiliarum Latine Ecclesiæ induci possent, optimum esset, sed non cogantur, cum ipsi qualibet hebdomada, & feria quarta, & feria sexta jejunent.

Græci existentes inter Latinos, dies festos de præcepto ejusdem Latine Ecclesiæ servare teneantur.

§. 7. Insuper idem Sanctissimus D. N. constituit, Romæ habendum esse Episcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Episcopis Latinis Italicæ, & Insularum adjacentium subiectos, ab Episcopo Græco ordinari volentes, eum illorum dimissorii ad id tantum concedendis, ritu Græco ordinet.

Episcopus Græcus Romæ sit, &c.

§. 8. Ita Sanctitas sua ex sententiâ Congregationis super reformatione Græcorum decrevit, & declaravit, ac fieri mandavit Romæ in Palatio Mōris Quirinalis apud Sanctum Marcum, die 31. mensis Augusti, Anno Domini 1595. Pontificatus sui Anno Quarto.

Decreta Pbr. An. 4. die 31. Augusti.

Institutio Monasterii, seu domus Refugii nuncupatæ in Alma Vrbe, pro Virginum, honestarumque viduarum educatione, & aliarum mulierum ad honestam vitam se convertentium probatione. Cum subsidii assignatione, ludicisque specialis deputatione, ad ejusdem Monasterii, ejusque personarum, & officialium lites dijudicandas.

XXXV.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1595.

IN supremo curæ pastoralis munere, quod nullis nostris meritis, sed divina ope freti sustinemus, nihil magis curandum esse censuimus, quam ut periclitantium animarum salutem, & personarumque necessario auxilio destitutæ sunt, commoditati, quantum cum Domino possumus consulamus. Quæ quidem paternæ charitatis officia ita cum suscepta administratione sunt conjuncta, ut ea functionis nostræ propria esse sentiamus.

Exordium.

§. 1. Nos itaque animadvertentes in Alma Vrbe nostra varia alioquin piorum locorum celebratione referta certanti aliquam domum ad tria personarum genera recipienda hoc tempore desiderari, puellarum nimirum ac virginum, quæ variis causis antequam nubant, aut vitam religiose instituunt in discrimine honestatis constitutæ sunt; Viduarum deinde, quæ nullum commune domicilium habent in quo degant; ac demum earum mulierum, quæ à turpi corporis sui questu ad meliorem frugem se recipere volentes, mutandæ quidem vitæ, ac penitentis agendæ desiderio quandoque inflammantur, sed cum loco indigeant, ubi ab impudica hominum consuetudine prius disjunctæ tantisper commorentur, quamdiu in Monasterium ad illas recipiendas in Vrbe destinatum admittantur, aut aliud honestum vitæ genus ineant, ne concepto illo ardore sensum refrigerante in eadem pestifera peccandi libidine perseverent. Considerantesque ulterius, si hæc domus in Vrbe erigeretur, proculdubio animarum CHRISTI immaculati Agni sanguine redemptarum salutem opportuno admodum remedio consultum iri, idcirco ceteris locis piis in Vrbe à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris opportunè proterum ac temporum ratione institutis, ejusmodi domum hoc tempore addendam duximus.

Causa huius instit. seu erectionis.

§. 2. Ad laudem igitur Omnipotentis Dei, ac virginum & viduarum, aliarumque mulierum supradictarum commoditatem, & communem domum, quæ in tres diversas partes distribuatur, in quatuor aliam Virgines, quæ vel parentibus orbate, vel eorum cura atque omni alia ope destitutæ in periculo pudicitie versantur, donec nimirum vel de matrimonio contrahendo, vel de vita religio-

Institutio domus pro pauperibus virginibus recipiendis in una eius parte: pro viduis alia: ac pro impudicis

*mulieribus  
paucioribus  
in altero.*

se instituenda deliberaverint, illisque de convenienti  
te, aut eleemosyna, sive à suis, sive ab aliis provifum fit,  
aut quousque de viro cum quo matrimonium contra-  
hant, aut de monasterio in quod admittantur certo con-  
stitutam fuerit: in aliam vero viduæ honestæ condi-  
tionis & famæ, quæ in eadem domo simul degere volue-  
rit. In aliam denique mulieres impudicæ penitentiam  
agere cupientes, quousque cum ceteris in Monasterium  
pro eisdem in Vrbe designatum recipiantur, aut donec  
honestam vivendi genus compleant, admitti, & ibidem  
commorari atque educari, ac singulæ sub proprio vitæ  
institutio, seorsum Virgines à Viduis, atque à mulieribus  
prædictis exerceant. instrui, probati, ac alias regi, & gu-  
bernari debeant: in ædibus viridariisque Bernardi Ac-  
ciaioli in eadem Alma Vrbe nostra, in Monte Quirinali  
sitis, per nos nuper à dilecto filio Joanne Baptista Ac-  
ciaiolo ejusdem Bernardi filio & hærede, in usum præ-  
dictæ domus emptis, atque instauratis, auctoritate Apo-  
stolica præsentium tenore erigimus & instituimus.

*Denomina-  
tio est Mona-  
sterium Re-  
fugii B. Virgi-  
ni in Vrbe.*

§. 3. Quoniam verò erectionis hujus, atque instituti  
fundamenta, ita demum firma, & salutaria fore confidi-  
mus, si sanctissimæ Dei genitricis, ac Virginis MARIÆ  
humani generis Advocatæ præsidio ac patrocinio inni-  
tantur, in primis nos ejusdem Beatissimæ Virginis, quam  
singulari semper pietatis cultu profecuti sumus, inter-  
cessione ac meritis freti, eandem domum Beatæ MARIÆ  
Refugii Urbis appellari debere statuimus.

*Festum eius  
Assumptionis  
ibidem est so-  
lemniter ce-  
lebrandum.*

§. 4. Ex omnibus verò illius festivitibus, Assumptio-  
nis ejusdem in Cælum diem anniversaria solemnitate  
ibi celebrandam esse decernimus.

*Officialis pro  
regimine Mo-  
nasterii ad an-  
nuum eligentur.  
Qui oportu-  
na et statuta  
ordinantur.*

§. 5. Pro ejusdem autem domus regimine, & gubernio,  
Administratores, & officiales necessarios ad annum pro-  
ximum, deinde ad nostrum beneplacitum duraturos,  
qui regimini, & gubernio dictæ domus præsent, & alia  
infra scripta exequi curent, eligemus.

*Qualitates  
que virgines,  
viduas, &  
aliorum re-  
cipiendarum  
præferantur.*

§. 6. Quibus administratoribus, & officialibus, post-  
quam, ut præfertur, electi fuerint, quæcumque statuta, &  
regulas, ac normam ad hujusmodi regimen, & guberni-  
um prospere dirigendum necessaria & opportuna, li-  
cita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilii  
Trid. decretis conformia, & à nobis, & à Sede Apostoli-  
ca approbata, & confirmata, tam è virginibus, viduis,  
& mulieribus in dictam domum recipiendis, quam ab  
ipsis, & aliis futuris administratoribus, & officialibus  
observanda condendi, & faciendi, interisque domum  
prædictam regendi, & gubernandi, illiusque regimini  
& gubernio præsidendi, inferiores Ministros eorum ar-  
bitrio constituendi, & deputandi, & quando eis expedi-  
re visum fuerit, mutandi & revocandi.

*Qualitates  
que virgines,  
viduas, &  
aliorum re-  
cipiendarum  
præferantur.*

§. 7. In primis verò virginum, viduarum, & mulierum  
in dicta domo recipiendarum qualitates designandi, &  
præscribendi, easdemque virgines, viduas, & mulieres  
in domum prædictam, donec statuta per eos condita, à  
nobisque approbata, & confirmata fuerint, similiter ipso-  
rum arbitrio recipiendi, & admittendi, easque dimitti-  
endi.

*Eisdem est  
tenti, corri-  
gendi, &c.*

§. 8. Necnon etiam easdem cum opus fuerit visitandi,  
corrigenendi, & reformandi, ipsius domus bona, & reddi-  
tus administrandi, ac omnia & singula alia ad regimen,  
& gubernium ejusdem domus, ipsarumque virginum,  
viduarum, & mulierum commoditatem necessaria, & op-  
portuna faciendi, ordinandi, mandandi, gerendi, &  
exequendi.

*Congregati-  
ones duas pro  
regimine d.  
domus ibid.  
instituantur.*

§. 9. Præterea duas in eadem domo Congregationes,  
alteram virorum, alteram mulierum, ad infra scripta per-  
agenda, auctoritate nostra instituendi, & erigendi facultatem,  
& auctoritatem tenore præsentium concedimus  
& impartimur.

*Præsentium  
videlicet  
et aliorum  
deputatorum  
& ministrorum.*

§. 10. Ex virorum verò Congregatione unum Præfe-  
ctum & aliquos assistentes, & deputatos, necnon ceteros  
administratores, & officiales pro regimine & admini-  
stratione dictæ domus, ejusque bonorum & reddituum  
necessaria, juxta statuta, ut præfertur, condenda, & à no-  
bis approbata singulis annis eligent, & deputant.

*Aliorū mu-  
lierum, et  
aliorum  
deputatorum  
& ministrorum.*

§. 11. Ex mulierum etiam Congregatione, similiter  
unam Præfectam, & aliquas Matronas assistentes, nec-  
non ceteras Ministras, & officiales, ut præfertur, necessa-  
rias, quæ munera pro hujusmodi operis executione, &

ipsarum virginum, viduarum, & mulierum receptione,  
regimine, & gubernio, eis in eisdem condendis, & ap-  
probandis statutis injungenda, adimplere curent, patiter  
erigi, & deputari volumus, & ordinamus.

*mulieribus  
& ministris  
rum.*

§. 12. Insuper domum & Congregationes prædictas  
sub immediatâ beatorum Petri & Pauli, ac nostra & suc-  
cessorum nostrorum Romanorum Pontificum, Sedisque  
Apostolicæ protectione, tutela, & patrocinio recipimus,  
& perpetuò permanere volumus, itaut nullis aliis per-  
sonis, quacumque auctoritate, potestate, & dignitate  
fungentibus & functionibus, quantumvis speciali nota di-  
gnis, in illorum protectione, regimine, administratione  
vel gubernio ullo unquam tempore, quavis occasione,  
prætextu, causa, vel quæsito colore sese ingerere, vel  
immiscere liceat.

*Nemo alius  
in d. gubernio  
se intromi-  
tat.*

§. 13. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios &  
delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ipsos-  
que S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet  
quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & au-  
thoritate, judicari & definiti debere, ac irritum & inane  
quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Clausula ju-  
bilitatis.*

§. 14. Decernimus autem ut pii utriusque sexus Chri-  
sti fideles in prædictas Congregationes seo libentius ad-  
mitti & recipi curent, ac piis domus prædictæ obse-  
quis ea qua decet charitate vacare studeant, de Omnipotentis  
Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apo-  
stolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque  
sexus Christi fidelibus, qui in eisdem Congregationibus  
pro tempore describen. die quo se describi fecerint, si  
verè penitentes & confessi sanctissimum Eucharistiæ  
sacramentum sumpserint, plenariam, necnon in cujus-  
que eorum, qui pro tempore in ipsis Congregationibus  
descripti fuerint, mortis articulo, si verè peniten-  
tes, confessi, sacraque communionis refecti fuerint, vel si  
hoc facere nequiverint, saltem contriti nomen J E S U  
ore vel corde pie invocaverint, etiam plenariam. Nec-  
non tam ipsis, qui in dictis Congregationibus descri-  
pti fuerint, quam ceteris Christi fidelibus, qui in prædi-  
ctæ Assumptionis, & etiam in Nativitatis, Conceptionis,  
Purificationis, Annuntiationis, Præsentationis, & Visi-  
tationis B. MARIÆ festivitibus, à primis vespere us-  
que ad occasum Solis earum, Ecclesiam dictæ domus  
devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum  
concordia, hæresum extirpatione, sanctæque Matris Ec-  
clesiæ exaltatione piis ad Deum preces effuderint, simili-  
ter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam,  
& remissionem misericorditer in Domino concedimus.  
Insuper personis dictarum Congregationum, quoties  
divinis officiis, seu Congregationibus in dicta domo  
habendis & celebrandis interfuerint, vel aliquod  
pium opus pro dicta domo præstiterint, sexaginta dies  
de injunctis eis, seu aliis quomodolibet debitis peni-  
tentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus  
quoad ipsos, qui in dictas Congregationes recepti  
fuerint, perpetuis futuris temporibus, quo verò ad ceteros  
Christi fideles, ad decennium proximum valiturus.  
Volumus autem, ut virgines, viduas, & aliæ mulieres præ-  
dictæ in dictam domum receptæ, præmissa omnia, &  
singula sicut ceteri prædicti in omnibus consequantur.

*Indulgentia  
pro personis  
dictarum  
Congregationum,  
& aliis.*

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Pis-  
catoris, die 20. Septemb. 1595. Pont. nostri Anno 4.

*D. P. A. d. d.  
20. Septembris  
1595.*

Sequitur jurisdictio iudicis dicti Monasterii.  
C L E M E N S P A P A V I I I .  
Ad perpetuam rei memoriam.

*Edicta A. P.  
1595.*

Cum nuper, diversarum pauperum puellarum, ac  
virginum in Vrbe inopia laborantium, & diversis  
periculis expositarum, necnon honestarum viduarum  
etiam in cœlibatu vivere stuentium, honoris & pudicitiæ  
securitati, necnon mulierum, quæ vitam minus honestam  
antea duxerant, quæque postea ad cor reversæ  
cœnium carnalium voluptatum relinquere, & penitentiam  
agere decreverint commoditati & probationi, donec vel  
in aliquod Urbis Monasterium admittæ fuerint, vel illis  
alias provisum fuerit, paterna charitate consulere-  
mus, unam Domum Refugii nuncupatam in Monte Quirina-  
li,

*Relatio r. a.  
dictarum.*





prædecessores, seu successores nostros, sub quibuscumque verborum expressionibus & formis, etiam motu & scientia similibus pro tempore factis & faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & suum plenarium effectum sortiri debere.

Clausula sublatam.

§. 7. Sicque per quoscunque Judices, & dicti Apostolici Palatii Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiri debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria contrariis.

§. 8. Non obstant. præmissis, ac quarumcumque Congregationum, Societatum, Confraternitatum, Monasteriorum, Prioratum, Cœnobiorum, Militiarum, Hospitalium, Conventuum, Religionum, Ordinum, & Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum huiusmodi, necnon dictæ Urbis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. Vicario, Gubernatori, & Senatori, Conservatoribus, Reformatoribus dictæ Urbis, & aliis quibuscumque Judicibus, & Notariis prædictis, ex quibusvis aliis, illis & singulis illorum, sub quibuscumque tenoribus & formis, necnon quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere vel in specie quomodolibet concessis, etiam in eis expressè caveatur, quod illis derogari nequeat, nisi derogationes huiusmodi, & causæ in eis forsan expressè specialiter infererentur, ac de consensu Superiorum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum & aliorum piorum locorum, aut Judicum & Notariorum huiusmodi fierent, aut aliis factæ derogationes huiusmodi nemini suffragentur. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idè importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie pari motu specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Et quod prædicta donatio infirmari non debeat, nec minus præsentibus in Camera nostra præsentari & registrari debeant, non obstantibus constitutionibus Pii Quarti de registrariis, quibus quoad hoc derogamus.

Exemplum fidei.

§. 9. Volumus autem quod eorumdem præsentium transumptis, etiam impressis, ac manu unius ex administratoribus & notariis domus, seu Collegii huiusmodi pro tempore existentis subscriptis, & sigillo dictæ domus munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si foris exhibita vel ostensa.

Dat. P. A. A. die 24. Oct.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 24. Octobris, milleesimo quingentesimo nonagesimo quinto, Pontificatus nostri anno quarto.

XXXVI. Approbatio Indicis librorum prohibitorum à Pio IV. jam confirmati, & nuper suppleti. Et facultas Cardinalium Congregationis super Indice decidendi dubia desuper emergenda, cum innovatione aliorum indultorum eis competentium.

Hunc indicem habes in fine Concilii Tridentini, & supplementum habes in libello iussu istius Pontificis mox impresso.

Super hoc Indice Congregationem Cardinalium instituit Sixtus V. cum amplissimis facultatibus, ut in ejus constit. 74. fol. 464. Immensa, Congregat. 7. fol. 465. lib. 2. ubi notavi.

Libros prohibitos habendi, seu legendi licentias quomodolibet, & quibusvis concessas, revocarunt Greg. XV. in constit. 40. Apostolatus, inf. tom. 4. & S. D. N. Urban. VIII. in constit. 114. Apostolatus, d. tom. 4.

Edita A. D. 1595.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Præmissum.

Sacro sanctum catholicae fidei depositum, sine qua Deo placere, aut æternam salutem consequi æmini licet,

ut saluum in Ecclesia Dei perpetuo conservaretur, posterisque inviolatum traderetur, pastoralis Romanorum Pontificum vigilantia summo semper studio & contentione laboravit. Ipsi enim à Christo Domino, hujus tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonum semen patrisfamilias ab inimici hominis zizaniis discernendi, & Ecclesiam salutari doctrina ædificandi, præcipuam curam, summamque potestatem, in beatissimo Petro Apostolorum Principe acceperunt. Quocirca sanctæ mem. Gelasius Primus, & Gregorius Nonus, alique complures Romani Pontifices prædecessores nostri zelo zelati pro domo Domini exercituum, ut hanc fidei, catholicæ doctrinæque integritatem salvam incorruptamque in Ecclesia Dei retinerent, Apostolici animi magnitudine pro muro domus Israël, adversus ejusdem fidei hostes, seipso opponentes, ne illorum dolis & insidiis imprudentes & simplices homines caperentur, lucem à tenebris, prava à rectis sejunxerunt, quæ sequenda, quæ cavenda essent, Christi fidelibus declararunt, probatos, laudabiles, orthodoxos libros ab adulterinis, perniciosis, & apocryphis singulari diligentia distinxerunt, postremo hæreticorum impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorum decretis, Pontificiis constitutionibus, aut alio opportuno censura genere condemnarunt.

Concilium Tridentinum. hic indicem conficit. Pio IV. illius approbationem remisit, ut legatur in fine Concilii.

§. 1. Sed cum nostris hæc calamitosis, & novissimis temporibus antiquus humani generis hostis à sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinam & veritatem labefactandam, pestiferas hæreses, & detestabiles errores, aut novos confasset, aut veteres ex inferis excitasset, sacra Tridentina Synodus pestilentem noxiorum librorum copiâ, quæ plus nimio excreverat, cœcere atque auferre cupiens, primum quidem doctissimos aliquot viros delegit, qui de tota ea re cognosceret & deliberarent, deinde vero, cum in negotio non parum progressi essent, justis de causis eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicam Sedem integram rem deferendam statuit.

Pius IV. approbavit in Constit. 76. D. minime, fol. 82.

§. 2. Itaque fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster, qui tunc ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Prælatibus quibusdam doctrina & prudentia præstantibus adhibitis, Indicem librorum prohibitorum, & Regulas quasdam, per suas litteras in forma Brevis promulgavit, & ejusmodi noxiorum librorum detrimentis depellendis opportunè providit. Ceterum, licet illa pro temporis ratione prudenter fuerint tunc constituta, tamen cum Satana astutia in huiusmodi librorum editione nova in dies mala crederent; nam post illud tempus alii etiam libri perniciosi, partim conscripti atque editi, partim qui scripti erant, & antea delituerant, in medium prodierunt, quorum lectione simplices & incauti homines, in errores induci facillè poterant. Propterea piæ mem. Sixtus Papa V. prædecessor noster, multis illustratis, atque ad regulas adjectis necessariis rebus, mandavit ut nonnulli alii ejusdem generis libri eidem Indici adderentur.

Sixtus V. alios Libros addidit, sed in infirmo obit, & iste Pontifex perfecit.

§. 3. Verum cum idem Sixtus, re minime absoluta, ab humanis excesserit, Nos animarum saluti, quantum cum Domino possumus, consulentes, quod jam pridem utiliter ceptum, & à multis diu desideratum erat, hoc tempore omnino perficiendum, atque in lucem edendum duximus. Venerabili igitur fratri nostro Marco Antonio Episc. Prænestino de Columna, & dilectis filiis nostris Augustino S. Marci, de Verona, Simeoni S. Anastasiæ, de Terranova, Hieronymo S. Mariæ super Minervam, Aculano, Federico S. Mariæ Angelorum in Thermis, Borromæo, Francisco S. Mariæ Transpontinæ, Toletio titularum Presbyteris, necnon Ascanio S. Mariæ in Cosmedin, de Columna Diacono Cardinalibus, super huiusmodi Indici per nos deputatis, aliisque piis & eruditis viris in consilium adhibitis, ea omnia ac singula, quæ à Sixto V. ut supra diximus, instituta erant, diligenter examinanda commisimus, quæ cum magno studio visa, ac Deo favente, demum absoluta fuerint.

Et modo approbat.

§. 4. Nos tam eandem Pii prædecessoris constitutionem & indicem, ac Regulas, quorum omnium tenores haberi volumus pro expressis, quàm hæc ipsa illis addita, prout inferiùs descripta sunt, omnia & singula, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & præsentis scripti patrocinio communitus, atque ab omnibus, tam universitatibus, quàm singularibus personis ubique

CLEMENS OCTAVUS

ubique locorum existentibus, sub eisdem penis in dicta Pii constitutione contentis observari precipimus & mandamus. Quo autem facilius negotium, cum prohibitionis, tum expurgationis & impressionis librorum peragatur, eas omnes facultates, privilegia, & indulta, quae rec. mem. Pius V. Magistro sacri Palatii primum, deinde Gregor. XIII. & Sixtus V. Cardinalibus Congregationis praedictae concesserunt, quorum tenores hic volumus haberi pro expressis, confirmamus, & quatenus opus est, innovamus in his omnibus, quae additis in hoc Indice non adversantur.

Dubia super  
in emergen-  
tia decisio-  
ni Congregatio-  
nis remittit.

§. 5. Volumusque propterea ac decernimus, ut si quae in posterum dubitationes, aut controversiae circa ipsum Indicem, illiusque regulas, aliaque illis addita emerferint, ad Congregationem supradictorum Cardinalium, seu aliorum qui pro tempore super Indice hujusmodi deputati fuerint, referantur, & ex sententia eorumdem Cardinalium nobis, aut Successoribus nostris, si rei gravitas id postulerit, consultis, declarentur, & decendantur, quorum auctoritatem tum permittendis, tum prohibendis, expurgandis, & imprimendis libris, aliisque ad eam rem pertinentibus explicandis, volumus esse praecipuam, atque ita mandamus ab omnibus venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, & dilectis filiis Inquisitoribus, Universitatibus, Magistris, Doctoribus, Bibliopis, impressoribus, Mercatoribus, Gabellariis, ceterisque omnibus cujuscumque gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticis, saecularibus, vel regularibus, quam laicis quocumque honore vel dignitate praeditis, inviolabiliter observari.

Contrariis  
rogat.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus & formis in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores hujusmodi praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exemplis  
eius man-  
dat.

§. 7. Decernentes earundem praesentium exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Praelati alicujus Ecclesiastici obsignatis eandem haberi fidem, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensa.

Dat. P. A. A.  
die 17. Octob.  
1595.

Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 17. Octob. 1595. Pontificatus nostri anno quarto.

XXXVII.

Quod in crimine assassinii contra personas Ecclesiasticas declaratio spectet ad Judicem Ecclesiasticum, & contra Milites, aliasque personas Conventus & Hospitalis S. Joan. Hierosolymitani, pertineat ad eorum Superiores, adjuncto Episcopo loci, antequam Judices saeculares aliquam declaratoriam desuper ferant, vel ad poenarum executionem deveniant.

Cetera de hac Militia & Religione plenè ibi indicavi sup. in consil. 2. Anast. IV. Christiana, fol. 60. lib. 1.

Edita A. D.  
1595.

CLEMENS PAPA VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

No Judices  
saeculares in  
personas Ec-  
clesiasticas  
ultra quam  
licent man-  
us exten-  
dant.  
Ipsae Mil-  
ites Religio-  
si privile-  
giis perfru-  
ant.

§. 1. Aequa & circumspècta Romani Pontificis providentia, inter cetera quae ei divinitus incumbunt onera, illud etiam sollicitè prospicere, & cavere debet, ne saeculares Judices in personas Ecclesiasticas, & praesertim Hospitalis S. Joan. Hierosolymitani, pro fidei catholicae adversus Christiani nominis hostes defensione assidue laborantes, sub praetextu criminis assassinii, ultra quam deceat, manus extendant.

§. 2. Propterea Nos pro pastoralis Officii nostri munere, his malis, atque incommodis, quae de cetero evenire possent, opportuna ratione obviare volentes, & ut Militarii Magni Tom. III.

tes Religiosi, ac personae Hospitalis praedicti in suis immunitatibus & privilegiis, ut par est, conserventur illa, Motu proprio, non ad ipsius Religionis, aut alicujus pro ea nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine.

§ 2

§. 3. Hac nostra perpetuis futuris temporibus valitua constitutione decernimus, declarationem criminis assassinii ad Judicem Ecclesiasticum omnino pertinere.

Decernit de-  
clarationem  
criminis as-  
sassinii ad  
Judicem Ec-  
clesiasticum per-  
tinere.  
Et quoad hos  
Milites non  
habeat ad con-  
vium Superio-  
rum Adjuncto  
loci Episcopo.

§. 4. Ideoque omnibus & singulis quarumcumque Civitatum, Provinciarum, Terrarum, Regnorum & Dominiorum Curias, Tribunalibus, Magistratibus, necnon Gubernatoribus, Potestatibus, Officialibus, Ministris, ceterisque personis quacumque etiam Regali, Imperiali, & alia auctoritate & potestate fungentibus & functionibus auctoritate Apostolica tenore praesentium districtè prohibemus, atque interdiciamus, ne sub excommunicationis majoris latae sententiae, à qua non nisi à Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti absolvi queant, aliisque penis nostro & successorum nostrorum pro tempore existentium arbitrio infligendis, & per quemcumque eorum ipso facto, & ipso jure, sine aliqua declaratione incurrendis audeant, vel quocumque modo praesumant ex nunc de cetero in perpetuum contra aliquos dicti Hospitalis Fratres, Milites, ac Religiosos, donatos, familiares, servitores, necnon presbyteros saeculares eorum Ecclesiam inservientes, dum eis inserviunt, & alias qualvis personas dicti Hospitalis declaratoriam aliquam sententiam ferre, quod assassinii crimen commiserint, neque ad poenarum executionem devenire, nisi prius per Superiores eorum, adjuncto sibi loci Episcopo, declaratum fuerit eos tale assassinium commisisse, non obstante quavis etiam antiquissima & immemorabili consuetudine in contrarium forsitan quomodolibet vigente.

Clasif. sub-  
lata, &c.

§. 5. Decernentes quoque sic in praemissis omnibus per quoscumque Judices & Commillarios Ecclesiasticos & saeculares, quavis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia auctoritate & potestate fungentes & functiones, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clasif. derog.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in corpore juris clausis, necnon statutis, legibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis hujusmodi Curias, Tribunalibus, Magistratibus, & aliis supradictis, eorumque Judicibus, ac aliis Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica & individua mentio facienda esset, illorum hujusmodi tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissimè hac vice specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptio-  
rum iudic.

§. 7. Volumus autem quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Dat. P. A. A.  
die 8. Dec.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 18. Decemb. 1595. Pontificatus nostri anno quarto.

Approbatio Pontificalis Romani, pro ceremoniis, & ritibus per Ecclesiae Catholicae Pontifices observandis nuper restituti. Abolitioque aliorum omnium Pontificalium.

XXXVIII.

CLEMENS PAPA VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita P. D.  
1596.

EX quo in Ecclesia Dei multa tum à sacris Conciliis, tum à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, ad Dei gloriam augendam, & ad Catholicæ fidei unita

Exordium.

CLEMENS OCTAVUS.

52

unitatem ubique retinendam, pte ac sapienter instituta sunt, nihil magis iidem Pontifices pdecessores nostri curandum sibi esse statuerunt, quam ut communes Ecclesiastici muneris rationes ad propriam negmam, servata antiquitatis auctoritate revocarent.

Pius V. Breviarium & Missale re-  
stituit, ut su-  
per, fol. 196.  
& fol. 235.  
lib. 1. in con-  
stitut. 63. &  
106.  
Alii Pontif.  
Pontificale  
viderunt.  
sed eius for-  
ma immuta-  
ta fuit.

§. 1. Hac sollicitudine impulsus felic. record. Pius Pa-  
pa V. pdecessor noster, formulam primam pfallendi-  
noras canonicas, & celebrandi Missas, varie prius con-  
stitutam, & a nonnullis pdecessoribus nostris restitui  
& instaurari cepit, ad unam pariter formam, Roma-  
no Breviario, ac Missali propterea summo studio, ac di-  
ligentia edito redigendam curavit.

§. 2. Atque hoc sane consilio alii Romani Pontifices,  
qui eundem Pium pdecesserunt, Pontificales etiam cere-  
monias ac ritus, quibus ejusdem Catholicæ Ecclesiæ  
Præsules in suorum munerum functione uterentur, cer-  
tis similiter forma & modo pfixerunt, in Romanum Pon-  
tificale retulerunt.

§. 3. Ceterum, quia eadem ceremoniarum, ac rituum  
formulæ ibi expressæ, postea, sive diuturnitatis injuria,  
sive Typographorum negligentia, sive alia de causâ, in  
ipso Pontificali partim immutatæ, partim corruptæ, ve-  
teris instituti, atque auctoritatis gratiam magna ex parte  
amiserant, idcirco necessaria res visa est, ut eadem for-  
mulæ in sacris Præsulum Ecclesiasticorum muneribus ser-  
vandæ, recuperato prioris integritatis statu, omnino re-  
stituerentur, & ab omnibus pscripta firma aliqua r-  
tione observarentur.

Illud ergo ista  
Pontif. re-  
deri, & re-  
formari se-  
eis, aliquo  
Roma & di-  
vulgari jus-  
fic.

§. 4. Nos igitur ad summum Apostolatus apicem, me-  
ritis licet imparibus evecti, pdecessorum Romanorum  
Pontific. pdecessorum nostrorum vestigiis inherentes,  
omni cura, & sollicitudine adnitendum nobis esse duxi-  
mus, ut errores qui quidem nec pauci, nec leves in idem  
Pontificale depravatis passim locis irreperant, quam ac-  
curatissime tollerentur. Idem enim Pontificale corrupti  
& mendosi voluminis specie aded pfererebar, ut (mul-  
tis dictionibus hinc inde partim in unam contractis, par-  
tim una in plures distincta, partim iidem male ac per-  
peram collocatis & trajectis, partim denique ipso oratio-  
nis sensu mutato) dubium esset, quibus tandem officii,  
vel laudibus iidem Ecclesiæ Præsules divinum numen  
prosequerentur, pterquam quod in rubricis, etiam  
sparsim turbata ordinis serie dispositis, tanta erat varie-  
tas & obscuritas, ut multis in locis recte se haberent,  
opinione magis quam iudicio esset statuendum. Hanc  
ergo ad rem, tam cum Ecclesiæ cultu officioque nostro  
conjunctam, tamque eorum, qui pro impositi oneris de-  
bitis, sacris Ecclesiæ muneribus vacare debent, con-  
cordiæ & unitati congruentem, examinandam & absol-  
vendam piis quibusdam atque insignibus viris diu, mult-  
tumque in Pontificalibus ceremoniis & ritibus versatis  
negotium dedimus, dictum Pontificale undequaque cor-  
rigendi & restituendi, necnon quæcumque ad exactam  
illius editionem spectare viderentur, perquirendi, &  
pstandi. Cumque apud eos paterna hortatione ad hoc  
opus maturandum quotidie ferè uteremur, te tota tan-  
dem ad nos perlata, & in hanc, quæ nunc editur, formam  
redacta, singulari Dei benignitate; neque enim aliter  
accipimus, Pontificale Romanum tandem restitutum, &  
absolutum est, atque ita ex omni parte dispositum, quod  
ii etiam qui negotio ac muneri huic pfecte, confir-  
marunt, ut nihil ab antiquis Pontificalium codicibus,  
qui tum in clarioribus Urbis Ecclesiis, tum in nostra  
Vaticana Bibliotheca, ac denique in quibusdam aliis in-  
signibus locis asservantur, alienum, aut discrepans ir-  
reperit. Ad quam operam in vetustis libris inter se con-  
ferendis strenuè, ac fideliter navatam, id commodi quo-  
que accessit, quod ii, qui ea in re industriam colloca-  
runt, ex gravissimis scriptoribus eos demum auctores,  
qui omnium probatissimi haberentur, secuti fuerint,  
quodque ambiguis omnibus ac dubiis rebus ptermissis,  
eas dumtaxat, quæ essent in veteris Pontificalis summa  
comprehensæ delegerint, iis tamen exceptis, quæ ad Ro-  
manum Pontificem attinebant, quod nimirum in Cere-  
moniali S. R. E. sunt expressæ. Ex rubricis verò, multis  
detractis, quæ exactiore methode in librum ceremoniarum  
Episcoporum sunt relata, plerisque etiam, uti nec-  
cessitatis ratio postulabat, adjectis, & pterea non pau-

cis quibusdam in melius commutatis, clariusque expost-  
tis, ac denique cantu plano in aptiorem modulationis  
formam (permultis syllabis, pro temporum natura, ubi  
ratio eas produci & corripere postulabat, contra quam  
prius in antiquo Pontificali expressum erat, magis appo-  
sità extensis vel contractis) à viris ejus rei peritis, ad hoc  
jussu nostro delictis, diligenter redactis, opus jam abso-  
lutum probavimus, & Romæ edi, editumque divulgari  
mandavimus.

Et modò ob-  
servari præ-  
cipit, & alia  
prohibet.

§. 5. Ut autem ipsius operis labor finem eum ob quem  
est susceptus sortiat, utque posthac in omnibus & sin-  
gulis Ecclesiis, uno eodemque modo ceremoniæ, & ritus  
Pontificales observentur, Motu proprio, & ex certa no-  
stra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,  
omnia & singula Pontificalia in hunc usque diem in quib-  
uscumque terrarum orbis partibus impressa & appro-  
bata, & quibusvis privilegiis Apostolicis munita, & de-  
cretis ac clausulis roborata, per ptesentes supprimimus  
& abolemus, eorumque usum in posterum universis Ec-  
clesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus,  
& locis, atque etiam omnibus Patriarchis, Archiepisco-  
pis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Prælati-  
s, ceterisque omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis,  
secularibus, & regularibus utriusque sexus interdiximus  
& prohibemus, & hoc nostrum Pontificale sic restitutum  
& reformatum in omnibus universi terrarum Orbis Ec-  
clesiis, Monasteriis, Ordinibus & locis, etiam exemptis,  
si quæ sunt, recipi & observari pcepimus.

Immutari  
prohibet.

§. 6. Statuentes Pontificale pdictum nullo unquam  
tempore, in toto vel in parte mutandum, vel ei aliquid  
addendum, aut omnino detrahendum esse, ac quoscum-  
que, qui Pontificalia munera exercere, vel alias quæ in  
dicto Pontificali continentur facere, aut exequi debent,  
ad ea peragenda & pstanda ex hujus Pontificalis præ-  
scripto, & ratione teneri, neminemque ex iis quibus ea  
exercendi & faciendi munus impositum est, nisi formulis,  
quæ hoc ipso Pontificali continentur, servatis satisfacere  
posse.

Introductio-  
nem deman-  
dat.

§. 7. Omnibus igitur & singulis Patriarchis, Archiepif-  
copis, Episcopis, Abbatibus, & cæteris Ecclesiarum Præ-  
latis, necnon aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis,  
secularibus, & regularibus utriusque sexus, ad quas id  
spectat, pcepimus ac mandamus, ut omissis quæ sic sup-  
pressimus & abolevimus, ceteris omnibus Pontificalibus  
hoc nostrum in suis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus,  
Ordinibus, Militiis, diocesis, & locis pdictis reci-  
pian, illoque posthac perpetuò utantur.

Jussu publi-  
canc buas.

§. 8. Ceterum, ut ptesentes literæ omnibus plenius  
innotescant, mandamus illas ad valvas Basilicæ Princi-  
pis Apostolorum de Urbe, & Cancell. Apost. & in acie  
campi Floræ publicari, eorumque exemplar de more as-  
figi. Volumusque pterea, & motu atque auctoritate  
similibus decernimus, ut qui in Romana Curia sunt præ-  
sentes, lapsis duobus mensibus, qui verò intra montes,  
octo, & qui ultra ubique locorum degunt, duodecim in-  
tegrè excurfis, vel alias ubi venalium hujus Pontificalis  
voluminum notitiam & facultatem habuerint, sacras  
ceremonias & ritus in eodem Pontificali pscriptos, jux-  
ta illius modum, & normam, in quibuscumque actibus  
exercere & observare teneantur.

Exempli  
eredi iube.

§. 9. Ipsarum autem literarum exempla, manu Notarii  
publici, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica digni-  
tate constitutæ, aut illius Curie ob signata, vel in ipsis  
voluminibus, absque pdicto vel alio quopiam admini-  
culo Romæ impressa, tam ubique locorum & gentium  
fidem faciant, quam ptesentes facerent, si essent exhi-  
bitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A.  
die 10. Fe-

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscato-  
ris, die decima Februarii 1596. Pontificatus nostri anno  
quinto.

Anno à Nativitate Domini 1596. indit. 9. Pontificatus  
Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina  
Providentia Papa VIII. anno quinto, retrospectiva litera  
Apost. assisa & publicata fuerunt in valvis Basilicæ Principis  
Apostolorum de Urbe, Cancellaria Apostolica, & acie Campi  
Floræ, ut moris est, per nos Catherinum Menandri Apostoli-  
cum Cursorem.

Josephus Spada Mag. Curs.

De

XXXIX. De executione Concilii Tridentini contra Regulares non subditos Episcopo, extra claustra notorie delinquentes. Et de poenis eorum Superiorum illos punire negligentium.

De materia autem extra claustra vagantium & apostatarum, plenè notavi supra in Pauli IV. constitut. 14. Postquam, fol... Et ad istam constitutionem confers alia constitut. 34. Pauli V. incipiens Religiosorum.

Contra Regulares apostatas, & ejectiones nonnulla statuit S. D. N. Urban. VIII. ut in constitut. 16. Sacra, infra tom. 4.

lilia A. D. 1596.

CLEMENS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

ordinum.

Ulcipi muneris ratio postulat, ut ea, que in sacro Tridentino Concilio provide constituta sunt, ab iis ad quos spectat, inuolante obseruari curemus.

Concil. Trid. sess. 25 c. 4. ubi religio- rum extra claustra no- torie delin- quentem, in ma- no pu- nit.

§. 1. Maturo sanè consilio ipsius Concilii decreto pro- visum est, ut quicumque Regularis non subditus Episco- po, intra claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superio- re intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, & superior de punitione Episcopum certiore faciat; sin minus, ipse à suo item superiore officio pri- vetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

id exectio Concilii subscibat ex- tra ipsi hic expressis.

§. 2. Verùm quia experientia compertum est, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim Episcopus instat, aliquem regularem, eo quo supradictum est modo delinquentem, à suo superiore puniri, sæpè fit, ut superior regularem delinquentem ad alia suorum Ordinum loca extra Episcopi diocesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse ali- quando ad alias provincias se conferat, nec ulterius su- per delinquentis excessibus inquireat, ut de eius punitione Episcopum certiore reddat. Unde nec regularis delin- quens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ip- sius diocesim existat: nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio privatur.

Hic ergo po- nit præscribit normam, qua à Concilio decreti ex- qui adbeat.

§. 3. Nos pro pastorali nostra sollicitudine præfati de- creti executioni, quantum cum Domino possumus, fa- vere, & præmissis malis, ut par est, opportuno aliquo re- medio occurrere volentes, de Venerabilium fratrum no- strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia, Motu proprio, & ex cer- ta scientia nostris, ac de Apostolice potestatis plenitudi- ne, hac nostra perpetuè valitura constitutione, omnibus, & singulis eujuscumque Ordinis & instituti Regularium, etiam mendicantium superioribus, in virtute sanctæ obedi- entię, & sub indignationis nostræ, ac privationis digni- tatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso in- currendis poenis præcipimus & mandamus, ut juxta prædictum decretum quilibet ipsorum regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notorie delinquentem, ut populo scandalo sit, Episco- po instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniat, ac de punitione Episcopum certiorem fa- ciat, & aliàs decretum ipsum in omnibus & per omnia exequatur. Cæterùm, si superior in regularem delin- quentem non animadverterit, quinimò si illum impu- nitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi diocesim, ut præfertur, transmiserit, volumus, & simili motu atque auctoritate decernimus, ut superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac privationis dignita- tum & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabili- tatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis poenis, ipsum regularem delinquentem à loco ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deliquit constituere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere præter- miserit, per presentes similiter statuimus, ut Ordinarius loci ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci in quo deliquit, Bullarii Magni Tom. III.

similiter requisitus, aut aliàs de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, præ- dictum Concilii decretum omninò exequi, & in regula- rem delinquentem severe animadvertere possit & debeat.

Et ubi non alius iudica- ri possit de- cer- ni.

§. 4. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causa- rum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi faculta- te, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere, ir- ritum quoque & inane quicquid secus super his à quo- quam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter conti- gerit attentari.

Classif- que contra- rii derogat- orias appo- nit.

§. 5. Non obstantibus quibusvis eorumdem Ordinum vel institutorum, etiam juramento, confirmatione Apo- stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque contra- riiis quibuscumque.

Formam & effectum pu- blicæ consti- tuti.

§. 6. Ut autem præsentibus literæ omnibus supradictis innotescant, mandamus illas ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ affigi, & publica- ri, volumusque post quindecim dies eos qui in Urbe sunt, qui verò extra eam, & citra montes, intra quatuor, qui demum ultra montes erunt, intra octo menses à die publicationis hujusmodi computandos, perinde afficere & arcere, ac si eorum unicuique personaliter intimatæ fuissent.

Fidemque transumptis dari præci- pit.

§. 7. Ac earundem præsentium literarum exemplis, etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, & si- gillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ ob- signatis, eandem fidem in iudicio & extra illud haberi, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostentæ.

Sanctio pu- blica.

§. 8. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc pagi- nam nostrorum præcepti, voluntatis, decreti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au- tem, &c.

D. P. An. 1596. die 25. Febr.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, septimo Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

Publicatio

Anno à Nativitate Domini 1596. indictione 9. die vero 18. Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina Providentia Papa VIII. anno ejus quinto, retroscripta litera Apostolica affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ S. Joannis Lateranensis, & Prin- cipis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Floræ, per nos Iosephum Spadam, & Ludovicum Massararium Sanctissimi D. N. Papa Cursores.

Gabriel Savarellus Mag. Curf.

Moderatio bullæ Sixti V. contra Clericos malè promotos, & eos promoventes editæ, cum præ- servatione poenarum ibidem simoniacè ordi- nantibus infligtarum.

X L.

Hac constitutio est num. 91. supr. fol... lib. 2. Sanctum, ubi alia de hac materia indicavi.

Novissimam contra malè ad sacros, vel minores Ordines, seu Clericalem characterem ordinantes, & malè ordinatos, edidit sanctionem S. D. N. Urban. VIII. ut in const. 33. Secretis, infra tom. 4.

lilia A. D. 1595.

CLEMENS EPISCOPVS, Seruus Seruorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

ordinum.

Romanum Pontificem decet, ea quæ ob justas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salu- briter conspicit expedire.

Sixti V. bul- la est ibi sim- ilaria.

§. 1. Alias sanè emanarunt literæ felic. record. Sixti PP. V. prædecessoris nostri, contra Clericos malè pro- motos, ac in Episcopos in Ordinum collatione peccan- tes, tenotis, &c.

Moderatio d. constitut. V. E 3 fe. è

Omittitur insertio bullæ, quoniam eam habet in d. cit. in r. b. §. 2. Nos animadvertentes in dictis literis nihil

quoque re-  
sudio ad  
terminos sa-  
crorum ca-  
nonum, &  
Bulla Pii II.  
& Concilii  
Trid.

ferè quoad ea que in ordinum collatione servanda sunt, disponi ultra id quod in sacris Canonibus, & in Concilii Tridentini decretis, ac aliorum Romanorum Pontif. prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diversas pœnas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos, tam sæculares quàm cujusvis Ordinis, instituti, & militiæ regulares malè promotos constitui, absolutionemque & dispensationem Scdi Apostolicæ reservari, & alias sicut in præfatis literis continetur. Considerantesque tam promoventes quàm eos qui ad dictos ordines promoventur, sæpè censuris & pœnis hujusmodi, ob illarum multiplicationem in eorum perniciem animarum, variis modis illaqueari, nonnullos ex Prælati & Episcopis in conferendis hujusmodi ordinibus nimis scrupulosè procedere, multosque metu pœnarum, & censurarum præfatarum ab Ordinum collatione profus deterreri, aded ut clericorum & sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitati, ac animarum salutis paterna charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione supradictas literas ad terminos sacrorum canonum, ac constitutionis recol. mem. Pii Papæ II. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex sacrorum ordinum, sub dat. videlicet quintodecimo Kal. Decembris, Pontificatus sui Anno quatto, cujus tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum facti Tridentini Concilii restringimus, & reducimus, necnon censuras & pœnas in eisdem Sixti literis contra quoscumque, præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas volumus in suo robore permanere (aliis etiam pœnis, & censuris per eosdem canones, ac constitutionem Pii II. Conciliumque Tridentinum injunctis salvis & firmis remanentibus) moderamur & abolemus.

Clasf. sub-  
lata.

§. 3. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejusdem Romanæ Curie Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & definiti debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Clasf. derog.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides exem-  
plorum, &  
Sanctio per-  
nalis.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ ob signatis eadem proflus fides in judicio & extra illud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum, &c.

Dat. P. A. s.  
die 28. Febr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno quinto.

**XLI. Institutio Congregationis super Baronibus Status Ecclesiastici, cum jurisdictione eorum Castra & bona, etiam fideicommissis subjecta, distrahendi pro satisfactione suorum creditorum.**

Quod autem Barones isti teneantur eorum Vassallos ab obligationibus pro eis contractis liberare, jussu Pius IV. in consuet. 18. Quia, fol. 22. lib. 2. ubi notavi.

Edita A. D.  
1595.

**CLEMENS EPISCOPVS,**  
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Promissum.

Justitiz ratio, & publicæ fidei causa postulat, ut eorum qui pecunias nostris, & S. R. E. subditis crediderunt, seu quibus aliquid ab eisdem quavis occasione vel causa debetur, indemnitati pro munere nostro, opportuno remedio consulamus.

§. 1. Cum igitur multorum querelis jamdiu ad nos perlatum sit, & quotidianis expostulationibus perferatur, nonnullos Barones & Domicellos, nostros, & S. R. E. subditos, tam in Urbe ejusque districtu, quàm in universo Statu nostro Ecclesiastico existentes, contracto variis de causis ære alieno, nullam profus inire rationem illud dissolvendi, immò nec annuas fructuum præstationes idcirco debitas, maximo creditorum incommodo, persolvere, ipsosque aded creditores, dum eorum credita à dictis Baronibus, & Domicellis exigere conantur, magnos sumptus facere, & variis litibus implicari, & nihilominus credita ipsa nullo modo consequi posse, fidejussores etiam, qui pro eisdem Baronibus & Domicellis sese, & bona sua quoquo modo obligarunt, ab eorum obligationibus minime posse liberari. Præterea, licet alias ad eorumdem Baronum & Domicellorum res aliquo pacto sublevandas, à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ac etiam forsàn à nobis ex speciali gratia concessa fuerit facultas, quosdam pecuniarum Montes super eorum Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, & aliis bonis stabilibus, ad diversas summas ascendentes erigendi, cum obligatione etiam per ipsos Barones facta, fructus hoc nomine singulis annis conventos solvendi, ac certis modo, & forma Montes erectos intra præscriptum tempus extinguendi, eos tamen qui pecunias in dictis Montibus posuerunt, hæcenus annuas fructuum præstationes à nonnullis ex dictis Baronibus, & Domicellis consequi non potuisse, neque adhuc posse, ac præterea aliquos etiam Barones & Domicellos, eisdem Montes, vel eorum partem, juxta eorum obligationem statuto tempore non extinxisse, nec forsàn ulterius de illorum extinctione cogitare, quo fit, ut iidem creditores, sub fide publica hæcenus magno detrimento affecti fuerint, & in dies magis, ac magis afficiantur.

Causa hujus  
instit.

§. 2. Nos hæc malis pro officii nostri munere occurrere, & debite supradictorum creditorum (inter quos plerique pauperes, complures etiam pupilli, & viduæ sunt) satisfactioni expedita aliqua ratione providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Dilectum filium nostrum Bartholomæum Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum, Cardinalem Cæsium nuncupatum, necnon dilectos filios Tiberium Cerasium Cameræ Apostolicæ Clericum, Paulum Coperchium Fisci, & dictæ Cameræ Advocatum, Paulum Æmilium Zacchiam ejusdem Cameræ Commissarium generalem, ac Rodolphum Bonholium, Senatorem Bononien. ad infra scripta omnia, & singula faciendâ, Apostolica auctoritate tenore præsentium constituimus, assumimus, & deputamus, ac eisdem liberam, amplam, & plenam facultatem & auctoritatem concedimus, & impartimur, ut conjunctim omnes, seu saltem idem Bartholomæus Cardinalis, & major ipsorum pars, omnibus & singulis, tam instrumentariis, sive hypothecariis, quàm Chirographariis, ac etiam Legatariis, & ratione mercedis, cibariorum, & vestitarii, seu aliis quovis modo privilegiatis, vel mercium, sive aliarum rerum occasione, aut etiam ex causa fidejussionum, pro eisdem Baronibus, seu Domicellis, ac pro qualibet summa, & quantitate quorumcumque Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, aliorumque Baronum, & Domicellorum, nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditorum, in Urbe, ejusque districtu, & in universo Statu nostro Ecclesiastico existentium, cujuscumque status, gradus, conditionis, & ordinis fuerint, etiam si dignitate quæcumque Ecclesiastica, etiam Cardinalatus honore præfulgeant, aut ipsorum parentum, seu antecessorum, vel auctorum quorumcumque creditoribus, etiam si eorum vassalli & subditi, aut alii quicumque fuerint, qui de ipsorum creditis ex quavis causa, & ad quamcumque summam, ut præfertur, ascendentes, per mandata executiva à quibusvis Judicibus Urbis, aut alterius loci Status prædicti decreta & relaxata docuerint, ipsaque mandata exhibuerint, quamprimum, absque ulla dilatione, non obstantibus quibuscumque inhibitionibus, dilationibus, supersectoriis in forma Non gravetur, aut alias quomodolibet ab iisdem, vel aliis Judicibus, aut etiam forsàn à nobis, sive de ordine, ac mandato nostro emanatis, & emanandis, quas omnes, & singulas ex

Institutio  
Congregatio-  
nis pro sa-  
tisfactione  
creditorum  
cujuscumque  
Baronis, sive  
modi, vult  
licet.

tunc, auctoritate presentium revocamus, annullamus, & irritamus, infrascriptis modis & formis satisfieri culeant, mandent, & cum effectu faciant, videlicet.

Exhibitis a creditoribus mandatis ex dicitaria, & sine ulla causae cognitione super veritate crediti, vel discussione iustitiae, aut nullitatis mandatorum relaxatorum, tanquam meri, & puri executores, & propria auctoritate, & mandato, & sine vitio spoli attentatorum, aut nullitatis, omnium & quarumcumque Civitatum, Terrarum, Castrorum, Casalium, Palatiorum, & aliorum bonorum immobilium, tam in Vrbe ejusque districtu, quam alibi ubicumque in nostro Statu ecclesiastico existentium, ad ipsos Principes, Duces, Marchiones, Comites, vel Barones, aut Domicellos quoscumque, contra quos vel eorum auctores, patres, & quovis antecessores, seu hereditaria eorum bona quaecumque mandata hujusmodi ex quavis causa, ut supra dictum est, relaxata fuerint, vel eorum partem, arbitrio ipsius Congregationis, & quovis modo tentorum, & possessorum, realem, & actualem, & corporalem possessionem nomine Camerae Apostolicae capi, & retineri, ad commodum tamen, & utilitatem eorumdem creditorum per mensem dumtaxat immediate sequentem, a die captae possessionis, a qua die omnis ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Baronum seu Domicellorum, & aliorum praedictorum jurisdictionis, & illius exercitium atque administratio penitus cesset, & cessare debeat, ita quod ipsi non possint per se vel alios in Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis & aliis locis, & bonis praedictis sese ingerere, aut aliquo pacto intromittere, sed illorum jurisdictionis & administrationis penes dictam Congregationem, seu personas ab ea deputandas remaneat, omnino curent, & de re ipsa praesent.

Elapsa mense Civitates & bona eorum subhaestanda proponant, & sine solita etiam subhaestatione, & deliberatione, per manus Cursorum, seu alias fieri consueta, & absque illarum expensis, praevia dumtaxat unius edicti per dies quindecim in locis publicis affixione, ad deliberationem plus offerenti, cum cedula bancharia idonei Mercatoris, servata tamen quoad personas quae Civitates, Terras, Castra, & alia bona hujusmodi emere voluerint, forma Constitutionis fel. recor. Sixti Papae V. praedecessoris nostri, super prohibitione alienandi Castra, & alia bona stabilia in statu Ecclesiastico existentia sine Sedis Apostolicae licentia, aliis personis quam vassallis ejusdem Status deveniant, illaque & illa deliberent, & vendant, ac instrumentum, vel instrumenta quaecumque, & alia desuper necessaria, & opportuna, obligando etiam personas Principum, Ducum, Marchionum, Baronum & Domicellorum praedictorum, & bona eorum pro evictione, etiam in forma ejusdem Camerae Apostolicae celebrent, & celebrari faciant.

Pretium inde redigendum, in satisfactionem dictorum creditorum, juxta eorum anterioritatem, & potioritatem, recepta prius ab eis jurium cessione, ad favorem emptoris, & si eidem Congregationi visum fuerit, praestita etiam ab ipsis idonea cautione, seu facta obligatione de eodem pretio restituendo prioribus, & potioribus, ad omne mandatum sui iudicis consignent, & consignari faciant.

Inter oblatores autem Camerae Apostolicam, seu ejus Commissarium, si offerre voluerit, ad offerendum admittant.

Sed si intra dictos quindecim dies nullus oblator reperitur, tunc Congregatio praedicta Civitates, Terras, Castra & alia bona praedicta, eidem Camerae nostrae Apostolicae adjudicet, liberet ac vendat, & ipsa Camera nostra Apostolica, praevia aestimatione, per unum vel plures aestimatores ab ipsa Congregatione deputandos, pro illo pretio quod aestimatum fuerit, illas, & illa pro se accipere debeat, & de dicto pretio omnino supradictis eorum creditoribus satisfacere teneatur.

Declaramus autem, si inter dictos creditores reperientur aliqui, qui occasione quorumvis, tam Montium, aut Censuum, intuitu ac contemplatione ipsorum Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Domicellorum, vel eorum auctorum, & praedecessorum supradictorum, executorum, & impositorum respectively creditores fuerint, & de fructibus idcirco debitis haecenus integre satisfactum non erit, vel in futurum non satisfactum, in praemissis eum servari debere modum & ordinem, ut supra summaria informatione, etiam extrajudiciali per dictam Congregationem de lapsu temporis, & de satisfactione non secuta, absque ulla, ut dictum est, causae cognitione, ad subhaestationem, deliberationem, venditionem & adjudicationem supradictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & bonorum, pretio, ut supra aestimando, modo & forma praedictis, & ulterius ad extinctionem dictorum Montium, & censuum, ac satisfactionem dictorum fructuum, usque ad diem dictae extinctionis decursum, ipsa Congregatio omnino deveniat. Ideoque servari volumus, & mandamus quoad illos Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones & Domicellos, qui licet dictos fructus suo tempore quotannis solverint, supradictos tamen Montes, ut praefertur, erectos, vel census impositos, & venditos intra tempora in electione ipsorum Montium, aut in impositione, & venditione censuum fidejussoribus promissa, vel alias conventa non extinxerint, aut in futurum debitis temporibus non extinguant, seu etiam alia pacta in eisdem Montium erectionibus, & censuum impositionibus, & venditionibus apposta, & alias conventa, seu in quibuscumque contractibus, in quibus, seu quorum vigore dicti Barones, & Domicelli, aut eorum auctores, seu antecessores debitores existunt, adjecta non adimpleverint, vel non observaverint, aut in futurum non observabunt, si ve adimplebunt, in toto vel in parte, ipsa Congregatio eos dictorum Montium, & censuum integram extinctionem, & debiti solutionem, ac creditorum satisfactionem, etiam si dies totius Montium, & censuum extinctionis, vel debiti solutionis non advenierit, cogat & compellat.

Voluntus etiam, & pari motu, ac potestate decernimus, Principes, Duces, Marchiones, Barones, & Domicellos supradictos, seu illorum quoscumque pro tempore successores, subhaestationem, deliberationem, venditionem, & adjudicationem, & alia praedicta impugnare, impedire vel retardare non posse, nec adversus ea aliquo modo se tueri, aut pro illorum revocatione quocumque tempore instare, etiam ea ratione, vel praetextu, quod ipsi in Castris, & bonis praedictis sint haeredes cum beneficio legis & inventarii, vel non succedant illis qui debita praedicta contraxerunt, sed quod loca, & bona supradicta ex antiquis investituris, concessionibus, fidei commissis, donationibus, vel ex contractibus etiam ex causa dotium, vel quacumque alia de jure privilegiata consecuti fuerint, vel ad ea vocati sint, mandata a Judicibus fuerint tantummodo decreta seu relaxata contra bona hereditaria illorum qui debitum hujusmodi contraxerunt, dicta bona quovis titulo & modo tenuerint, & possederint, seu quod ipsi Barones, & Domicelli simili modo illa teneant & possideant, aut ex eo quod creditores ex causa Montium & censuum, restitutionem fortis principalis petere non possint, se a fidejussione eximii, quibus, & aliis quibuscumque allegationibus, seu subterfugiis non obstantibus, ad executionem nihilominus subhaestationis, & deliberationis, & aliorum praemissorum, supradictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum deveniri omnino debeat, illaque robar perpetuae firmitatis fortiantur & obtineant.

Vt autem praemissa omnia, & singula ad favorem omnium creditorum praedictorum statuta, & disposita, statim sine ulla mora, aut aliquo impedimento executioni demandari possint, omnibus, & quibuscumque investituris, concessionibus, donationibus, fidei commissis, primogenituris & alienandi prohibitionibus, necnon pactis de succedendo, tam in contractibus quam in ultimis voluntatibus, purificatis, & purificandis super Civitatibus, Terris, Castris, Casalibus, Palatiis, & aliis bonis immobilibus hujusmodi, per quoscumque ascendentes, seu collaterales, ac penitus extraneos, ac forsitan ipsos etiam Romanos Pontifices praedecessores nostros, etiam

Barones & Domicellos, qui licet dictos fructus suo tempore quotannis solverint, supradictos tamen Montes, ut praefertur, erectos, vel census impositos, & venditos intra tempora in electione ipsorum Montium, aut in impositione, & venditione censuum fidejussoribus promissa, vel alias conventa non extinxerint, aut in futurum debitis temporibus non extinguant, seu etiam alia pacta in eisdem Montium erectionibus, & censuum impositionibus, & venditionibus apposta, & alias conventa, seu in quibuscumque contractibus, in quibus, seu quorum vigore dicti Barones, & Domicelli, aut eorum auctores, seu antecessores debitores existunt, adjecta non adimpleverint, vel non observaverint, aut in futurum non observabunt, si ve adimplebunt, in toto vel in parte, ipsa Congregatio eos dictorum Montium, & censuum integram extinctionem, & debiti solutionem, ac creditorum satisfactionem, etiam si dies totius Montium, & censuum extinctionis, vel debiti solutionis non advenierit, cogat & compellat.

Fidei commissis, &c. hac non impediant.

Illique plene satisfieri debeat.

Motu proprio, & consistorialiter emanatis, & sub quibusvis clausulis, vinculis & cautelis quomodolibet factis, & confirmatis, quorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, ac etiam regule nostre de non tollendo jure quæsito, Motu scientia & potestate summissis, plenissime ac latissime derogamus, ac derogatum esse volumus.

Aliaque bona libera Baronum dicitur fidei commissis supposita esse solentur.

§. 11. Quod si forsan iidem Principes, Duces, Marchiones, Barones, & Domicelli aliqua alia bona stabilia nulli investitura, concessioni, donationi, fideicommissio, primogenitura vel alienandi prohibitioni, aut pacto de succedendo, aliisque predictis subiecta, vel alias immunita, exempta, & libera quoquo modo possederint, nos pari motu, & auctoritate, eadem bona investitura, concessioni, donationi, fideicommissio, primogenitura, prohibitioni, & pacto predictis in locum bonorum venditorum predictorum, in omnibus, & per omnia subijcimus, substituiamus, & subrogamus, & pereandem Congregationem, secuta venditione predicta, subijci, substitui & subrogari debere decernimus & mandamus.

Clausula sublati.

§. 12. Declarantes nihilominus Civitates, Castra, & bona, sic ut supra, vendita & assignata, semper, & quocumque tempore penes illorum emptores, & Cameram prefatam, ac successores eorundem ab omnibus fideicommissis, primogenituris, prohibitionibus, pactis, donationibus, necnon nexibus, oneribus, vinculis, hypothecis, obligationibus, ac aliis predictis libera, & semper exempta remanere debere, ita ut nullo unquam tempore pretextu predictorum fideicommissorum, primogeniturarum, prohibitionum, pactorum, donationum, nexuum, onerum, vinculorum, hypothecarum, obligationum vel successionum, tam ex testamento quam ab intestato, emptores, Camera & successores predicti molestari, seu inquietari quomodolibet possint, salvis tamen responsionibus, canonibus, censibus, ratione directi domini, seu cujuslibet alterius superioritatis, occasione dictorum bonorum eidem Camere debitæ.

Si de pretio quid supererit, investituræ, ut hic.

§. 13. Ceterum volumus, & eidem Congregationi pariter mandamus, ut si ex pretio bonorum vigore presentium vendendorum aliquid solutis debitis supererit, id quod superfuit, si bona vendita alicui fideicommissio, prohibitioni, vel alteri cuiuscumque oneri, seu vinculo subiecta esse constiterit, in aliorum bonorum stabilium vel locorum Montium non vacabilium, quæ eidem fideicommissio, prohibitioni, oneri, & vinculo in locum bonorum venditorum omnino subiaceant, converti curent, & faciant, eorumque fructus singulis annis in aliorum similibus bonorum vel locorum Montium emptionem investiri debere declarent, & cum effectu investiri faciant, donec ad valorem, & summam bonorum venditorum ascenderint, quæ pariter omnia fideicommissio, prohibitioni, oneri ac vinculo huiusmodi, in omnibus & per omnia, prout bona vendita huiusmodi antea erant, subiecta existant. Si verò bona eadem vendita nulli fideicommissio, prohibitioni, seu oneri & vinculo obnoxia fuerint, Congregatio ipsa partem quæ supererit ex pretio huiusmodi, solutis debitis, ut præfertur, ipsis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Baronibus & Domicellis solvi, & consignari faciat.

Castra per Cameram sic emenda comprehenduntur per triennium sub bulla Pii 7. quæ est 35. fol. 166. lib. 2. tom. 2. Clausula sublati.

§. 14. Civitates vero, Terras, Castra & loca jurisdictionalia per Cameram Apostolicam in vim presentium emenda, & acquirenda in constitutione fel. rec. Pii Papæ Quinti prædecessoris nostri, de Civitatibus, Terris, Castris & locis S. R. E. non infeudandis, per triennium à die illarum venditionum computandum, minime comprehendendi debere declaramus.

Clausula derogatoria ac derogatoria. & sandie pavin.

§. 15. Decernentes sic & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Camere predictæ Præsidentes Clericos, S. R. E. Camerarios, necnon eiusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, subhata eis & eorum cuilibet quavis aliter ter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus municipi-

palibus Verbis, necnon Civitatum, Terrarum, Castrorum & locorum supradictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate, roboratione, ratificatione, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & licentis Apostolicis, ac investituris, etiam in remuneratione, aut ex quavis alia causa onerosa, aut ex contractu, erectionibus dignitatum, aliisque quibusvis concessionibus, dictis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & Domicellis, sub quibuscumque verborum formis & tenoribus, ac eum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & irritantibus ac aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis & innovatis, necnon fideicommissis, ac ultimis voluntatibus, donationibus, pactis quorumcumque, aliisque præmissis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omnino, & forma in illis tradita observata inserti foret presentibus pro expressis & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat, & ad effectum omnium, & singulorum præmissorum specialiter, & expressè ac latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, septimo Kal. Julii, Pont. nostri anno quinto.

Dat. P. An. die 25. Junii.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini 1596. indit. 9. die vero ultima mensis Junii, Pont. SS. in Christo Paris, & D. N. D. Clemens divina providentia Papa VII. Anno 5. Retroscripta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicarum Principis Apostolorum, Sancti Iohannis Lateranensis, ac in acie Campi Flora, ut moris est, per nos Catharinum Menandis, & Petrum Aloysium Peregrinum Curf. Prosper Spada, Mag. C. u. f.

Quod Itali extra Italiam non habitent in locis ubi liber, & publicus cultus, sive usus Catholicæ Religionis non existat. XLII.

Edita An. D. 1596.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut non sine magno animi nostri dolore accipimus, quamplures Christi fideles ex diversis Italiae partibus, eorum patriis, ubi vera, & sancta Catholica & Apostolica Religio viget, & publicè prædicatur, discedentes abeant in longinqua loca, ubi non solum hæreses impunè grassantur, sed quod peius est, Catholicæ Religionis usus publicè interdicitur, & prohibetur, quo fit, ut personæ ibi permanentes, etiam si Catholicæ sint, cogantur tamen contra eorum pia desideria sacrosanctæ Missæ sacrificio, aliisque divinis Officiis, ac Sanctorum sacramentorum perceptione, in suarum animarum discrimen diutius cedere.

Causa hinc consilium.

§. 1. Quare nos his & aliis malis, & periculis inde provenientibus, quantum cum Domino possumus, obviare cupientes, hæc nostra in perpetuum valitura Constitutione statuimus, & ordinamus, ut de cetero nullus Italianus, sive Mercator, sive cuiusvis alterius conditionis vel status existat, quovis quæsito colore, pretextu vel ingenio audeat habitare, vel domicilium tenere in Civitate, Oppido, seu loco, ubi aliqua Ecclesia cum Parocho, vel Pastore, seu Sacerdote Catholico non existat, in qua liberè & sine omni periculo, palam, & publicè celebrari, & audiri possint sacrosanctæ Missæ, & alia divina officia, & conciones, ac Sacramenta Ecclesiastica ministrari, mortuorum corpora speliri, & cetera fieri juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

Itali non habitent in locis in quibus Catholicæ fidei cultus liber non permittantur.

§. 2. Utque iidem Itali abstineant à Matrimonio cum hæreticis mulieribus, & ab hæreticorum sepulturis, filios suos de sacro fonte levare per hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim hæreticorum filios, nisi per Catholicum Sacerdotem Catholicò more baptizentur, levare præsumant,

Existent qui hic enarrata.



mant. Medicorum quoque hereticorum opera, ne cessante, ubi ad sit copia Catholici Medici idonei, non stant.

Ad habitandum ibi non potest nisi ad prius scriptis Ordinariis, vel Inquisitoribus, cum hiis de scriptis fuerit.

§. 3. Cum vero Itali predicti ex Italia recedunt, ad morandum seu inhabitandum in partibus predictis, id significant suis Ordinariis vel Inquisitoribus locorum, a quibus scribuntur admonentur, ut in quibus perpetuo Catholicam, & Orthodoxam fidem constantiter retinentes, & proficentes, piam & Catholicam vitam ducant, Dominicis & Festis diebus, abstinentias, & sacra jejunia ab Ecclesia precepta religiose colant, atque omnem heresim, & errorem, hereticos, schismaticos, & in Orthodoxa fide aberrantes fugiant, & evitent, ac ut saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum confessione, & Sanctissima Eucharistia perceptione per eos facta, fidem seu testimonium ipsis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant, ad quod & nos dictos Italos tenore presentium teneri, & obligatos esse decernimus, & mandamus.

In obedientia ubi de heresi suspecti inquiri possunt.

§. 4. Quod si quis propterea salutis immemor, contra premissa facere presumpserit, possit adversus eum per locorum Ordinarios, & Inquisitores hereticæ pravitatis, uti de heresi suspectum procedi.

Quibuscumque non obstantibus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut eorundem presentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsimet presentibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. A. S. die 6. Jul. nonagesimo sexto, Pont. nostri Anno 3.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesima sexta Julii millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pont. nostri Anno 3.

XLIII.

Contra Monachos Congregationis Camaldulensis Ordinis Sancti Benedicti, ejus officia, & dignitates ambientes, & eorum complices.

Quoad Eremitas d. Congregationis, vide supra in const. 1. Alexandri II. fol. 48. ubi alia, tam de ipsis, quam de Monachis tibi indicavi.

Edita A. D. 1596.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Ambitio in religiosis damnatur.

Ambitiosam honorum, & dignitatum cupiditatem Ecclesiasticos omnes, sed Religiosos præsertim, qui in humiliatis spiritu Deo servite tenentur, ita evitare decet, ut ipsi Prælatibus minime requirere, sed ad eas vocati ut Aaron obedientes suscipere, & humiliter administrare studeant.

In Ordine igitur Camaldulensi, qui extra gremium Congregationis pro obtinendis dignitatibus & gratiis, favoribus utuntur, gravibus poenis subiacentur.

§. 1. Hujus siquidem ambitionis malum in Ordine Camaldulensi, in quo apud nonnullos qui propriis religiosarum virtutum, ut deceret, meritis inniti non valentes, ad Ordinis ejusdem dignitates, & gradus etiam majores, quos forsitan obtinent, per mendicatos S. R. E. Cardinalium, & Principum etiam sæcularium favores assumi procurant, vigere, non sine animi nostri dolore accepimus, quantum cum Domino possumus, evelle cupientes, Motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos Monachos prædicti Ordinis Congregationis Camaldulensis, cujuscumque ætatis, gradus, conditionis, præminentia, & literaturæ existentes, qui nimirum pro quibuscumque Prælatibus, dignitatibus, muneribus & officiis, etiam iis quæ obtinent, majoribus in dicta Congregatione consequendis, sive pro remissione poenarum eis impositarum, aut aliis quibuscumque gratiis impetrandis, ad Principum quorumcumque, tam Ecclesiasticorum, etiam S. R. E. Cardinalium, quam sæcularium ac Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non existentium favores recurrerint, eosque requisierint, vel eis etiam sponte delegatis, aut ab aliis etiam ipsis inficiis procuratis usi fuerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directæ vel indirectæ, palam vel occultè, ad dignitates seu officia in Congregatione prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere procuraverint, illorumque complices & fautores, ad quavis Prælaturas, dignitates, gradus

honores & officia, tam spirituales, quàm temporalia, præsertim in ipsa Congregatione obtenta, vel obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis prælatibus, dignitatibus, administrationibus vel officiis eo ipso privamus, ac privatos voce activa, & passiva carere ipsaque hujusmodi à nobis tantum, & Romanis Pontificibus successoribus nostris remitti posse decernimus, & declaramus, omnes & singulas supradictas poenas ad eos etiam extendentes, qui ne ex aliquo Monasterio removeantur, seu ut in alterius Monasterii familia deputentur, contra Capituli, seu Superiorum voluntatem supradictas litatas seu favores exquirere, & obtinere præsumunt.

Et tamen quibus similibus de promotionibus non veritatem.

§. 2. Quocirca in virtute sanctæ obedientiæ, ac indignationis nostræ, aliisque omnibus prædictis poenis, dilectis filiis Generali, Visitationibus, Definitoribus, aliisque Prælatibus quocumque titulo nuncupatis, presentibus, & futuris præcipimus, ac districtè mandamus, ne aliquos ullo unquam tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, seu aliis ad instantiam, requisitionem vel contemplationem Principum Ecclesiasticorum vel temporalium, etiam S. R. E. Cardinalium, aut aliorum quorumcumque extra gremium dictæ Congregationis existentium, ad cujusvis generis Prælaturas, dignitates, officia, administrationes & gradus promovere, vel poenas aliquas remittere, aut aliam quancumque gratiam, ut præfertur, facere audeant, vel præsumant, immò promovendorum meritis, & virtutibus tantum inspectis, quod Dei causam agant memores sint, quo magis puro, & sincero corde, nulla privata aut mundana affectione commoti, in electionum negotio procedant.

Promotiones aliorum factas nulla sint.

§. 3. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu ad quæcumque alia officia dicti Ordinis sic literis, aut aliis favoribus Principum, & Prælatorum quorumcumque, vel aliorum extra gremium, ut præfertur, existentium, eorumque precibus aut pollicitationibus injustè ac indebitè extortas, seu aliis quancumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore & esse, & adversus eos qui in his minus legitimis rationibus ad regenda Monasteria, seu ad alia quæcumque officia eligi aut assumi obtinuerint, per eundem Congregationis Superiores quancumque procedi, & rei veritate cognita condignis poenis, tanquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici posse & debere.

Clausula, ubi blasphemias, &c.

§. 4. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 5. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac dictorum Congregationis & ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illis & illorum Superioribus sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis concessis & confirmatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ & individua, non autem per clausulas generalem idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens; hac vice Motu & scientia similibus latissimè derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Congregationi & Monachis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Nullam hanc bullam, nisi de auctoritate ipsius.

§. 6. Ac ut harum literarum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus illas

libet in Capitulo Generali Congregationis

illas in generali dictae Congregationis Capitulo quotannis publice legi, ibique lectas omnes sic arctare, ac si legitime unicuique intimatae fuissent, illarumque exemplis, vel impressis, manu scribae dicti Capituli, vel notarii publici subscriptis, & sigillo Generalis ipsius Congregationis, vel alterius in Dignitate Ecclesiastica constituti obfirmatis eandem prorsus fidem haberi, quae praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 3. Septembris, millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pont. nostri Anno quinto.

X L I V.

Ordinationes pro bono regimine Congregationis Fratrum Ioannis Dei nuncupatae per universam Italiam, proque electione Majoris eiusdem Congregationis.

Instituta fuit in Hispaniis ista congregatio ad regimen Hospitalium pro curandis pauperibus infirmis, ut habetur in const. Pii V. 143. Licet. fol. 266. lib. 2. ubi notavi.

Hujus Congregationis fundator fuit Fr. Joannes de Deo, quem Beatorum Confessorum numero adscripsit S. D. N. Urban. VIII. in Const. 108. in Sede, inf. tom. 4. & de his Fratribus vide quae addidi ad Pauli V. Const. 100. Romanus, hic infra.

Edita An. D. 1595.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Excordium.

Romani Pontificis providentia circumsperta, circa Priorum Locorum, & vitorum, a quibus pia, praesertim circa pauperum infirmorum hospitalitatem, opera exercentur, statum respiciens, ad eorum conservacionem ea quae alias iustis suadentibus rationibus auctoritate Apostolica sunt ordinata, aliqua ex parte mutat, prout temporum ratio suadet, ac alias in Domino conspicit expedire.

Hic Pont. locorum Ordinaris Congregationem suspensit, & professionis emissionem, ac sacrorum ordinum susceptionem prohibuit, & per unum Majorem nuncupatum ipsam Congregationem regi voluit.

§. 1. Alias siquidem cum pridem Congregatio Joannis Dei in Vrbe, ac diversis Italiae, & Hispaniae partibus Apostolica auctoritate recepta, & confirmata, cujus Confratres nonnullos pauperes & infirmos, graviterque laborantes hospitio recipere, eisque inservire consueverunt, valde aucta esset, illisque diversa privilegia, & indulta ab hac Apostolica Sede, Romanisque Pontificibus praedecessoribus nostris, praesertim quod per unum ex ipsis Confratribus Majorem nuncupatum Congregatio ipsa regeretur, quodque ab Ordinariis locorum exempli essent, atque illius religiosi professionem emittere, & ad sacros ordines promoveri possent, concessa fuissent, nos ipso nostri Pontificatus initio, accepto quod ejusdem Congregationis Confratres a suo primaevo instituto paulatim recedebant, ac opus Hospitalitatis eorum pauperum infirmorum, cui in primis incumbere tenebantur, intermitteretur, & multi Confratrum literarum studiis intendebant, & sacris ordinibus initiari, ut a servitio Hospitalium excusarentur, procurabant, matura consideratione praehabita, Congregationem praedictam, ejusque Hospitalia, & Loca ubique existentia Ordinariis locorum eorumque jurisdictioni, & superioritati subjecimus, nec amplius per unum Majorem regi vel gubernari volumus, ac ipsius Congregationis Confratribus professionis emissionem, & sacrorum Ordinum susceptionem interdiximus, ita ut deinceps votum paupertatis, & Hospitalitatis tantum praestare, & observare tenerentur, ac alias statuimus, & ordinavimus, prout in nostris literis sub Dat. 13. Februarii 1592. in forma Brevis expeditis latius continetur.

At modo regimen maioris restituit. Immo S. D. N. Paulus V. aliquid innovavit circa sacrorum ordinum susceptionem, ut infra in sua sua constit. 36. licet.

§. 2. Cum autem processu temporis experientia compertum sit, quod Congregationis praedictae Hospitalia & Loca pia in Italia existentia, sic ab invicem separata, & alicujus communis superioris, qui ea, eorumque Confratres primaevo instituti observantiam restituar, & eosdem in ipsa conservet, regimine destituta, gravia incommoda, & damna passa sunt, & quotidie patiuntur, ita ut nisi de aliqua regiminis forma eis provideatur, facile evenire possit, ut Congregatio ipsa in totum extinguatur, & corruat. Nos propterea Congregationem ipsam, quam ad

pauperum infirmorum subventionem valde utilem esse accepimus, conservari cupientes, ac quorumcumque privilegiorum, & indultorum eidem Congregationi a quibuscumque Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, praesertim fel. rec. Pio V. Gregor. XIII. & Sixto V. concessorum, ac nostrarum literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus dilecti filii nostri Hieronymi tituli Sanctae Susanna Praesbyteri Cardinali, Rusticucci, nostri in Alma urbe Vicarii qui ejusdem Congregationis apud nos protector existit, nobis super hoc eorum nomine porrectis inclinati, eidem Congregationi Joannis Dei, ac singulis ejus Hospitalibus, & locis in Italia jam receptis, & deinceps recipiendis, eorumque Confratribus, & personis, nunc & pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis privilegiis, praerogativis, gratiis, facultatibus, indultis & indulgentiis a praedictis Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. aliisque Romanis Pontificibus Congregationi, hospitalibus, & Locis Hispaniarum, ac Hospitalis S. Ioannis Callibitae in Insula S. Bartholomaei de Vrbe, ejusdem Congregationis Joannis Dei in genere vel in specie concessis, confirmatis & innovatis (citra tamen facultatem professionem emittendi, & sacros ordines suscipiendi, & extra exemptionem a jurisdictione Ordinariorum locorum, quibus eos omnino subesse volumus, & super quibus literas nostras praedictas exacte observari mandamus) perpetuo frui, uti, potiri & gaudere in omnibus, & per omnia possint, & valeant, perinde ac si ipsis nominatim, & aequae principaliter concessa fuissent.

§. 3. Ita tamen ut Confratres in quocumque Italiae loco jam recepti, statim, & deinceps recipiendi in Congregatione praedicta, debito tempore votum inserviendi eorum Hospitalibus sub Ordinarii loci obedientia in omnibus ejusdem Ordinarii aut Majoris confratris, ut infra pro tempore electi emittere, & Hospitalitatem pro iis infirmis, quos recipere, & curare consueverant, quantum fieri poterit, exercere juxta praedictarum nostrarum litterarum seriem teneantur.

§. 4. Vtique unus Confrater in Majorem ab omnibus Prioribus quorumcumque Hospitalium, & Locorum dictae Congregationis in Italia existentium, Romae in Hospitali S. Joannis Callibitae praedicto per secreta suffragia majoris partis vocalium eligatur, cujus officium ad sexennium tantum durare debeat, ita ut finito sexennio, iterum eligi aut confirmari, nisi lapsa altero sexennio minime possit.

§. 5. Duo item Consiliarii, & duo Visitatores in eodem loco, & eisdem modo, & forma eligantur, quorum Consiliarium, & Visitatorum, necnon etiam singulorum Priorum officium ad triennium tantum duret, & finito triennio ad idem officium nemo possit iterum eligi, vel in eo confirmari, nisi alterum triennium intercedat.

§. 6. Major omnia, & singula Hospitalia & Loca dictae Congregationis Italiae visitandi, & reformandi, rationes & computa videndi, confratres de uno ad alium locum transferendi, inobedientes, & ordinationum transgressores corrigendi, mulctandi, & puniendi, cujusque Hospitalis gubernii formam, juxta tamen constitutiones faciendas, stabiliendi & determinandi, facultatem habeat, reservata tamen in omnibus semper locorum Ordinariis superioritate, superintendencia, liberaque auctoritate visitandi, puniendi, & castigandi eosdem Confratres in delictis & excessibus, praesertim gravibus, tam intra, quam extra hujusmodi Hospitalia forsan committendis, secretè tamen, & circumspecte, quoad fieri poterit ad evitandam Congregationis infamiam.

§. 7. Vtique Congregationis ipsius Confratres alia ejusdem instituti Hospitalia de licentia Ordinariorum locorum erigere, & aedificare, elemosynasque pro eorum, & Christi fidelium infirmorum sustentatione, eorumdemque Hospitalium mantentione omni loco, & tempore sine aliquo impedimento petere, & recipere valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium licentiam concedimus, & facultatem.

§. 8. Insuper ut habitum cum scapulari, & capucio, prout hactenus gestare consueverunt, privative quoad alios quoscumque qui de eadem Congregatione non fuerint

Votum inserviendi Hospitalibus sub Ordinarii obedientia emitti praecipit.

Majoris electionem & munus praescribit.

Consiliarium & Visitatorum atque Priorum.

Majoris potestatem, & Ordinarii jurisdictionem describit.

Licentiam Hospitalium erigendi & elemosynas recipiendi Congregationi concedit.

Habitum designat.

CLEMENS OCTAVUS.

zine, sub pœnis Ordinarii locorum benevisis, deinceps, etiam perpetuo valeant.

terribiles  
certo modo  
Congregatio  
in expellit  
pos. i. c. d. d.

§. 9. Vt Confrater Major, & Consiliarius de consensu Ordinarii locorum, ob graves causas, & ob incorrigibilitatem, Confratres quos indignos iudicaverit, ex dicta congregatione expellere & dimittere, ipsosque sic expulsos ab emissio per eos Hospitalitatis voto absolvere, dummodo tamen poenitentiam ipsi ob eorum excessus & defectus impositam adimpleverint, & non aliter possint, & valeant. Nec aliquis eorumdem confratrum aliaratione aut modo Hospitalia, & Loca, ipsamque congregationem deserere, aut ab eis recedere, seu à voto inserviendi huiusmodi pauperibus in eorum Hospitalibus sub Ordinarii obedientia, etiam quorumcumque privilegiorum, aut generalis iubilæi, seu cruciatæ Sanctæ vel alterius cuiusque gratiæ, seu generalis facultatis, à nobis, successoribusque nostris Romanis Pontificibus, & Apostolica Sede pro tempore concedendarum virtute absolvi vel liberari valeat.

Promotionem  
ad sacros ordines  
prohibet.

§. 10. Quodque Confratres huius Congregationis, Sacerdotes, aut in sacris ordinibus constituti esse non possunt, nec ad huiusmodi sacros ordines promoveri valeant, sed juxta primatum eorum institutum in simplicitate pauperibus infirmis, ut præfertur, inservire debeant.

Ordinationes  
in regimine  
Hospitalium  
constituendi  
in ultimum  
tribuat.

§. 11. Demum, ut circa modum & formam observandam quoad electiones, & mutationes officialium prædictorum, & receptionem novorum Confratrum, eorumque qualitates, & præsertim quod non sint Sacerdotes, sive uxorati, ac circa tempus eorum admissionum ad votum prædictum de inserviendi pauperibus in huiusmodi Hospitalibus, ac pro omni & quacumque alia causa bonum regimen, gubernium & administrationem, tam in spiritalibus, quam temporalibus idem Frater Major cum consensu Consiliariorum, ac Visitatorum pro tempore existentium prædictorum quæcumque statuta, constitutiones, & ordinationes ad bonum regimen, & Gubernium quorumcumque, tam erectorum, quam erigendorum Hospitalium in quibuscumque Italiæ partibus, & Confratrum eorundem edere possit & valeat, & postquam facta & formata fuerint, cum consensu eorumdem Consiliariorum, & Visitatorum semel vel pluries ampliare, corrigere, mutare, moderari, seu de novo, prout magis expedire videbitur, edere, dummodo eorum constitutionum confirmationem à nobis, & Sede Apostolica obtineant, auctoritate, & tenore prædictis pariter concedimus & indulgemus, atque statuimus, & ordinamus.

Clasulam  
servantibus  
in apponit.

§. 12. Decernentes præsentis literas nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari vel invalidari, aut in jus vel controversiam quacumque ratione vel causa vocari, aut ad terminos juris reduci, vel quodvis aliud juris seu gratiæ remedium contra illa impetrari posse, minusque sub quibuscumque similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, tam per nos, quam per quoscumque Romanos Pontifices pro tempore existentes faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse, & de novo etiam sub posteriori data concessas censeri.

ausulam  
claram, &c.  
inungi.

§. 13. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis  
quibusdam  
at.

§. 14. Non obstantibus prædictis literis nostris, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus, & quibusvis statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Ordinibus, Ecclesiis, Monasteriis, & piis locis, illorumque Superioribus, & quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibus

etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & indolis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac expressa mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habere, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exple  
di. i. i. b. e.

§. 15. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem pro fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

D. P. A. s. d. d.  
9. Septemb.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 9. Septemb. 1596. Pont. nostri Anno 5.

Confirmatio, & declaratio constitutionis Gregorii XIII. super reformatione Fratrum Minorum S. Francisci strictioris Observantiæ, tam in Italia, quam Regno Franciæ, & Provinciis Belgiæ.

XLV.

Constitutio ista est num. 55. supr. lib. 2. Cum illius, ubi omnino videas quæ tibi indicavi. Et circa novitiorum receptionem vide aliam huius Pontif. declarationem in cons. 106. Sanctissimus.

Has Constitutiones Greg. XIII. & huius Pont. innovavit, & superaddidit alias ordinationes pro feliciorum Fratrum regimini progressu S. D. N. Urb. VIII. in cons. 13. Romanus, inf. tom. 4. ad quam vide alia notata, sicuti ad eisdem Sanctissimi Pont. Const. præced. 12. In supremo, quæ hic repetere longum esset.

CLEMENS PAPA VIII.

Edita An. D.  
1596. &  
1603.  
Exordium.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro inuncti nobis Apostolici muneris ratione de statu Religiosorum quorumcumque, qui sub voluntaria paupertatis habitu militantes, in humilitatis spiritu Deo vota reddere satagunt, paterna charitate solliciti, constitutiones & ordinationes summorum Pontificum, ad eorum prosperum regimen & gubernium providè factas, nonnullis mutatis, seu adjectis pro locorum & temporum qualitate, libenter confirmamus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

Gregor. XIII.  
editis istis  
circa hos re-  
formatos. su-  
p. fol. 323

§. 1. Dudum liquidem à fel. rec. Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequētis, videlicet: Gregorius Papa Decimus tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Cum illius vicem meritis, &c.

Hic modò  
Pont. ea sal-  
vis declarati-  
onibus in-  
scriptis  
approbat  
quoad Fra-  
tres Italia.

Omniaque bula Gregorii, quæ eam habes in loco cit. in rubr.  
§. 2. Cum autem novissimè nos pro regimine, & gubernio dictorum Fratrum reformatorum nonnulla decreta, seu ordinationes ediderimus, aut super his dilecto filio Bonaventuræ Ministro Generali Ordinis Sancti Francisci de Observantia, nonnullas facultates concesserimus, prout in nostris desuper in forma Brevis expeditis literis sub Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 8. Januarii 1594. Pontificatus nostri Anno secundo plenius continetur. Cumque pro felici statu, & gubernio dictorum Fratrum reformatorum expediat præinsertas Gregorii prædecessoris literas, & in eis cõtenta, exceptis infrascriptis per nos confirmari, & à Fratribus prædictis observari. Nos prædictarum nostrarum literarum tenorem præsentibus pro expressis haberi, & singulares Fratres dicti Ordinis reformatorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, de Venerabilium Fratrum nostrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super consulta

consultationibus, & negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum sententias, præsertim Gregorii prædecessoris literas, ac omnia in eis contenta, salvis limitationibus infra scriptis, auctoritate Apostolica tenore præsentium quoad Fratres dicti Ordinis Reformatorum in Italia existentes tantum perpetuo confirmamus & approbamus, illisque perpetuo, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui in eisdem intervenierint, supplemus. Et pro majori præmissorum firmitate literis nostris prædictis, quatenus in aliquo obstant, specialiter, & expresse derogamus.

Novitios.

§. 3. Quoad caput circa receptionem Novitiorum per Custodem faciendam, servetur etiam forma Constitutionis fel. rec. Sixti Papæ Quinti prædecessoris etiam nostri super hoc editæ.

Monasteria.

§. 4. Quoad Monasteria ipsis reformatis concedenda, volumus ut sint apta ad duodecim saltem Fratres recipiendos, & retinendos.

Casus reformationis.

§. 5. Circa reservationem casuum servetur Decretum à nobis super hoc editum.

Statuta.

§. 6. Quoad statuta, & ordinationes de cetero faciendas, ultra ea quæ in prædictis Gregorii literis disponuntur, volumus ut nullo modo decretis per nos in nostra visitatione Urbis editis, neque aliorum summorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutionibus advertentur.

Prædicatores & alios promovenda.

§. 7. Quoad Prædicatores, & Confessarios examinandos & approbandos, volumus ut in singulis Capitulis Custodialibus aliquot graves & periti viri, ex Fratribus cujuscumque Custodiæ saltem tres, qui unâ cum Custode admittendos ad prædicationem Verbi Dei, vel audiendas Confessiones, etiam ipsorummet Fratrum, ac Lectores publicos simul examinent, neque antea ad hujusmodi ministeria exercenda ab aliquo probentur, aut admittantur. Horum etiam cura sit examinare & probare, tam quoad doctrinam quam quoad mores, promovendos ad quoscumque Ecclesiasticos ordines, quæ in se serventur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini nuper editum, & promulgatum. Hi vero examinatores in hujusmodi officio constituari nequam possint, sed in singulis Capitulis Custodialibus alii semper de novo ad hoc munus obeundum eligantur.

§. 8. Si quando autem prædictos Reformatos accedere contigerit ad loca ubi proprias habent domos, seu Conventus, volumus & præcipimus, ut ad Conventus & domos illorum de familia quæ in eisdem locis erant, divertere aut hospitari nullo modo possint.

Hospitia Reformatorum.

§. 9. Decernentes præmissa omnia & singula perpetuo valida, firma, & efficacia esse & fore, & per præfatos Fratres Reformatos perpetuo observari debere, præsertim quoque literas nullo tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, argui seu impugnari, aut sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse & fore, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas & plenariè reintegratas censeri. Sicque per quoscumque Judices, & Cõmmissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causatù Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter, judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§. 10. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis Generalibus vel specialibus constitutionibus, etiã Mare Magno, Bulla aurea, vel aliis nuncupatis, ac quibuscumque dicti Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, tam eidem quam aliis quibuscumque Ordinibus, eorum Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis in contrarium præmissorum

in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, vel aliis quomodolibet concessis, ac pluries confirmatis & approbatis, ac omnibus illis quæ dictus Greg. prædecessor in suis literis voluit non obitare. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fidei.

§. 11. Volumus autem, & auctoritate Apostolica decernimus, quod transumptis præsentium literarum, etiam impressis, sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu Notarii publici subscriptis eadem fides, tam in judicio quam extra illud ubilibet adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. P. An. die 12. Oculi.

Dat. Tusculi, sub annulo Piscatoris, die duodecima Octobris Millelesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno quinto.

Sequitur extensio dictæ Bullæ ad Gallos, & Belgicos.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita Anno 1603.

Pro injuncti, &c. Ut supra in constit. præinserta.

Extensio bullæ ad Gallos, & Belgicos.

§. 1. Nunc vero agnoscentes, pro felici statu, & gubernio Fratrum Reformatorum Minorum S. Francisci de Observantia, Provinciarum Belgicarum, Flandriæ videlicet, Sancti Andree, & Brabantiæ, aliàs Inferioris Germaniæ, plurimum expedire, ut nos præsertim literas hujusmodi, quas pridem in favorem Fratrum Reformatorum Italiæ confirmavimus, deinde ad Fratres Reformatos Regni Franciæ extendimus, prout in nostris desuper expeditis literis etiam plenius continetur, ad ipsas quoque Provincias in omnibus & per omnia, (salvis infra scriptis limitationibus) extendamus, & pro dictis Provinciis confirmemus & innovemus.

Extensio ad Belgicos, & Belgicos.

§. 2. Ea propter eorundem Fratrum Reformatorum dictarum Provinciarum id humiliter exposcentium petitionibus annuendum duximus. Propterea omnes & singulos dictarum Provinciarum Fratres Reformatos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & penis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis humiliter porrectis inclinati, præsertim Gregorii XIII. literas, ac omnia in eis contenta (salvis limitationibus infra scriptis) ad ipsos Fratres Reformatos Provinciarum supradictarum auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo extendimus & ampliamus, ac confirmamus & approbamus, & pro majori præmissorum firmitate prioribus nostris literis prædictis (quatenus in aliquo obstant) specialiter & expresse derogamus.

Modus recipiendi novitios.

§. 3. Ceterum quoad caput circa receptionem Novitiorum per custodem faciendam volumus & Apostolica auctoritate concedimus, ut in dictis Provinciis tantum, quoscumque Novitios habitum dicti Ordinis suscipere volentes, ad habitum hujusmodi extra Capitulum Custodiale, juxta formam literarum à nobis editarum sub Dat. die 5. Septembris 1602. in favorem Custodum, & Fratrum reformatorum dicti Ordinis, in Regno Franciæ existentium, (quæ incipiunt, Ordinis vestri) recipere valeant. Quas quidem literas, tam quoad præmissa, quam quoad reliqua in illis contenta, in omnibus & per omnia ad eosdem Reformatos dictarum Provinciarum, & cujuslibet earum extendimus perinde, ac si in illarum favorem nominatim editæ fuissent.

Numus Fratrum Monasteriorum.

§. 4. Quoad Monasteria ipsis reformatis concedenda, volumus ut sint apta ad duodecim saltem Fratres recipiendos, & retinendos.

Casus reformationis.

§. 5. Circa reservationem casuum servetur decretum à nobis super hoc editum.

Statuta.

§. 6. Quoad statuta & ordinationes de cetero faciendas, ultra ea quæ in prædictis Gregor. literis disponuntur, volumus ut nullo modo decretis per Nos in nostra visitatione Urbis editis, neque aliorum summorum Pontificum prædecessorum

CLEMENS OCTAVUS.

81

predecessorum nostrorum Constitutionibus adversentur.

Ratio Insi-  
tendi Exa-  
minationis in  
Capitulis  
Custodiali-  
bus.

§. 7. Volumus etiam ut singulis Capitulis Custodialibus aliquot graves & periti viri, ex Fratribus cujuscumque Custodiae saltem tres, qui una cum Custode admittendos ad praedicationem verbi Dei, vel audiendas confessiones, etiam ipsorummet Fratrum, ac Lectores publicos simul examinent, neque antes ad hujusmodi ministeria exercenda ab aliquo probentur aut admittantur. Horum etiam cura sit examinare, & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores promovendos ad quoscumque Ecclesiasticos ordines. Qua in re servetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini, nuper editum & promulgatum. Hi vero Examinatores in hujusmodi officio confirmari nequaquam possunt, sed in singulis Capitulis Custodialibus alij semper de novo ad hoc munus obeundum eligantur.

Divertent,  
aut hospitari  
non debent  
Reformati  
apud Fratres  
de familia,  
in locis, in  
quibus ha-  
bit hospitia.

§. 8. Si quando autem praedictos Reformatos accedere contigerit ad loca, ubi proprias habent Domos, seu Conventus, volumus & praecipimus, ut ad Conventus & Domos illorum de familia, quae in eisdem locis erunt, divertere, aut hospitari nullo modo possint. Decernentes praemissa omnia & singula perpetuo valida, firma, & efficacia esse & fore, & per praedictos Fratres Reformatos perpetuo observari debere.

Classif. prof.

§. 9. Praesentes quoque literas nullo tempore, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae defectu notari, seu impugnari, aut sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, & fore, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituras, repositas & plenarie reintegratas censerit. Siquae per quoscumque Iudices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio  
reformationis.

§. 10. Quocirca venerabilibus Fratribus Coloniaensi, Cameracensi & Mechlinensi Archiepiscopis, & dilecto filio nostro & Apostolicae Sedis in Inferiori Germania Nuncio, necnon universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis & Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque in dignitate Ecclesiastica constitutis per praesentes mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios praesentes literas & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Reformatorum praedictorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos praemissis omnibus & singulis juxta praesentium continentiam, & tenorem pacifice frui & gaudere. Non permittentes eos desuper per Ministrum Generalem, aliosque praedictos quomodolibet indebitè molestari. Contradiatores quoslibet & rebelles, ac praemissis non parentes, per sententias, censuras & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, omni appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus, illos sententias, censuras, & poenas praedictas incurrisse declarando, illasque etià iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Derogatio  
interdictionis.

§. 11. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, etiam Mare Magno, Bulla Aurea, vel alijs nuncupatis, ac quibuscumque dicti Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, tam eidem, quam alijs quibuscumque Ordinibus, eorumque Superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque insolitis clausulis, ac irritantibus & alijs decretis in contrarium praemissorum in genere vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, vel alijs quomodolibet concessis, ac pluries confirmatis & approbatis, ac omnibus illis

Bullarii Magni Tom. III.

q. dicitur Gregorius predecessor in suis literis voluit non obstat. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores ac si de verbo ad verbum praesentibus infererentur, proplene, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum  
sua fide.

§. 12. Volumus autem & auctoritate Apostolica decernimus, quod transumptis praesentium literarum, etiam impressis, sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, & manu Notarii publici subscriptis eadem fides, tam in iudicio quam extra illud ubilibet adhibeatur, quae ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Dat. P. An. 1.  
die 11. Junii  
Anno duodecimo.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die undecima Julii 1603. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Fratres Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, nullo etiam quarti voti praetextu vel indulto, de cetero recipiant Fratres Minores S. Francisci de observantia, aut alterius strictioris Ordinis professores.

X L V

Ejusmodi privilegium, quod scilicet iste ordo respectu quarti voti, ceteris Ordinibus strictior esset, edixerat Callistus III. in sua constit. 3. supra lib. 1. Et de institutione ejusdem Ordinis, aliisque eum concernentibus notavi supra in constit. 9. Gregorii IX. Devotioni, lib. 1. Et postremo Paulus V. eandem ferè constitutionem edidit pro Capuccinis, huic inhaerendo, infra sua constit. 30. Nuper ad nos.

Horum Fratrum Privilegia, & Indulta confirmavit S. D. N. Urban. III. in Constitut. 94. Ex Clementi, infra tom. 4.

C L E M E N S P A P A V I I I. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D.  
1595.

Nuper ad nos perlatum est, Religiosos Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, praetextu cujusdam indulti Apostolici dicto Ordini antiquitus concessi, Professores Ordinis Fratrum Minorum de observantia nuncupatorum, & alios Regulae strictioris, in eorum Sodalitatem, seu domos aut Conventus recipere. Quare, cum id saepius meritis poenas eludendi causa fiat, & ex hoc multa scandala in populo generentur, & alia multa incommoda nascantur.

Hic Ordo  
respectu  
quarti voti  
strictior alijs  
reputabatur.

§. 1. Nos hujusmodi scandalis obviare, & quieti Religiosorum prospicere cupientes, tenoremque dicti indulti, perinde ac si de verbo ad verbum infereretur praesentibus, pro expressis habentes, de venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, sacri Tridentini Concilii Interpretum sententia, ne quis Praelatorum, seu Superiorum, aut Fratrum Conventuum, seu Domorum dicti Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, tam in Regnis Hispaniarum, quam alibi consistentium, quavis ille dignitate, Praeeminentia, praerogativa vel munere fungatur, quemquam Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, aut alicujus strictioris Regulae, quam sit Regula dictorum Religiosorum Beatæ MARIÆ de Mercede, praetextu cujuscumque indulti, seu privilegii Apostolici recipere audeat, vel praesumat, etiamsi habeat privilegium id faciendi causa quarti voti, quod ipsi Professores Ordinis B. MARIÆ de Mercede hujusmodi faciunt, Apostolica auctoritate tenore praesentium districtè prohibemus.

Hic Pontif.  
contrarium  
decernit.

§. 2. Declarantes, Regulam strictiorem esse judicandam alia ratione, quam respectu quarti voti. Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Subdanti alia  
ratione  
quàm quarti  
voti regulam  
strictiorem  
esse iudican-  
dam.

§. 3. Non obstantibus privilegio seu indulto hujusmodi, quod harum serie proprio Motu revocamus & abolemus, ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnò dicti Ordinis B. MARIÆ de Mercede

Comitatus  
derogato.

F juramen

CLEMENS OCTAVUS.

62

juramento; confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, in genere, vel in specie, ac aliter in contrarium quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, illorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quavis alia expressio habenda foret, illorum tenores præscriptis pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Trāsumptif-  
quo credi  
mandat.*

*D. P. A. 5. die  
24. Decemb.*

§. 4. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 24. Decembris millesimo quingentesimo nonagesimo Sexto, Pont. nostri Anno quinto.

XLVII. Jurisdictio Consulium Artis Aromatariorum Urbis cognoscendi causas ad Artem spectantes, cum indulgentiarum concessione.

*Quoad locum Aromatariorum in causis discessionum vide etiam supra cons. 1. §. Pii V. Sanctissimus, lib. 2. ubi notavi. Et jurisdictionem criminalem dimittit Paulus V. infra in sua cons. 71. §. 25. numero 7. & cons. 46. §. 25.*

Hanc bullam non præjudicare jurisdictioni Gubernatoris Urbis, hic idem Pont. declaravit die 24. Martii 1604. quam non pono, quia hoc tantum continet, quod in praxi notissimum est, ipsaque bulla penes Notarios civiles Gubernatoris registrata est.

S. D. N. Urban. VIII. declaravit, indulta diversis Urbis Tribunalibus, & Iudicibus concessa cognoscendi causas criminales privative quoad alios, non intelligi quoad Gubernatorem Urbis, sed cumulative cum eo, ut in cons. 93. Decret. infra tom. 4.

*Edita An. D. C. L E M E N S E P I S C O P V S,  
1586. SERVUS SERVORUM DEI. Ad perpetuam rei memoriam.*

*Incordium.*

**L**audabilis Apostolicæ Sedis relictio, quæ in suis actibus provida circumspectione dirigitur, fidelium quorumlibet, eorum præcipue, qui ad humani corporis infirmitates curandas pharmaca, & alia medicamenta opportuna operose diligentis studio parare, & impendere dignoscuntur, indemnitati libenter consulit, & dispensat, ac quæ propterea provide ordinata, ac etiam ab ipsa Sede eis concessa fuisse dicuntur, ut firmiora subsistant, & pius approbat & confirmat, aliasque desuper disponit, prout rerum & personarum qualitatibus debite pensatis, ad publicam utilitatem, & salutem conspiciunt in Domino salubriter expedire.

*Causa hujus  
concessioni.*

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Consulium, ac universitatis & Collegii Aromatariorum Urbis petitio continebat, quod licet ipsi, eorumque antecessores pro felici Artis Aromatariorum, & illam exercentium statu & administratione, diversa statuta, ordinationes & capitula ediderint, eaque deinde Apostolica auctoritate confirmata, & nonnulla alia privilegia & indulta ipsis Aromatariorum, & eorum Universitati ac Collegio hujusmodi, per diversos Romanos Pontifices prædecessores nostros sub certis modo & forma tunc expressis concessa fuerint. Nihilominus dicti Aromatariorum his etiam statutis, ordinationibus, capitulis, privilegiis, & indultis suffulti, aliqua in dies damna & incommoda, tam in consequendis eorum creditis, quam alias pro temporum ac personarum malitia & diversitate subeunt.

*Petitio uni-  
versitatis  
Aromatariorum.*

§. 2. Quare pro parte Consulium ac universitatis, & Collegii præfatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus statutis, capitulis, ordinationibus, privilegiis,

& indultis hujusmodi, pro illorum subsistentia firmiori, & ne ars ipsa, illamque exercentes, dum aliis profunt, & prodesse student, suaque pharmaca, & alia remedia corpori humano necessaria credunt, damnis & incommodis afficiantur, sed suo exercitio debite in publicam utilitatem adimplendo efficacius intendant, robur Apostolicæ confirmationis adjicere, ac aliis in præmissis per infra-scriptæ ordinationis remedium amplius providere de benignitate Apostolica dignemur.

*Confirmatio  
statutorum,  
& privile-  
giorum.*

§. 3. Nos igitur æquum esse censentes, ut qui promptè & fideliter sua ministeria obire conantur, congruam mercedem recipiant, ac à litium incommodis & dispendiis releventur, Consules & singulares personas Universitatis & Collegii hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, necnon statutorum, ordinationum, capitulorum, privilegiorum & indulgentiarum prædictorum ac literarum Apostolicarum, & aliarum scripturarum desuper confectarum, & inde secutorum quorumcumque tenores ac datas præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia & singula Universitatis, & Collegii hujusmodi statuta, ordinationes & capitula, licita tamen, & honesta, necnon quæcumque privilegia, concessiones, immunitates, gratias & indulta eidem Universitati, & Collegio, ac Artem hujusmodi exercentibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem, & Cameram Apostolicam usque in hunc diem quandocumque, & quomodocumque concessa, quatenus tamen in usu existant, omnesque & singulas desuper confectas scripturas, literas & cedulas, etiam Motu proprio vel alio modo signatas, cum omnibus, & singulis clausulis, etiam decretis in eis contentis, & appolitis auctoritate prædicta tenore earundem præsentium perpetuo approbamus & confirmamus, ac etiam innovamus, & de novo concedimus, illisque perpetuis, & inviolabilis firmitatis Apostolicæ robur adjicimus ac illa omnia per & ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, & eisdem stari volumus & mandamus, omnesque & singulos juris & facti, ac quovis alios etiam substantiales defectus, si in eis, vel aliquo eorum intervenerint, aut intervenisse dici prætendi possint, supplemus. Et nihilominus auctoritate & tenore prædictis statuimus & ordinamus, volumusque & decernimus, ac etiam Aromatariorum, eorumque Universitatis, & Collegii hujusmodi concedimus, & indulgemus.

*Aromatariorum  
in eorum  
salutem  
tam debite  
res conveni-  
ant.*

§. 4. Quod nulli prorsus Aromatariorum debitorum suos pro causis ad ipsam Aromatariorum spectantibus in alio Tribunali quam Consulatus ipsorum convenire ullo modo possint, alioquin qui ex eis hoc forum & iudicium declinaverint, toties pœnam sex scutorum, Ecclesiæ & Hospitali Sancti Laurentii in Miranda nuncupati de Urbe applicandorum, irremissibiliter incurrat.

*Nemo etiam  
privilegiis  
forum de li-  
nari possit.*

§. 5. Quodque omnes & singulæ personæ, etiam Ecclesiasticæ, ac quovis privilegio suffultæ, in & pro quibuscumque pharmacis, & rebus medicinalibus soli consulatui in prima instantia subjectæ sint & esse censentur, omnesque causas, in quibus de hisce rebus quoquo modo agitur, seu agi contingeret pro tempore, in solo ipsius Consulatus Tribunali in dicta prima instantia, juxta fel. recordat. Gregorii Papæ Decimertii prædecessoris nostri Motus proprii formam, ac tenorem cognosci, ac terminari debeant, exceptis tamen illis causis, in quibus in viam obligationis Cameræ Apostolicæ agatur.

*Facultas  
Consulium  
visitandi  
puniendi  
Drogherios  
& alios.*

§. 6. Et insuper liceat eidem Consulibus præsentibus & futuris, absque aliquo cujuscumque impedimento, Drogherios, & omnes alios, qui Speciarie, vel alias quascumque res medicinales ad prædictam Artem quomodolibet spectantes, & illam concernentes, pro quibus rebus eidem Consulatu pari modo subsint, exceptis tamen his, quæ cum Protomedici interventu visitati, & recognosci debent, sive in parva, sive in magna quantitate vendiderint, etiam si quamvis aliam Artem mixtam exercent, visitare & recognoscere, ac quidquid corrupti, aut vitiosi

CLEMENS OCTAVUS

vitati, adulterati in eisdem reperit fuerit, sive totum sive partem, necnon etiam ipsosmet Aromatariorum libros, in quibus fraudes aliquas commissas detectum erit, projici ac comburi facere, necnon dictas res vitiatas qualcumque ac corruptas vendentes, seu venales proponentes & preparantes, juxta delicti & negligentie qualitatem debitae poenae, non tamen corporis afflictivis afficere, quae etiam poenae Ecclesiae, & Hospitali praefatis eo ipso applicentur, & applicatae censentur.

§. 7. Ac quod Aromatariorum libris quos mercantili more vel secundum usum & consuetudinem dictae artis tenuerint, plena & indubia ubique fides, in iudicio & extra illud in omnibus juxta formam Motus proprii praememorae Iulii Papae Tertii, etiam praedecessoris nostri super hoc disponentis, usque ad quinquennium tantum, & non ultra adhibeatur.

§. 8. Ac illi omnes, qui in hujusmodi libris pro rebus inde habitis debitores scripti reperientur, intelligantur, & sint usque ad dictum tempus pro re scripta obligati, etiam si res ipsae non suo, sed aliorum quorumvis usus, de ipsorum tamen debitorum ordinatione intersuissent, seu intersuisse dicerentur.

§. 9. Talesque debitores praescriptionem aliquam contra hujusmodi Aromatariorum credita, si aliunde quam ex eorum libris probentur, tam quoad praeterita, quam quoad futura, nisi post lapsum sexdecim annorum juxta praedictae Urbis Statuta, allegare seu praetendere nequeant, non obstante quod forsitan alias quodvis aliud praescriptionis hujusmodi tempus, etiam magis breve, per Iulium, ac Gregorium praedictos, seu alios Romanos Pontifices similiter praedecessores nostros concessum, sive statutum reperitur.

§. 10. Praeterea quod dicti Aromatarii pro quibusvis pharmacis, & rebus medicinalibus, ac medelis per eos ad quasvis infirmitates subministratis, praefati omnino debeant omnibus & singulis aliis cujusvis defuncti vel decocti, aut alias quantumvis privilegiati non solventis creditoribus, etiam quantumvis potioribus, ac anterioribus, & qualvis obligationes etiam Camerales, ac publica instrumenta, etiam jurata, ac quavis hypotheca valata, etiam causa dotis, & qualvis alias clausulas seu cautelas in se continentis, habentibus usque ad summam quinquaginta scutorum tantum.

§. 11. Neque sub aliqua bonorum discussione comprehendantur, nullaque cessio bonorum, sive quinquennialis, aut alia dilatio, vel Capitulum Odoardus, seu aliud quodlibet remedium, a jure vel ex speciali gratia Principis introductum, seu concessum contra dictos Aromatarios, & in eorum praedictum super consuetudine suorum creditorum, occasione medelarum & aliarum rerum medicinalium debitorum usquam valeat, nec debitoribus ipsis in aliquo suffragetur.

§. 12. Et haeres defuncti solutionem rerum medicinalium hujusmodi, pro quibus ipse defunctus erat descriptus debitor, & etiam funeralium, etiam praetextu quod adiverit haereditatem cum beneficio legis & inventarii, retardare vel differre, aut impedire minimè possit, quin executio super bonis haereditariis interim fiat.

§. 13. Mulieres vero, viris decoctis vel mortuis, si haereditas solvendo non sit, teneantur solvere eas omnes res medicinales, quae pro ipsismet mulieribus servierunt, licet sub nomine, & debito viri in dictis libris notatae reperiantur, usque ad summam tamen vigintiquinque scutorum tantum, factis prius per eosdem Aromatarios debitis diligentibus, etiam judicialibus, contra dictorum virorum sic defunctorum aut decoctorum bona.

§. 14. Et eadem mulieres pro rebus medicinalibus illarum filii, familiaribus, reliquaque familiae de illarum ordine traditis, usque ad summam quindecim scutorum obligate se possint.

§. 15. Neminique licitum sit à sententia Consulum praedictorum appellare, ubi de summa minori quam decem scutorum, praevia debita taxa reductorum agerit, ac minus recursum habere, nisi prius facta aequali deposito penes pro tempore existentem ejusdem Collegii Notarium. In aliis vero causis dictam summam excedentibus, licet videlicet ad forum, seu Tribunal Capitolinum, vel ad Camera Apostolicam, aut ipsius Camerae Cler-

icorum Decanum pro tempore existentem, Praelatis vero & personis Ecclesiasticis ad Camera praedictam dumtaxat appellatio permittatur intelligatur. Semelque, & non ultra appellare vel recurrere liceat, & hoc casu pro tempore existens Juxta appellationum, seu Decanus Camerae hujusmodi, de eisdem causis summarie & de plano, ac sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta cognoscere debeant.

§. 16. Pro praemissorum autem faciliore executione, & observatione districtius inhibemus atque interdiciamus nunc & pro tempore existentibus Gubernatori, & Senatori, ac etiam Vicario dictae Urbis, necnon Auditori Camerae praedictae, eorumque Locum tenentibus, ac quibusvis aliis Judicibus & officialibus Ecclesiasticis, ac secularibus, quacumque auctoritate & facultate suffultis, ne aliquas hujusmodi causas reassumere, vel ad se avocare, aut aliquem praemissi de causa debitorum ad eos recurrentem audire vel admittere, nec sese in illis contra praesentium tenorem, etiam praetextu quarumcumque facultatum, & privilegiorum eis concessorum, etiam ex officio, & ad cujuscumque instantiam, vel alio quovis modo ingerere, seu immiscere, minusque ipsos Aromatarios, aut eorum Universitatem, aut Collegium hujusmodi in aliquo super praemissis molestare vel impedire, seu molestantibus aut impediendis favere audeant, vel praesumant.

§. 17. Decernentes praesentes nullo unquam tempore ex quocumque capite vel causa, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notati, impugnari, in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodvis juris vel facti, aut gratiae remedium impetrari posse, sed semper & omni tempore contra & adversus quascumque impugnationes, validas & efficaces existere, suosque effectus sortiri & obtinere. Ac ita in praemissis omnibus per supradictos, necnon alios quoscumque Superiores & Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, necnon eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quavis causa & instantia iudicari & definiti debere, necnon irritum & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignotanter contigerit attentari.

§. 18. Non obstantibus praemissis, necnon constitutionibus & ordinationibus Apostolicis sub quavis forma & expressione verborum conceptis, necnon praedictae Urbis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, necnon indultis, atque literis Apostolicis eidem Urbi, ac dilectis filiis Populo Romano, necnon Gubernatori, Senatori, & Vicario Urbis, atque Auditori Camerae Apostolicae hujusmodi, necnon aliis Iudicibus, Superioribus & personis, ac locis piis, illorum quoque administratoribus, sub quibuscumque tenoribus ac formis, necnon cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, atque aliis efficacioribus & insolitis clausulis, ac efficacissimis, irritantibus quoque, & aliis decretis in genere vel in specie, etiam Motu simili, necnon ex certa scientia, atque de Apostolica potestate plenitudine, etiam iteratis vicibus, necnon aliis quomodolibet, & quancumque concessis, confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, necnon expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, necnon forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressis harum serie derogamus, necnon derogatum esse volumus & decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, innovationis, concessionis, roboris, adjectionis, mandati

Fides libris Aromatariorum danda.

Debitores tenentur etiam pro rebus aliorum deferri.

Prescriptio 16. annorum tantum contra allegari possit.

Tu rita de claracionem in bulla 41. S.D.N. Pauli 15. 15. n. 6.

Prioritatis que & potioritatis privilegiorum, etiam contra privilegiatos, pro se. 50. tantum.

Aromatarii non veniunt in discussione.

Executio sub quovis praetextu retardari non possit.

Mulieres tenentur solvere res ipsis deferri in vita mariti.

Mulieres possunt obligari pro se & familia pro se.

Quando appellari possit sententia Consulum, & deposito penes Notarium, & si appellandum.

Tras de Gubernatori notari in rub.

Nullus in dex possit reassumere causas Aromatariorum.

Clausulae praeservationis addit.

Sanctae Pauli.

CLEMENS OCTAVUS.

Suppletionis, statuti, ordinationis, concessionis, indulti, inhibitionis, interdicti, singulorum decretorum derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, tertio Kal. Ianuarii, Pontificatus nostri Anno quinto.

XLVIII. Quando S.R.E. Cardinales Diaconi, ad Ordinem Presbyteratus transeunt, locum obtineant ante illos Cardinales Presbyteros, qui post eos ad Cardinalatum assumpti fuerunt.

Alia de Cardinalibus tam Diaconis, quam Presbyteris, eorumque munere & electione, plenè notavi supra in Sixti V. const. 30. Postquam, lib. 2.

Sanctissimus D.N.D. Clemens Papa VIII. decrevit, ut qui in presenti Cardinales Diaconi existunt, si in ordine Diaconatus per integrum decennium à die eorum promotionis ad Cardinalatum perseverant, transeunt ad ordinem Presbyteratus, locum obtinere valeant ante omnes illos Cardinales Presbyteros, qui post illos ad Cardinalatum assumpti fuerint, dummodo decem saltem Cardinales Diaconi in eodem ordine remaneant.

In posterum verò Cardinales Diaconi promovendi eodem privilegio potiantur, uno hoc excepto, quod ipsi decennii tempus, non à die quo ad Cardinalatum electi fuerint, sed à die quo ad ordinem Presbyteratus promoveri poterint, currere incipiat.

Actum Romae apud Sanctum Martum, die Lunae decima octava Augusti, millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, in Consistorio secreto.

XLIX. Confirmatio, & extensio constitutionum editarum contra extrahentes de statu Ecclesiastico animalia, fruges & frumenta, etiam ex bonis Ecclesiasticis collecta. Et contra mercantes, vel retinentes in d. Statu sal exterum; Baronesque ab eorum subditis ementes frumentum ultra suum usum necessarium unius anni.

Haec constitutiones hic enunciatae, in apostillis sunt indicatae, ibi videas. Ista autem bulla approbata est, & ampliat a Paulo V. in const. 12. Inter, ubi etiam notabo.

Quod autem extrahentes Annonae species extra Statum Ecclesiasticum, in Excommunicationem, & Censuras certis casibus non incurant, declaravit Greg. XV. in const. 30. Romani, tom. 4.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Frumenti penuriam, non tam Dei iudicio, à quo iuste pro peccatis nostris affligimur, quam hominum avaritia, ac detestabili frumentario quaestu, in locis maxime ditioni nostrae temporali subiectis invalescentem, ejusque pretium hoc praecipue anno falsis rumoribus, ac diversis artibus nimis adauctum conspicientes, in hoc unum praecipue incumbendum duximus, ut subditi nostri, ac pauperes hujus Almae Urbis nostrae, quos paterna charitate complectimur, quantum in nobis erit, ab ista Annonae charitate releventur.

Intelligentes itaque non sine animi nostri maxima perturbatione, quod quamplures, tam ex ipsismet subditis, quam alii, propriae salutis penitus immemores, non obstantibus tot constitutionibus per praedecessores nostros, & praesertim fel. record. Gregorium XIII. super prohibitionem extrahendi Frumenta, & alia Blada extra Statum Ecclesiasticum editis, ac poenis in eis contentis, in dies maximam frumenti quantitatem extra dictum Statum nobis immediate subiectum, & ad loca, in quibus pretium adauctum esse audiunt, vel per seipso compoant, vel his qui illud exportaturi sunt, scienter vendunt, & non solum propria ipsorum Frumenta, Bladaque quae ex praediis suis, propriaque industria, & arte colligunt, verum etiam quae ab aliis, & praesertim pauperibus ru-

Multis extrahunt Frumenta, & Blada de Statu Ecclesiastico, contra Gregorium XIII. const. 10. Volentes, sup.

ficis, operariis & Agriculis, ac etiam subditis Baronibus, vili pretio ex negotiatione comparantur, & con-

§. 2. Alii verò Frumenta praedicta, etiam non extrahunt, ita in horreis & foveis recondunt, ac conclusa suppri-

§. 3. Alii autem sumpta occasione, quod aliquibus ab-

§. 4. Ut his igitur malis radicibus evellendis nova remedia adhibeantur, & quos charitatis vinculo potius quam poenarum severitate in officio hucusque continere frustra studuimus, indignationis nostrae, ac legum & Magistratum severitas, justitiaeque gladius, ac debitas luendi poenas timor exterrat, ac penitus ab his cohibeat, hac praesenti perpetuo valitura constitutione, omnes & singulas constitutiones à Gregorio Decimotertio, Pio Quarto, Pio Quinto, Clemente Septimo, & quibusvis aliis Rom. Pont. Praedecessoribus nostris suo cujusque tempore super mantentione Annonae, contra extrahentes Frumenta, Blada, Legumina, & omnia alia cujusvis generis comestiva, ac mercantes sal exterum, & alios supra nominatos, & infra dicen. editis, poenasque etiam privationis Feudorum, ac confiscationis aliorum quorumcumque bonorum, quoad Domicellos & Barones, & amissionis Frumenti, Bladorum, Salis & animalium, ac scutorum quinque pro qualibet salma dicti Frumenti, ac duorum pro quolibet capite animalium, quoad omnes cum omnibus aliis & singulis in eis contentis, quoad ea quae praesentibus non advertentur, & excepta excommunicationis sententia, quae cum ad maelam & salutem inventa sit, ne animalium perniciem & interitum afferat, tam ex supra expressis casibus, quam in emendo Frumenta, & alia ultra usum consulto tollen. & submoventur, ex certa scientia nostra approbantes & innovantes, illarumque omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro expressis & insertis haberi volentes.

§. 5. Universis & singulis tenore praesentium interdictum, ne sub indignationis nostrae, & sub jamdictis poenis, nempe quoad Barones, Domicellos, Feudatarios, & subditos nostros, quacumque etiam Ducali dignitate fulgentes, privationis Feudorum, ac confiscationis aliorum bonorum & rerum quarumcumque; quo verò ad alias privatas personas cujuscumque status, gradus, ordinis & conditionis, ultra amissionis Frumentorum, Bladorum, Leguminum, & animalium illa quomodolibet deferentium, necnon quinque scutorum pro qualibet salma, & duorum scutorum pro quolibet capite animalis, treremium pro prima vice ad decennium, ac deinde sub capitis, sive extremi supplicii, & confiscationis omnium bonorum, ipso facto & absque alia declaratione incurren. poenis, Triticum, hordeum, Legumina etiam, ac omnis generis Frumenta, fruges, & animalia, etiam ex bonis Ecclesiasticis collecta, à Terris & locis dicti Status nostri Ecclesiastici, absque expressa nostra, & à nobis obta in scriptis manu nostra, seu successorum nostrorum solam signata licentia, extrahere seu extrahi facere, vel extrahentibus vendere, neve dictum sal exterum undecumque intra Ecclesiasticae nostrae ditionis temporalis fines comportare, aut vendere, vel quoquo modo mercari, retinere, vel eo uti audeant, vel praesumant.

§. 6. Baronibus autem, Ducibus aut Domicellis praedictis, ne ab eorum subditis, per seipso vel per interpositam personam, Frumenta & Blada, vel Legumina, praerquam

Alii frumenta recondunt, extra bullam Greg. XIII. lib. 2. c. 10.

Alii sal exterum poenarum poenarum contra bullam Gregorii XIII. lib. 2.

Hic itaque Pontif. bullae Greg. XIII. Pii IV. & Pii V. & aliorum de super editis approbat cum poenis ibidem appositis, excommunicationis excepta.

Adverte S.D.N. Paul. V. innovasse excommunicationem quoad extrahentes in sua bulla cit. in rubr.

Alias poenas insig.

Baronibus prohibet Frumenta, Blada & Legumina ultra usum Anni à vassillis emere, etiam sub poenarum casibus.



CLEMENS OCTAVUS

perquam proprio, suarumque familiarum unius demtaxat...

Commissio de Beneficiis...

Classulas derogatorias...

7. Mandantes dilectis filiis nostro & S.R.E. Camera...

18. Non obstantibus in contrarium facientibus quibus...

L. Institutio trium Novitiatuum vel Seminariorum in tribu Monasteriis...

In Regnis autem Hispaniarum, vide locorum institutionem...

Idem An.D. CLEMENS PAPA VIII. 1597.

Institutio trium Novitiatuum pro Novitiis Ordinis S. Basilii...

Cum ad sublevandum Ordinem S. Basilii tria ejusdem...

§. 1. Nos quibus summo pectore est modis omnibus Deo...

Bullarii Magni Tom. III.

Novitiatuum convertendi, licentiam & auctoritatem...

§. 2. Quoniam vero extant quaedam beneficia simplicia...

§. 3. Et eorum quae hactenus unita, applicata, seu incorporata...

§. 4. Ita quod Procuratori dicti Novitiatuum liceat propria...

§. 5. Decernentes unionem, annexionem & incorporationem...

§. 6. Non obstantibus nostra de unionibus committendis...

§. 7. Volumus autem quod praesentium transumptis manu...

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub Anno Piscatoris...

Confirmatio, & innovatio gratiarum & privilegiorum omnium...

Applicatio...

Approbatio...

Class. 1883

Classulas...

Exemplum...

Dat. P. An. S. die 10. Octobris...

L. I.

F. 2. E. 4718

Ejusmodi confirmationes plerumque predecessores, & signaverunt Clemens VII. Paulus IV. Gregorius XIII. & Sixtus V. ediderunt: sed illis consilio pretermisso, hanc potius pleniorum Regulam veram, & alia de Ordine S. Francisci, vide sup. apud cons. j. Honoris III. Selet, ubi plene notavi, lib. 1.

Edita An. D. CLEMENS PAPA VIII. 1595. Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinis Fratrum Minorum de Observantia commendatio.

Ratio Pastoralis officii nostri exigit, atque efflagitat ut quorum Religionem, ac virtutem Sedi Apostolice Ecclesie non modò illustrem, & præclaram, sed utilem etiam, ac necessariam esse animadvertimus, eosdem nostris, & ejusdem Sedis Apost. honoribus, ac beneficiis libenter prosequamur. Cum verò ex bonis, & commodis spiritualibus Ord. Mendicantium ea longè, lateque pateant, semperque patuerint, quæ à sacro Ordine Fratrum Minorum de Observantia, ab ipsis fundatæ Religionis initiis, in omnes Christianæ Reipub. Provincias profuixerunt, quotidie profluunt, & promanant, faciendum nobis esse statuimus, ut in eodem Ordine nostris & Sedis Apost. gratiis, ac muneribus honestando, nihil Romanorum Pont. predecessorum nostrorum benignitati ac studio concedamus.

Plurimarum gratiarum, & indulgentiarum à multis Rom. Pont. concessio.

§. 1. Cum igitur pro parte dilecti filii Io. Bapr. Moles Commissarii Generalis in Romana Curia Ultramontanæ Familiz prædicti Ord. de Observ. nobis expositum fuerit, ex ipsius Sedis benigna dignatione provenire, ut Romanus Pont. quandoque predecessorum suorum Roman. Pont. gesta innovet, ac Apostolica auctoritate innovata, & restaurata muniat & fulciat, & in pristinum statum reponat ac reducat, necnò propterea nonnulli Romani Pont. predecessores nostri quasdam gratias, concessiones, indulgentias & peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogativas, favores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia privilegia, & indulta tam prædictis Fratrum Min. quam S. Claræ, ac Tertio de pœnit. nuncupato Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus & Sororibus, ac utriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis & Locis quibuscumque dictorum Ordinum nunc & pro tempore existèntibus, in genere vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensionis privilegiorum aliis Ordinibus, eorumque Domibus & Ecclesiis, & utriusque sexus personis Ordinum mendicantiùm & non Mendicantium existèntibus concessorùm, concesserunt, aut jam concessa confirmarunt & approbarunt, prout in singulis concessionibus, declarationibus, & literis eorundem predecessorum expeditis plenius dicitur contineri.

Generalis commissarii pro eorum confirmatio petitis.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, illa quæ sæpiùs Apostolica auctoritate prædicta munita existunt, majorem obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Io. Baptistæ Moles nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, conservatoriis, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis & indultis pro illorum observantia nostræ approbationis robor adjicere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Huius Pontificis approbatio in his qua Conc. Tridentino ad versantur, vel decretis Fratrum Reformatorum.

§. 3. Nos igitur, qui omnium votis, præsertimque illorum qui sub suavi Religionis jugo divinis laudibus, & Christianæ Religionis augmento incumbentium personarum tranquillitati & comoditati consulunt, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati quæcumque præmissa, ac omnia & singula alia privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantiùm & non Mendicantiùm, ejusdem Fratrum Minorum Regularis observantiz, & S. Claræ, & de Pœnitent. Tertio Ordinibus, etiam in Congregatione sub trium votorum substantialem professione, & eorundem Superiorum Ordinis Minorum Regularis observantiz huiusmodi obedientia de-

gentibus, ipsorumque Superiorum Fratrum, Monialibus, Sororibus, ac utriusque sexus etiam singularibus personis, necnon Monasteriis, Domibus, Ecclesiis & Locis quibuscumque in genere & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viva vocis oraculo, ut præfertur, aut aliàs per eosdem Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos & Sedem prædictam sub quacumque forma & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus & singulis in eis foras contentis clausulis, decretis & declarationibus quibuscumque, ac singulas desuper etiam pluribus vicibus factas literas, & in eis contenta & inde sequuta quæcumque, illorum omnium tenores & formas, datas, esse, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum referrentur, & in his essent inserta, præsentibus pro sufficienter expressis habentes dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia (in his omnibus, in quibus decretis Concilii Tridentini non adverteatur, salvis etiam decretis à nobis in favorem Fratrum Reformatorum concessis) approbamus & confirmamus ac innovamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter observari, necnon Ordinibus Fratrum Minorum Regularis Observantiz, & Sanctæ Claræ, & Tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in Congregat. sub obedientia Fratrum Minorum de Observantia huiusmodi degen. Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, Sororibus, Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis & locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque frui, uti & gaudere quando & quoties opus fuerit, posse & debere, in iudicio & extra, ac etiam in foro conscientiz, in omnibus & per omnia, ac si specialiter & expressè eisdem Fratrum Minorum, & S. Claræ, & Tertio de Pœnitentia Ordinibus per nos concessa fuissent, decernimus. Supplentes omnes & singulos juris, facti, ac solemnitatum etiam de juris necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum, forsan omisarum, & alios quoscumque defectus, si qui foras intervenerint in eisdem.

Executorem huius cons. deputatio.

§. 4. Quocirca venerabilibus Fratribus Mantuz, & Toy Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiz Cameræ Apostolicæ generali Auditori per eandem præsentibus committimus & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacificè frui & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quovis prætextu & causa, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, quinimò quicquid in contrarium attentari vel fieri contingeret, omnia semper in pristinum reponi, contradictores quoscumque & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris & facti remedia, appellatione quacumque postposita, compefcendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Sicque per quoscumque Iudices & Commissarios, ac S. R. E. Cardinales, necnon sacri Palatii Apostolici causarum Auditores, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & definiti debere.

Clausula derogatoria.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam predecessoris nostri de una, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis præsentium vigore ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, ac Provincialibus & Capitularibus statutis & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis, etiam in forma brevis per quoscumque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, ac scientia & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis irritantibus, annullativis, cassativis, etiam privilegiorum eorum revocativis, restrictivis, reservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolentibus clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis

CLEMENS OCTAVUS.

firmatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque sociis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, & quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo & forma derogari posset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, Motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus. Aut si aliquibus communitè vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, certisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 6. Verùm quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus fortè opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu alicujus ex Secretariis cujusvis prædictorum Prælatorum Generalium, ac Romanæ Curie Commissarii, & suorum successorum, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii alterius eorumdem, aut alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curie Ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

ut. P. A. G. 10. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima Decembris 1595. Pontificatus nostri anno sexto.

LII.

Acceptatio devolutionis Ducatus Ferrariæ mox recuperati, ejusque & reddituum incorporatio Rev. Cameræ Apost. ac subjeçtio Bullæ Pii V. de Terris S. R. E. non infeudandis.

edita A. D. 1598.

Hæc Pii V. constitutio est num. 35. supr. lib. 2. ubi de sua materia plene dixi.

edita A. D. 1598.

Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Clemens divina providentia Papa Octavus.

Ferraria Ducatus ad Cam. Apost. devolutus est per litteras Alphonfi Ducis, & quædam alia declaratio.

§. 1. Quoniam per obitum Alphonfi Etkensis Ferrariæ Ducis, Ducatus & itatus Ferrariæ, cum omnibus Civitatibus, Terris, Castris, Fortalitiis, Portubus, locis, membris, jurisdictionibus, juribus, ac aliis annexis & connexis, de quibus à Sede Apostolica, & suis prædecessoribus Romanæ Pontificibus idem Alphonfus, sive ejus antecessores investiti fuerunt, seu alias quomodolibet illos & illa à Sede præfata tenuerunt, & habuerunt, ad eandem Sedem & Cameram suam Apostolicam, tum ex forma investiturarum, seu aliarum concessionum de eis factarum, tum vigore constitutionis felic. record. Pii Papæ Quinti prædecessoris, editæ sub dat. 4. Kalend. April. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Pontificatus sui Anno secundo, reversi, & reversa, devoluti & devoluta existunt, & utile eorum dominium cum directo consolidatum est, etiam absque aliqua alia ulteriori acceptatione, declaratione, ac possessionis apprehensione, & aliis juxta præfaram constitutionem Pii V. ad quam in omnibus & per omnia, & in omnibus ejus partibus relationem haberi voluit.

Nic tamen int. d. devolutionem acceptavit.

§. 2. Nihilominus pro potiori cautela, & jura juribus addendo, constitutioni in hærendo, de venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio pariter & assensu, Statum & Ducatum prædictum cum omnibus Civitatibus, Terris, Castris, Fortalitiis, Portubus, locis, membris, & aliis annexis & connexis, per obitum præfati Ducis Alphonfi, seu alias ad eandem Sedem devolutum, & devoluta, & utile illorum dominium cum directo consolidatum esse declaravit, & hujusmodi reversionem devolutionis, & utilis cum directo dominio consolidationem accepit, ipsumque Ducatum & Statum Ferrariæ cum omnibus supradictis Sedi Apost. & Cameræ reversum, unitum, & incorporatum esse, ac censeri decrevit & declaravit omni meliori modo.

et d. Decembris 10. Ca.

§. 3. Et quatenus opus sit, eundem Ducatum & Statum de novo eidem Sedi & Cameræ univit & incorporavit, & dispositioni constitutionis præfate Pii V. subjacuisse, & subjacere similiter decrevit & declaravit, Deoque Omnipotenti, Beatæ Virgini, ac SS. Apostolis Petro & Paulo perpetuè tribuit & dedicavit.

Die 19. Januarii 1598. apud S. Petrum in Consistorio secreto, Romæ.

Sequitur alia itidem declaratio, & applicatio.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens divina providentia Papa Octavus.

§. 4. Dixit Ducatum & Statum Ferrariæ jam fuisse recuperatum, idque sola Dei Omnipotentis misericordia factum esse, & propterea illi ingentes esse gratias agendas, præsertim cum id absque ulla sanguinis effusione contigerit.

§. 5. Et iteratè ut magis enixam, & exploratam ejus voluntatem ostendat, jura juribus addendo, Ducatum & Statum præfatum, omnesque illorum redditus eidem Sedi & Cameræ Apostolicæ univit & incorporavit, & dispositioni constitutionis Pii V. editæ sub dat. 4. Kalend. Aprilis, Pontificatus sui Anno secundo, subjacuisse, & subjacere similiter decrevit, Deoque Omnipotenti, Beatæque Mariæ Virgini, & SS. Apostolis Petro & Paulo, quorum ope id factum fuit, perpetuè addixit & consecravit.

Romæ apud Sanctum Petrum, die undecima Februarii millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

Jurisdicçio & facultates S. R. E. Cardinalis de latere Legati in Alma Urbe dimissi, ob discessum Summi Pontificis versus Civitatem Ferrariæ, & alia loca Status Ecclesiastici.

Hujusmodi legationum bullas tres tantummodo de quampulurimis in hoc opere ponendas duxi, ut supra lib. 1. tibi significavi in Pauli III. constit. 16. Licet.

CLEMENS PAPA VIII. Venerabilis Frater, salutem & Apostolicam benedictionem.

Licet potestatis plenitudo desuper nobis commissa sit, & universi gregis Domini, divina disponente clementia, curam habeamus, finem tamen humanæ possibilitatis excedere non valentes, considerantesque quod circa singula per nosmetipsos Apostolicæ servitutis debitum absolvere non possumus, nonnunquam aliquos, & præcipuè S. R. E. Cardinales in sollicitudinis nostræ partem allumimus, ut ipsi vices nostras suppleantibus, ministerium nobis desuper commissum, favente pietate superna, facilius & salubrius exequamur. Et quamvis ad cunctorum Christi fidelium Provincias, Civitates, & loca paternum studium & diligentiam adhibeamus, ad Almam Urbem tamen nostram aciem nostræ considerationis paternis affectibus dirigentes, illam, Civis, incolas, & habitatores ejusdem, tanquam peculiare filios, & devotos diligentiori cura intuemur, & super eorum felici regimine, pacifico & tranquillo, ut præserventur à noxiis, & optatis perficiantur incrementis, specialiter providere desideramus.

§. 1. Cum itaque ex gravissimis & urgentibus causis animum nostrum moventibus, ad Civitatem & Ducatum nostrum Ferrariæ, ac alias Provincias, Civitates, & loca temporalis ditionis Ecclesiasticæ, dimissis in eadem Urbe Palatii nostri, & Curie Cameræ Apostolicæ causarum audientis, necnon Gubernatore, seu Vicecamerario, ac Vicario, seu ejus Locumtenente, & Senatore, & Dataria, & Cancellaria nostra, cum plumbo, Capella, & ejusdem Cancellariæ, & aliis Curie Romanæ officialibus, nos conferre intendamus. Nos interim bono & felici Urbis, & Romanæ Curie prædictarum regimini providere volentes, & ad te potissimum, quem etiam in magnis, & arduis Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ negotiis versatum, eximia probitate & fidelitate, rerumque gerendarum experientia, & præcipua prudentia, ac integritate comprobatum habemus, mentem nostram convertentes, ac sperantes, quod ea quæ tibi duxerimus committenda, gratia tibi assistente divina, circumspicè, prudenter, justè, & fideliter exequeris, Te in Urbe prædicta, ejusque territorio, & districtu, ac Civitatibus, Terris, & locis illis adjacentibus,

edita A. D. 1598.

edita A. D. 1598.

Idem Pontifex Deo agi gratias de reconvalescentia Ducatus.

Iteratè illum Cam. Apost. incorporat. & sub fructibus, & B. Mariæ, & Pauli consecrat.

edita A. D. die 11. Febr.

LIII.

edita A. D. 1598.

Præmissum.

Nic Pontifex prof. Curis Ferrariæ, & alia loca sui Status, Legatum Romanæ reliquit unicam A. Vales S. R. E. Cardinale ob potestatem.

CLEMENS OCTAVUS.

68

nostrum & dictae Sedis Legatum de latere, necnon omnium Tribunalium, & Officialium, ac Ministrorum etiam justitiae, tam in spiritualibus, quam temporalibus generalium & specialem Superintendentem sive Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, auctoritate Apostolice tenore praesentium, usque ad beneplacitum, vel ad eandem Urbem reditum nostrum dumtaxat, creamus, constituimus, & etiam deputamus.

*Almam Urbem, & in ea degentes, & in ea gubernandi, &c.*

§. 2. Dantes tibi harum serie pariter, & concedentes plenam, liberam, & omnimodam potestatem, & facultatem, ac auctoritatem Urbem, Civitates, & loca praedicta cum eorum territoriis, districtibus, & pertinentiis, necnon personas, ciues, habitatores, etiam curiales, & ipsam Romanam Curiam sequentes, seu ad eandem undecumque venientes, dum in ea fuerint, seu in ea degentes, & incolas ejusdem, cujuscumque status, gradus, ordinis, praeminentiae, dignitatis, etiam Pontificalis fuerint, ac ejusdem Romanae Curiae officiales existant, et si se exemptos a quocumque Legationis officio praetenderent, nostro & dictae Romanae Ecclesiae nomine gubernandi, regendi & administrandi, ac prout caelestis gratiae infusio, & tua prudentia persuadebunt, reformandi & corrigendi, occupata recuperandi, necnon illa & alia desolata in pristinum & debitum statum reducendi.

*Causas civiles & criminales, & in eas appellations, & recursus cognoscendi.*

§. 3. Causas civiles & criminales, Ecclesiasticas & spirituales, etiam beneficiales, ac matrimoniales, & etiam prophanas, ad forum Ecclesiasticum & saeculare quocumque jure spectantes, ac mixtas, intra terminos tuae Legationis, & Vicariatus hujusmodi, per viam appellationum quarumcumque, vel recursus, una cum negotio principali, conjunctim vel divisim, vel aliis prout tibi visum fuerit, ac cum omnibus & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, per te vel alium, seu alios audiendi, cognoscendi, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, ut praefertur, & cum reiteratione terminorum ex stylo Curiae, seu natura observari consuetorum, ac etiam cum illorum omissione, illasque decidendi & terminandi.

*Sententias quascumque exequandi.*

§. 4. Et quascumque sententias, per te, seu etiam alios Judices quoscumque latas, tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam si in rem transiverint judicatum, executioni debitae, cum decreto literarum executorialium, seu mandati executivi, & cum invocatione brachii saecularis demandandi, & dictarum causarum cognitionem, terminationem, & executionem in casibus recursus, prout expedire judicaveris, suspendendi.

*Curiales & officiales coarctandi.*

§. 5. Ac etiam in ipsa Urbe, quoadiu ab ea absentes fuerimus, in quoscumque Curiales, & ipsam Curiam sequentes, & Officiales quoscumque ipsius Curiae nostrae, ac quoscumque Urbis Tribunalia, & ipsorum officiorum & Tribunalium praesidentes, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis fuerint, omnimoda jurisdictionem, & generalem, ac specialem superintendentiam exercendi.

*Discordias componendi.*

§. 6. Necnon etiam inter Comites, Barones & Milites, Dominos temporales & nobiles, & personas alias saeculares & Ecclesiasticas, necnon Communitates, & Universitates, ac Populos & omnes alios saeculares discordes, & differentes, Urbis, Terrarum, locorum & districtus praedictorum pacem & concordiam faciendi, & inter eos pro hujusmodi pace & concordia inducias indicendi, ipsosque ad eas, & ipsarum observantiam quibuscumque poenis, districtibus, sententiis & censuris, prout tibi videbitur compellendi, concordis in unitatis & charitatis vinculo conservandi & confirmandi.

*Rebelles, & delinquentes, & delinquentes puniendi.*

§. 7. Rebelles & delinquentes, ac ejusdem Romanae Ecclesiae hostes censuris & poenis, tam Ecclesiasticis quam aliis etiam pecuniariis, & corporis afflictivis coercendi & corrigendi, ac ad nostram & dictae Romanae Ecclesiae unitatem reducendi. Ac praeterea pro bannitorum & perditorum hominum profligatione & extirpatione, Tibi non solum in Urbe & districtu praedictis, sed etiam in Provinciis nostris adjacentibus Patrimonii, Campaniae, & Maritimae, ac illarum Civitatibus, Terris, & locis quibuscumque nostras vires & voces, ac omnimodam facultatem, potestatem, auctoritatem, & arbitrium contra quoscumque bannitos, facinorosos, eorumque receptatores, fautores, complices, & sequaces, necnon contra Communitates, Universitates, ac Civitates, Terras & Castra intra terminos

tuae Legationis & Vicariatus hujusmodi, & alios cujuscumque praeminentiae, vel dignitatis existant Barones, Feudatarios, Duces, & quavis auctoritate surgentes, etiam extrajudicialiter, ac manu regia, & secundum voluntatem, beneplacitum, dispositionem, ac arbitrium tuum, appellatione, recursu, & reclamacione quibuscumque remotis & rejectis, procedendi ad capturam, torturam, etiam nulla indiciorum decreta copia, aut aliquo praefixo termino ad defensiones faciendas, illosque omnes & singulos puniendi, tam in rebus & bonis, quam in personis, etiam usque ad poenam ultimi supplicii inclusive. Ac sententias quascumque corporales & ultimi supplicii, etiam in contumaciam, legitimis iudiciis non praecedentibus, a quibusvis iudicibus latas statim exequendi. Domos, vineas, possessiones, arces, fortalitia, moenia, & alia quavis bona rebellium & delinquentium devastandi, demolendi, ac publicandi. Conjunctos, affines, & consanguineos delinquentium, & aliorum praedictorum ad illorum redemptionem cogendi. Praecipendi Communitatibus, Domicellis, Baronibus, & particularibus personis, ut homines, animalia, & alia necessaria pro bannitorum profligatione, & aliis necessitatibus sine aliqua mercede accommodent. Ac praeterea quoscumque alios delinquentes poenis pecuniariis, exilii, & relegationis, ac etiam ultimi supplicii puniendi, ac puniri mandandi & faciendi. Atque sub eisdem poenis, ac privationibus praecipendi Capitaneis, Ducibus, Officialibus, & omnibus Militibus, tam Legionariis, quam etiam stipendiariis, ad omnem requisitionem tuam, seu a te deputatorum, sine aliqua mercede ad arma capien, & ad loca ipsis imperata accedendum, pugnandum, loca invadendum, remittentes occidendum, qui sine licentia recedere non possint. Et in eventum quod dicti sicarii, banniti, & delinquentes, vel alii inobedientes in aliqua civitate, castro, seu fortalitio, & alio quovis loco mediate vel immediate Sedi Apostolicae subiecto reperiantur, si Communitas, Universitas, Barones & alii ad quos spectabit, eosdem sicarios & inobedientes, & alios quoscumque, etiam non culpabiles, ad omnem requisitionem, seu tuorum Officialium, vindictos in tuis, vel eorumdem Officialium manibus tradere recusaverint, seu restiterint, tormentis bellicis moenia Civitatis, Oppidi, & Fortalitii hujusmodi quatien, expugnandi, & usque ad demolitionem violenter ingrediendi, etiam si homicidia, & mortes non culpabilium accidentaliter inde secuta sint, sine ullo tam spiritualium, quam temporalium poenarum incurso. Necnon Tibi, tuisque Ministris, Officialibus, & Militibus, in omnes armatos & conventuales, nisi statim se in dictorum Ministrorum manibus dedant, impetum faciendi, & contra resistentes praedictos, seu fugientes archibusia exonerandi, nec propterea de morte secuta teneatur. Novas quoque tales & nominationes pro bannitorum & facinorosorum extirpatione, expensis Camerae Apostolicae ad tuum libitum imponendi. Quoscumque etiam Principes, Duces, Barones, Civitates, Castra, Communitates & Universitates, ausu temerario conatibus tuis quocumque modo se opponentes, anathematis gladio feriendi, illos invadendi, exercitum cogendi, ac contra eos ut publicos hostes pugnandi, Ducatibus, Principatibus, Baronis, & feudis, privilegiis, ac bonis illos perpetuo privandi, spoliandi, eorumque Civitates, Castra, loca, & feuda quocumque Camerae nostrae Apostolicae perpetuo uniendo, applicandi, & incorporandi ipso facto, absque alia iudicis declaratione. Necnon cum quibusvis Principibus vicinis & longinquis super remissionibus bannitorum & aliorum delinquentium hinc inde conventiones faciendi, quae postquam factae fuerint, a nobis & Sede Apostolica approbata censentur, prout ex nunc approbamus. Atque a Communitatibus & Universitatibus quarumcumque civitatum & locorum frumentum, vinum, stramina, & alia victui necessaria arbitrio tuo subministrari faciendi. Atque omnia & quocumque delicta contra quoscumque personas, tam Ecclesiasticas, quam saeculares commissa, etiam in crimine laesae Majestatis, exceptis tamen contentis, juxta dispositionem juris communis in primo capite, secuta vel non secuta condemnatione notoria vel occulta, etiam eorum quibus tale & nominationes impostae fuerunt, etiam elapso anno remittendi. Non obstant. felic. rec. Pii Papae Quinti.

Et aliis constitutionibus Summorum Pontificum predecessorum nostrorum de bannis loquentibus, quibus ad libitum derogare possis, ipsosque delinquentes ad suum statum, & honorem restituendi, in omnibus casibus gratiandi & componendi, etiamsi sint rebelles & diffidasi y imposto tamen illis donec pacem habuerint, arbitrio tuo, exilio à loco commissi delicti. Ac saluos conductus ad libitum prædictis concedendi, atque omnia alia in præmissis omnibus & singulis, ac circa ea necessaria & opportuna, ac tibi benefisa, etiam speciali nota digna, quæ Nos ipsi facere possemus, faciendis mandandi, & exequendi, Apostolica auctoritate, tenore præsentium damus, tradimus, atque concedimus. Volumus autem & Apostolica auctoritate decernimus, quod præmissorum occasione, irregularitatis labem sive notam minime incurras, nec incurere censearis.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quorumcumque Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum constitutionibus & ordinationibus, ac quarumcumque Civitatum, Ferrarum, locorum, Communitatum, & Universitatum statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis quibuscumque personis, etiam Pontificali, Ducali, & quavis alia dignitate præditis ac fulgentibus quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentibus, ad effectum præsentium, specialiter & expressè, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 9. Ceterum, ut erga personas nostræ & Apostolicæ Sedis devotas te gratiosum ac liberalem valeas exhibere, tibi ut quæcumque beneficia Ecclesiastica simplicia duntaxat, ac personalem residentiam non requirentia, quorum fructus, redditus, & proventus secundum communem æstimationem verum annum valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedant, in Alma Urbe nostra, & in illius districtu, durante tua legatione hujusmodi vacatura (illis quæ ad collationem alienius ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, respectu Episcopatum, titularum, seu Diaconiarum, aut etiam indultorum, vel alias quocumque modo pertinent, duntaxat exceptis) quorum collatio & provisio dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs ex quacumque causa, etiam de necessitate exprimenda, præterquam ratione familiaritatis nostræ, aut Cardinalium viventium, generaliter reservata, seu ex quavis generali reservatione affecta fuerint, quibusvis personis idoneis, quibus tibi videbitur, etiam quocumque, quocumque, & qualiacumque, invicem tamen compatiblem beneficia Ecclesiastica obtinentibus & expectantibus, auctoritate Apostolica conferre, & de illis providere pariter liberè & licitè possis & valeas, facultatem & auctoritatem similiter concedimus & indulgemus. Decernentes collationes, provisiones, & alias dispositiones per te de hujusmodi beneficiis faciendas perinde validas, firmas, & efficaces fore & esse, ac si à nobis ipsis factæ forent.

§. 10. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac nostræ Cancellariæ Apostolicæ regulis, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Basilicarum & Ecclesiarum quarumcumque, in quibus beneficia hujusmodi forsau fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel

quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Matcum, sub annulo Piscatoris, die 3. Aprilis, millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Pont. nostri anno septimo.

Dat. P. 27 die 3. Apr.

Declaratio quod Officiales & Curiales, tam sequentes Sanctitatem suam in ejs ab Urbe discessu, quam in ea remanentes, sint verè Curiales, eorumque gaudeant prærogativis, & beneficiis eorundem Sedi Apostolicæ remaneant affecta.

LIV.

CLEMENS PAPA VIII.

Edita A. D. 1598.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ob nonnullas graves & urgentes causas ad Civitatem & Ducatum nostrum Ferratien. cum plerisque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & nonnullis nostris, & Romanæ Curie Officialibus propediem, annuente Domino nos conferre, ac ibidem, & in aliis forsitan temporalis ditionis Ecclesiasticæ locis per aliquot menses commorari statuerimus. Cumque in Alina Urbe nostra causarum, & literarum Audientiam, necnon etiam Cancellariam nostram Apostolicam relinquamus, & præterea diversi ejusdem S. R. E. Cardinales, alique Romanæ Curie Officiales in eadem Urbe remaneant. Nos ne propterea dubitatio aliqua circa Curiales ac Officiales ejusdem Romanæ Curie oriatur, providere volentes.

Causa hujusmodi declaratio.

§. 1. Hac nostra constitutione, tam eos qui nos sequentur, quam eos qui in dicta Urbe remanserint, sive Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sive Officiales & Curiales, aut alii quicumque eandem Romanam Curiam sequentes fuerint, unam tantum, & non duas Romanas Curias constituere, eosque omnibus & singulis gratis, privilegiis, antelationibus, prærogativis, declarationibus, indultis, facultatibus, concessionibus, & consuetudinibus, etiam quoad acceptationes & provisiones beneficiorum faciendas, quibus Cardinales, Officiales, Curiales, & alii prædicti, dum Nos in dicta Curia in eadem Urbe residemus, de jure & consuetudine utuntur, potuntur, & gaudent, sic uti, potiri & gaudere posse & debere petinde, ac si nos in eadem Urbe resideremus, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, decernimus & declaramus.

Declaratio quod tam sequentes Romanæ Curie remanentes in Urbe, curiales remaneant.

De discussio habes in consis. procedi.

§. 2. Neenon etiam eandem Curiam censeri volumus quoad beneficia, quæ tam in dicta Urbe, & in Civitatibus & locis ad quæ accedemus, & in quibus in itinere, eundo & redeundo pro tempore inoram trahemus, quam per obitum illorum qui Nos & Curiam nostram sequentur, seu ad Nos, & ad eandem Curiam pro eorum negotiis accedent, & in itinere, sive eundo, sive redeundo diem claudunt extremum, quomodolibet vacabunt, neminemque de illis præter Nos disponere posse.

Eorumque beneficia affecta sunt ad Apostolicam.

§. 3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & definiti debere, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus & declaramus.

Et ita iudicari debet præcipi.

§. 4. Non obstantibus, quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quibusvis quo non obstant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Aprilis 1598. Pont. nostri anno 7.

D. P. An. 7 die 10. Apr.

De luctuosa Tyberis inundatione in Urbe & ejus districtu, indictioneque publicarum supplicationum ad Divinam misericordiam implorandam.

LV.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei: Dilectis filiis Clero & Populo Alma Urbis nostræ, ceterisque Christi fidelibus in eadem Urbe, ejusque districtu existentibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita A. D. 1598.

§. 1. Manus Domini, manus Patris, manus illa potens & salutaris, quæ sola dū justè vulnerat, pie incidetur

Tyberis i. d. datio maxima & la. 2. 10. a.

sanctis etiam

sanctis etiam

sanctis etiam

quibusvis

detur, ipsa tetigit nos, filii dilectissimi. Fluvius Tyberis extra alveum ripasque diffusus, tanta aquarum copia Urbem, suburbia, prata, & agros inundavit, & in tantam non in planis solum, sed in editioribus etiam locis crevit altitudinem, quantum neque nos, neque majores nostri meminerunt. Quae Urbis facies, quis aspectus per hos dies fuerint, plane luctuosus & miserabilis: quae hominum, aedificiorum, & rerum ad vitam victumque quotidianum necessariorum pernicies & jactura extiterit, nec sine acerbissimo doloris sensu commemorari potest, nec certe commemorari est necesse. Vos ipsi oculis vestris cuncta perspexistis, & passi estis, & nos etiam vidimus, oculisque & manibus in Coelum elevatis, cum praedoloris magnitudine cor nostrum disrumpere, & quasi cera colliquefactum esset, omnium miseras paterno affectu & miseratione complexi sumus.

Quam propter gentium peccata evanescit hic Pontifex annuntiat.

§. 2. Sed hujus tantae eluvionis, & calamitatis causa, non ex principiis naturalibus curiosè nimis inquirenda sunt, & ex eorum opinionibus, qui dicentes se sapientes, stulti facti sunt, tanquam si gentes essemus quae ignorant Deum, sed potius ut Christianos decet, in timore & tremore veritatem, magisque intimam harum erumnarum originem intra nosmetipsos peruestigemus. Ac nisi nos ipsos fallere, & decipere velimus, peccata ipsa respondebunt nobis, & iniquitates quae multiplicatae sunt nimis coram Deo. Abyssus enim peccatorum abyssum aquarum, & inundatio inundationem evocavit.

Quisque igitur convertatur à via sua mala, & revertatur ad Dominum.

§. 3. Ne tamen, filii, pusillo animo sitis, neve, quod absit, cor vestrum obduretis, ut indomiti & oblinati peccatores solent, qui plagis Dei deteriores fiunt, quorum miseram & miserandam conditionem exprimit Jeremias verbis illis: Domine percussisti illos, & non doluerunt, attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, indutaverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Vos autem, filii, non sic, sed revertimini ad Dominum in toto corde vestro, in jejunio, & sermo, & planctu, & poenitentiae salutis tabulam apprehendite, ne pereatis in diluvio aquarum multarum irae Dei, & iusti iudicii ejus. Deus enim noster pius est & misericors, & praestabilis super malitia, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. Plaga haec, si sapitis, si intelligitis, si novissima providetis, non est ad mortem, sed ad salutem. Corripuit vos Dominus, sed non in furore suo, immò verò in visceribus misericordiae suae, ut Pater, qui hic in hac brevi & caduca vita filiis flagella adhibet, ut in aeternum pateat. Quem enim diligit Dominus, castigat, & tanquam filiis offert se vobis. Surgite & vos cum filio prodigo, & ite ad patrem vestrum, qui vos vocat, qui apertis brachiis vos expectat, & ad complexum & pacem, ac reconciliationem invitat. Clamate ad Dominum in fortitudine, & ex intimo corde verba illa pronunciate: Omnia quae fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedimus, sed da gloriam homini tuo, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Denique convertatur unusquisque à via sua mala, & qui Ninivitas peccantes imitati estis, imitemini poenitentes.

Maria Virgini, & Principum Apostolorum auxilium implorate.

§. 4. Ite ad Matrem Gratiarum, & Advocatam peccatorum, ad Beatissimam semper Virginem Dei genitricem MARIAM, & illius opem atque auxilium implorate. Ite ad Gloriosissimos Apostolorum Principes Petrum & Paulum, peculiare Patronos hujus Almae Urbis, cui Evangelii doctrinam cum sanguine tradiderunt. Hi enim sunt Gloriosi Principes Terrae, & Patres & Pastores Ecclesiae, praecipue verò Urbis Romae, qui eam ad hanc gloriam provexerunt, ut Gens Sancta, Populus electus, Civitas Sacerdotalis & Regia, per sacram Beati Petri Sedem caput Orbis effecta, latius praesideret Religione divina, quam dominatione terrena. Obite in spiritu humilitatis, & animo contrito sacras Beatissimorum Apostolorum Basilicas, & fortissimorum Martyrum memorias, quibus velut propugnaculis Roma cincta est. Plorate coram Domino, & preces cum lachrymis fundite, ut per merita & intercessionem Sanctorum, qui cum CHRISTO regnant, veniam atque indulgentiam impetremus.

Assent vitiis & viciis vestris.

§. 5. Pacem igitur cum fratribus habete, cessent odia & inimicitiae, ne si manus plenas sanguine extendatis, avertat Deus oculos suos à vobis. Libido, immodestia,

luxuries tollatur, & cetera vitia, quibus iracundia Dei provocatur. Vigeat modestia, temperantia, & misericordia in pauperes. Nunc enim latissimus pietati propositus est Capus, ut ii potissimum qui ditiores sunt, peccata sua eleemosynis redimant, & pauperum inopiam sua abundantia sublevent. Quod ut sincera cum alacritate faciant, omnes quanta possumus cum efficacia in Domino hortamur. Nam si propter omnium peccata haec plaga à Deo immisissa est, ad omnes, seu pauperes, seu divites pertinere debet, vel per miseriam, vel per miserationem, ut dum corporis nostri, quod unum est in Domino, membra quaedam participant, cetera compatiantur. Sumite igitur arma militiae nostrae, non carnalia, sed potentia Deo, quibus ipse Deus exercituum fortissimus, & omnipotens vincitur, poenitentiam, orationem, jejunium, & eleemosynam. His enim placatur Deus, qui si viderit opera vestra bona, & quia conversi estis ab omni via mala in sinceritate cordis vestri, revertetur & ipse à furore irae suae, & non peribitis.

Indicium pietatis Pontificis, & solemnium supplicationum & processiones ad Basilicas B. & M. & B. Petri.

§. 6. Atque ut tanto ardentius ad divinorum Sacramentorum medicinam accurratis, & ut veterem hominem exuentes mente & spiritu renovati ambuletis in novitate vitae: Nos ad Basilicas Principis Apostolorum, & Sanctae MARIAE Majoris de Urbe proxima hebdomada, quarta videlicet hujusce mensis Januarii, diebus per Nos eligendis, solemnes supplicationes & processiones, ut moris est, indicimus. Ad quas Basilicas vel earum alteram, Nos ipsi una cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ac Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis in Romana Curia existentibus, ac Christianorum Regum & Principum Oratoribus in Urbe comorantibus, aliisque Praelatis atque Officialibus Romanae Curiae & Magistratibus ejusdem Urbis, vobisque Clero & Populo comitantibus, debita animi & corporis demissione supplices adire, ipsasque supplicationes & processiones celebrare constituimus.

Hortationes morantes Urbe ad alios extra muros ad alios scilicet ad alios hic praesentia planda.

§. 7. Ut verò à divina bonitate atque clementia uberioris communis, ac salutis poenitentiae fructus capiamus, vos universos & singulos, ceterosque utriusque sexus Christi fideles, in dicta Urbe ejusque districtu existentes, per viscera misericordiae Dei nostri hortamur atque obsecramus, ut qui in eadem Urbe erunt, dicta hebdomada, vel saltem altera sequente, postquam praesentes litterae publicatae fuerint, salutari poenitentiae Sacramento ad praeteritas culpas diluendas sic se praeparant, ut Deus placatus flagella suae iracundiae avertat, Romam ab omnibus periculis eripiat, ac populum in Urbe, ejusque districtu existentem, salvum atque incolumem tueatur. Et vos quidem, & ii qui in Urbe fuerint, praedictas Principis Apostolorum, & Sanctae MARIAE Majoris de Urbe Basilicas, aut earum alteram, qui verò extra Urbem in dicto districtu extiterint, Ecclesiam, seu Ecclesias per locorum Ordinarios, seu eorum Vicarios, aut de eorum mandato, & iis deficientibus, per eos qui ibi curam exercent animarum, deputandam, seu deputandas, quocumque die, vel quibuscumque diebus ejusdem vel sequentis hebdomadae, saltem semel devotè visitent, & quarta ac sexta feria, & Sabbato ejusdem hebdomadae vel sequentis jejunent; & praeterea pauperibus & indigentibus personis, aut locis piis eleemosynas arbitrio suo erogent, atque intra hoc tempus, tam primae quam secundae hebdomadae, alicui presbytero ab Ordinario loci approbato, peccata sua confiteantur, & Dominica prima, aut secunda, vel alio dictae prioris, aut sequentis hebdomadae die, ut supra dictum est, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum devotè suscipiant. Regularibus verò personis utriusque sexus in claustris perpetuò degentibus, aut aliis in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui superius expressa, vel eorum aliqua facere & implere nequiverint, Presbyter Confessarius quem elegerint, praedicta omnia & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutandi, vel in aliud proximum tamen tempus prorogandi facultatem habeat.

Indulgentiam si stem aliquid.

§. 8. Quae omnia, ut vos & praedicti Christi fideles copiosius praestare studeatis, quo uberius spiritualibus muneribus, & gratis vos rescindendos esse cognoveritis, de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi potestate, quam Deus nobis licet indignis,

CLEMENS OCTAVUS

gnis contulit thesauros Ecclesie, quorum dispensatores eius benignitate facti sumus, copiose apertentes, Universis & singulis predictis, qui premissa modo & forma prescriptis fecerint & impleverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, veniam, & remissionem, sicut in anno Jubilaei visitantibus certas basilicas intra & extra Urbem concedi consuevit, tenore presentium concedimus & impartimur. Necnon ipsidem Christi fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam Ecclesiasticis, sive secularibus, sive cujuscvis Ordinis & Congregationis, seu instituti Regularibus indulgemus, ut sibi eligere possint quemcumque Presbyterum confessorium, tam secularem, quam cujuscvis Ordinis vel instituti Regularium ex approbatis ab Ordinariis locorum, ut praefertur, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis & censuris, a jure vel ab homine quovis modo & causa latis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus & enormibus, etiam in casibus tam locorum Ordinariis, quam nobis & Sedi Apostolicae, etiam in litteris de Cenez Domini legi consuetis, atque aliis etiam per quascumque nostras, vel Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodolibet reservatis, in foro tantum conscientiae, hac vice solum absolvere: & insuper vota quaecumque (Religionis & Castitatis dumtaxat exceptis) in alia pia & salutaria opera commutare, in jura tamen eis & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, ac aliis ejus arbitrio injungendis, possint & valeant.

Ordo... du... hanc...

§. 9. Mandantes propterea, & in virtute sanctae obedientiae districtè praecipiens, omnibus venerabilibus fratribus Episcopis, & aliis quibuscumque locorum dicti districtus Ordinariis, & aliis supradictis, ad quos pertinet, ut cum praesentium litterarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim per suas Ecclesias, Civitates, Oppida, Terras, Loca, Dioc. publicent & promulgent, & publicari, ac promulgari faciant, Cleroque & Populo sibi subiecto solemnes processiones & supplicationes indicant & celebrent.

Declaratio...

§. 10. Per praesentes autem non intendimus super aliqua irregularitate, publica vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quoquo modo contracta aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, aut in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae. Neque etiam iis praesentes nostras litteras, qui ab aliquo Judice excommunicati, suspensi, vel interdicti, seu aliis in sententiis, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi intra tempus celebrationis hujusmodi Jubilaei satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, neque pariter haereticis & schismaticis specialiter declaratis, seu condemnatis ullo modo suffragari posse, aut debere.

rogatio...

§. 11. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus absolvendi facultas in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilaei, indulgentiarum, aut facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendo indulgentiis ad instar, ac quoruncumque Ordinum & Congregationum, sive institutorum Regularium, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus & Congregationibus, atque institutis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specifica & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia forma exquisita ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus plenè, & sufficienter expressis, ac forma in illis tradita penitus pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim & expressè ad effectum praesentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum...

§. 12. Volumus autem ut praesentium transumptis, vel

exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae manitis eadem praesentis fides habeatur, quae haberetur his litteris, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo nono, decimo Kalend. Februarii, Pontificatus nostri anno septimo.

Dat. p. 1. 7. die 11. Jan.

Quod Monachi Congregationis B. MARIAE Fulien. Cisterciens. Ordinis S. Benedicti, in Processionibus, aliisque actibus publicis, omnibus Fratribus Mendicantibus preferantur.

LVI

Institutionem hujus Congregationis vide sup. in constitut. 32. Sixti V. Religiosos. lib. 1. ubi omnia qua istam respiciunt Congregationem indicavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita d. Do. 1599.

Regis pacifici qui regnat in Coelis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ad ea per quae personarum quarumlibet, praesertim vitam Monasticam ducentium, & mundanis spectis illecebris in solitudine pie vitae, & assiduis orationibus vacantium quieti & tranquillitati consulitur, ac litibus & controversiis, quae inter personas praefatas, & alios Regularis vitae professores ortae sunt, & orti possunt, occurritur, libenter intendimus, & his quae propterea providè decreta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo & illibata persistant, libenter eum à nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem.

Congregatio... S. R. E. Cardinalium... Mendicantibus.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis à sancto Nicolao, Procuratoris generalis Congregationis Beatae MARIAE Fulienfis; Cisterciensis Ordinis petitio continebat, quod aliàs Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium super negotiis Episcoporum & Regularium deputatorum, ad litibus & controversiis, quae tunc ortae erant, & orti poterant in futurum, inter Monachos & Fratres dictae Congregationis Fulienfis hujusmodi ex una, ac Fratres Ordinum Mendicantium partibus ex altera, ratione praecedentiae in processionibus & aliis actibus publicis, salubriter obviandum & occurrendum, re diligenter & mature discussa, Fratres dictae Congregationis, uti Monachos praefereandos esse, ac praeferi debere Fratribus Mendicantibus, primumque & digniorem locum in functionibus & actibus publicis jure obtinere: nec Monachos dictae Congregationis à Fratribus Ordinum Mendicantium hujusmodi in hoc molestari posse, neque debere censui & ordinari, prout in ipso decreto & scripturis de super confectis plenius continetur.

Sed hoc decretum...

§. 2. Et licet decretum hujusmodi ubique inviolabiliter ab omnibus observari, nec illi in aliquo contaveniri deberet: nihilominus dilecti filii fratres dicti Ordinis Mendicantium Civitatis Burdegalensis illud non aliter observantes, dilectos filios Monachos Monasterii dictae Congregationis in dicta Civitate existentis, litibus & controversiis causa & occasione praecedentiae hujusmodi involvere, ipsamque praecedentiam sibi attribuere & arrogare non desistunt in non leve praedictum Monachorum Congregationis hujusmodi. Quate pro parte Joannis Procuratoris generalis hujusmodi, ne amplius Monachos dictae Congregationis super eadem praecedentia, ab ipsis Fratribus Mendicantibus vano praetextu contingat impediri, & ad litibus & controversiis hujusmodi jam de praesenti ortis, & in futurum verisimiliter orituris mature obviandum, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus tranquillitati Monachorum dictae Congregationis Fulienfis consulere, ac alias in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Hic...

§. 3. Nos igitur, qui fideles quoslibet pacis & quietis amicitate perfui summo peroptamus, eundem Joannem Procuratorem generalem, simulque dictam Congregationem Fuliensem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, ipsamque Joannem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis

CLEMENS OCTAVUS.

72

Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentis durat...

Et ubique servari precipit.

Excommunicationis pœnam contravenientibus statuit.

Clausulas præservantibus apponit.

Executores deputat.

presentibus literis hujusmodi pacificè frui & gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper per quoscumque quavis auctoritate fungentes, quomodolibet indebitè molestari.

Contra omnibus regat.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo aliquis auctoritate presentium ultra tres dietas ad iudicium non trahatur...

D. P. A. die 9. Febr.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die nona Februarii millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Pontificatus nostri anno octavo.

Quod Archiepiscopi & Episcopi Oleum Sanctum exhiberi faciant Ordini B. MARIÆ de Monte Carmelo, pro ministranda extrema Unctione ejusdem Ordinis infirmis.

LVI

Quamplura de hoc Ordine indicavi supra in constit. 8. Honoris III. Vt vivendi, lib. 1. ibi videas.

CLEMENS PAPA VIII. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis præsentibus litteras inspecturis: salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita A. 1599

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod licet Regulares prædicti Ordinis consueverint recipere ab Archiepiscopis & Episcopis Oleum sacrum pro ministranda infirmis Regularibus ejusdem Ordinis extrema unctione...

Religio O. ni. Carm. statum.

§. 1. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium super Consultationibus & negotiis Episcoporum & Regularium Præpositorum sententia, Fratritatibus vestris per presentes committimus & mandamus, ut prædicti Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo ubiuis existentibus Regularibus, quandocumque Sacrum Oleum pro ministranda ejusdem Ordinis respektivè Regularibus infirmis extrema Unctione perierint, illud vos in vestra diocesi promptè ac liberaliter exhiberi faciatis, ac quoscumque Suffraganeos vestros, ut

Papa p. f. q. d. qu. p. n. b. r.



ut similiter in sua quisque diecesi ipsi Regularibus Oleum Sacrum trahi curent & faciant, auctoritate etiam nostra moneatis. Non obstantibus in contractum facientibus quibuscumque.

§. 2. Volamus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem profusa fides adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martii, millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Pontificatus nostri Anno octavo.

di. tran-  
scriptum.  
A. S. die  
Martii.

varietate immutata est, sed sepe eisdem à fidelibus populis incorrupta atque inviolata professione retinetur, membra quoque suo visibili capiti tanto arctius charitatis gloriose conplexa mundus agnoscat, & denique, idem ille Spiritus unitatis, quo sola Ecclesia Catholica, ejusque corpus admirabiliter compactum & coagmentatum est, tanto illustrius declaratur, dum veluti ab universitate populi Christiani, in ipsa unitatis parente Romana Ecclesia, hatis temporibus Annus unus, Sanctus jure optimo nominatus, summa religione, ritumque solemni celebratur.

§. 2. Hunc autem annum vere sanctum, Annum Domini acceptum & placabilem, quo homines poenitentiam agerent, & ad Deum, & Patrem misericordiarum in corde perfecto converterentur, primus mundo annunciavit ipse vitæ & salutis nostræ auctor JESUS CHRISTUS Filius DEI, quem Pater unxit Spiritu Sancto, & omni super eum gratia plenitudine effusa, misit illum evangelizare pauperibus, & mansuetis mederi, & sanare contritos corde, prædicare captivis indulgentiam & remissionem, clavis apertionem, & cæcis visum. Et nos etiam qui licet humiles & indigni, vices tamen CHRISTI Domini in terris, ipso ita disponente, gerimus & tenemus, ex hac sublimi Apostolica vigilæ specula, vobis universis Christi fidelibus annunciamus, indicimus, & evangelizamus hunc eundem Annum Jubilæi, veræ poenitentiae, & spiritualis lætitiæ. Et quia charitas CHRISTI, pro quo legatione fungimur ad omnes gentes, urget nos, & zelus salutis animarum comedit cor nostrum, hortamur & obsecramus vos omnes per aspersionem sanguinis JESU CHRISTI, & per adventum ejus, & diem tremendi iudicii, ut sacro potissimum Jubilæi tempore convertatur unusquisque à via sua mala, & revertatur ad Dominum in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, quia Clemens & misericors est Deus noster, & multa miserationis, & præstabilis super malitia. Dum verò ex nostro Pastoralis officii munere charissimos in CHRISTO filios nostros, Imperatorem electum, Reges, & Principes Catholicos, & omnes Christi fideles toto terrarum orbe, in remotissimis etiam Provinciis & regionibus commorantes, ad Jubilæi hujus sanctam & jucundissimam in Domino celebritatem summo cum gaudio vocamus, atque invitamus, eodem planè tempore acerbissimi doloris sensu vehementissimè commovemur, mente atque animo recogitantes, quæ multæ nationes & populi seiplos miserabiliter abscederint ab unitate & communione Catholica & Apostolica Ecclesie, qui proximo superiori centenario in ipsa una Catholica & Apostolica Ecclesia Romana nobiscum unanimes & cum consensu in domo Domini ambulantes, sanctum illius Jubilæi annum multa cum lætitia & spiritali exultatione celebrarunt, pro quorum æterna animarum salute vitam nostram, ac sanguinem, si opus esset, libentissimè effunderemus. At vos interea filii obedientes & Catholici, à Deo & à nobis benedicti, venite, ascendite ad locum quem elegit Dominus, ad spiritualem Sion, & Hierusalem sanctam, non litera sed spiritu, unde ab exordio nascentis Ecclesie lux Domini, & lux Evangelicæ veritatis in omnes gentes & nationes derivata est. Hæc est illa felix Civitas, cujus fides Apostolico ore laudata annunciat in universo mundo; cui ipsi Beatissimi Apostolorum Principes Petrus & Paulus, totam doctrinam cum sanguine profuderunt, & per sacram beati Petri Sedè caput orbis terræ effusa, Mater esset cunctorum credentium, & Magistra omnium Ecclesiarum. Hic fidei petra, hic fons Sacerdotalis unitatis, hic incorruptæ veritatis doctrina, hic Claves Regni Cælorum, & summa ligandi atque solvendi potestas, hic denique Thesaurus ille Ecclesie inexhaustus sacrarum indulgentiarum, cujus custos & dispensator est Romanus Pontifex, qui eas omni quidem tempore distribuit, prout salubriter in Domino intelligit expedire, sed Anno potissimum S. Jubilæi, pia & larga profudit manu, quando & Portæ Sanctæ in antiquissimis & religiosissimis hujus Urbis Basilicis & Ecclesiis aperiuntur more solemni, & fideles à peccatorum labe expurgati, intrant in conspectu Domini in exultatione, ut non jam ex veteris legis instituto, quæ umbram tantum habebat futurorum bonorum, neque ex Hebræorum consuetudine, quibus omnia contingebant in figura, aut

Hic Pontifex  
Jubilæi  
collaudat  
illud indicit  
pro anno 1600  
et omnia  
etiam de justitiam  
tenetur.

VLII. Indictio Sanctissimi Jubilæi pro anno 1600. quo Anni Sancti conceditur plenaria remissio peccatorum visitantibus Basilicas SS. Petri & Pauli Apostolorum, ac S. Joannis Lateranen. & Beatæ MARIÆ Majoris de Urbe. Et suspensio aliarum Indulgentiarum durante d. Anno.

Antiquum hujus Jubilæi ritum approbavit Bonifac. VIII. pro quolibet centesimo anno, ut supra in ejus constitut. 7. Antiquorum, supra lib. 1. Sed ad annum quinquagesimum reduxit Clemens VI. ut in extravag. 2. de Penit. & Remiss. & ad trigésimum Urban. VI. & tandem ad 25. Paulus II. ut sup. in ejus const. 7. Ineffabiles, lib. 1.

Indictionem Jubilæi pro Anno 1625. fecit S. D. N. Urban. VIII. ut in const. 16. Omnes gentes, infra tom. 4. ubi multa signata de simili materia reperies.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei: Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem & Apostolicam benedictionem.

1599.

Annus Domini placabilis, annus remissionis & veniæ, filii in CHRISTO dilectissimi jà Dei munere appropinquat, jam tempus acceptabile, & dies æternæ salutis adveniunt, ad redimenda peccata, ad solvendas animas. Annus Christiano populo in primis optabilis & jucundus Sanctissimi Jubilæi jam prope adest, qui à salutifero partu Beatæ Dei genitricis & semper Virg. Mariæ sexagesimus supra millesimum numeratur, tanto majori fidelium gaudio & frequentia in Alma Urbe de more celebrandus, quanto expressius, atque efficacius suam primariam originem repræsentat. Nam, quemadmodum veteri traditione & majorum monumentis testatum est, antiquissimo R. E. instituto, per decurrentes sæculorum ætates, hoc est singulis centenis annis, à CHRISTI Domini & Salvatoris Nostri Natali, amplissimæ peccatorum Indulgentiæ & remissiones propositæ erant iis qui sacra beatorum Apostolorum limina piè ac devotè visitarent.

Antiquum hujus Jubilæi ritum approbavit Bonifac. VIII. pro quolibet centesimo anno, ut supra in ejus constitut. 7. Antiquorum, supra lib. 1. Sed ad annum quinquagesimum reduxit Clemens VI. ut in extravag. 2. de Penit. & Remiss. & ad trigésimum Urban. VI. & tandem ad 25. Paulus II. ut sup. in ejus const. 7. Ineffabiles, lib. 1.

§. 1. Quam sanè vetustam institutionem anni centesimi non vana Gentilium superstitione, sed religioso cultu & Christianorum cœursu Romæ celebrandi, sel. rec. Bonifac. Papa VIII. prædecessor noster, suo Apostolico decreto, ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum confirmavit. Ac licet alii Summi Pontifices prædecessores item nostri, qui postea sunt consecuti, intra angustiores annorum limites, propter vitæ humanæ brevitatem, Jubilæi celebrandi spatium contraxerint; ipsa tamen centenarii celebratio, ob antiquæ traditionis primordia, in primis insignis non immeritò existimatur. Et revera divino consilio factum videtur, ut postremo cujusvis sæculi anno, quod longissimum etiam humanæ vitæ spatium censetur, in ipsa Arce, & Domicilio Christianæ Religionis, tanti beneficii memoria à cunctis fidelibus recolatur, quod scilicet ad omnes homines illuminandos Sol Justitiæ CHRISTUS Deus noster, qui humano generi salutem attulit, ex utero Virginis egressus est, ex eo etiam, quod Christiani universi ad Petri Sedem, & ad fidei petram tanquam filii ad patrem, & oves ad Pastorem summum simul confluent, tanto magis unius ovilis & unius pastoris unitas appareat, & unius fidei splendor latius clucescat, quæ nullo sæculorum decursu, nulla temporali

am insti-  
tionem Bo-  
nifacius VIII.  
approbavit.  
alii d. id.  
immunita-  
te.

servi humane servitutis iugo coarctati liberi evadant, aut in carceribus vindicti dimittantur, aut gravi ere alieno oppressi liberentur, quin etiam ad paternorum bonorum possessionem redeant, testem enim hunc sunt, luxa, & cauduca. Sed fructus Anni Sancti, & spiritalis nostri Jubilæi, illi sunt uberrimi, quod animæ CHRISII sanguine redemptæ, è iugo ferreo diabolicæ tyrannidis, atque ex terro carcere, & vinculis peccatorum divina Sacramentorum efficacia absolvuntur, & dimissis debitis ac pœnis, in adoptionem filiorum DEI, & ad cœlestis Regni hereditatem, & Paradisi possessionem admittuntur, & alia quam plurima Dei beneficia accipiunt. Nos igitur Summorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, & eorum pium ac saluberrimum institutum retinentes, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium assensu, Jubilæi celebrationem in annum proximum millesimum sexcentissimum à primis vespere Vigilæ Nativitatis Domini nostri JESU CHRISII ejusdem anni millesimi sexcentissimi inchoandam, & per totum annum ipsam finiendam, auctoritate DEI Omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, quanto maximo possumus animi nostri gaudio, ad ipsius Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationem indicimus & promulgamus. Quo ipso Jubilæi Anno durante, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, qui Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Basilicas, & Sancti Joannis Lateranacæ Sanctæ MARIÆ Majoris de Vrbe Ecclesias, semel saltè in die, per triginta continuos, aut intermissos dies, si Romani vel incolæ Urbis fuerint, seu per quindecim dies, si fuerint peregrini, aut alii externi, devotè visitaverint, & pro ipsorum fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, ac veniam misericorditer in Domino concedimus & impartimur.

*Impeditisque indulgentiâ concedit.*

§. 3. Et quoniam evenire potest, ut ex iis qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad Urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Vrbe, morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte præventi, præfinito dierum numero nõ completo, ac ne quidem fortasse inchoato, præmissa exequi, & dictas Basilicas obire nequeant, nos pia promptæque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè favere cupientes, eosdem verè pœnitentes, & confessos, prædictæ indulgentiæ & remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas Urbis Basilicas, & Ecclesias diebus à nobis præscriptis eo ipsa visitassent.

*Prælati præcipi, ut populos meminerint, & instruamus ad huiusmodi indulgentias consequendas.*

§. 4. Vos autem Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, in partem sollicitudinis nostræ vocati, Duces & pastores populorum, lux mundi, & sal terræ, capite tubas argenteas, quarum usus est in Jubilæo, id est adhibete prædicationem verbi DEI, & annunciate populis hoc gaudium, ut sanctificentur, & DEI juvante gratia, parati sint ad ea cœlestia dona capiendâ, quæ bonorum omnium largitor Deus Filius dilectionis suæ, per ministerium humilitatis nostræ præparavit: adducite fratres verbo & exemplo parvulos ad hujus charissimæ matris ubera, quæ eos per Evangelium in CHRISTO genuit: adducite filios ad patrem, oves ad pastorem summum, membra ad caput, fideles ad fidei petram, in qua omnis ædificatio Catholicæ Ecclesiæ constructa confurgit, adducite populum ad Sanctam Romanam Ecclesiam, & ad gloriosos Principes terræ Petrum & Paulum, qui universum mundum legem Domini docuerunt, & quorum fides, dignitas & auctoritas, indigno etiam in hærede non defecit. Ad sacras igitur indulgentias, eorumque salutare fructus ipso Jubilæi Anno Romæ percipiendos vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, docete oves fidei vestræ creditas, quia advenit, & peregrini sumus in hac vita, & Civitatem hinc permanentem non habemus, sed futuram inquirimus. Ideo quia breves dies sunt hujus nostræ ærumnosæ peregrinationis, & nescimus qua hora paterfamilias, & sponsus CHRISTUS venturus sit, idcirco vigilent, & lampades ardentes, & plenas oleo charitatis & misericordiæ gestent in manibus, & festinent ingredi in illam requiem. Nam si unquam aliàs nunc potissimum iræ, rixæ, & contentio-

nes, & inveterata odia dimittenda propter CHRISTUM: nunc maxime servos docet misereri conservorum suorum, ut Dominus clemencissimus omne debitum dimittat eis. Nunc præcipue omnes carnis impuritatis abluenda, ut templum DEI mundum sit, & unusquisque vas suum possideat in honore & sanctificatione, & porret Deum in corpore sub. Postremo furta, rapinæ, homicidia, adulteria, & omnia peccata exterminanda, ut placeatur ira Dei, & eos qui Christiano nomine gloriantur, agnoscat verè Christianos, & imitatores CHRISII, & sectatores bonorum operum. Docete autem eos quemadmodum ad salutares indulgentias consequendas, in animo contrito, & in spiritu humilitatis, assiduis orationibus & jeuniis, ceterisque pietatis operibus se ipsos præparare atque exercere debeant, & qui substantiam hujus mundi habent, aperiant viscera sua, & fratrum suorum pauperum inopiam sublevent, præcipue verò erga peregrinos Romam venientes misericordes sint, & sanctam Hospitalitatem Deo gratissimam, & quam vetustissimi illi Christiani etiam inter persecutionum fluctus diligentissimè coluerunt, ipsi quoque multa cum hilaritate spiritus renovent atque observent. Admonete etiam eos, ut orent pro Regibus & Principibus Christianis, ut quietam & tranquillam vitam agamus, & pax & concordia perpetuò conservetur. Postremo docete eos cum sanctam peregrinationem susceperint, qua modestia, qua devotione, qua fraternæ pacis observatiâ lucere eos oporteat, ut sint CHRISII bonus odor in omni loco. Præbete autem vos ipsos fratres Venerabiles, & omnem Clerum, exemplum in primis bonorum operum, & formam gregis, ut vestræ virtutis & religionis veluti sale ceteri condiantur, & omnem peccati putredinem abhorreant, & denique omnes unanimes in uno spiritu Christianæ charitatis, atque in omni sanctitate & justitia Deo serviamus.

*Si in quibusdam locis...*

§. 5. Hortamur quoque & rogamus in Domino charissimos in CHRISTO filios nostros Imperatorem electum, ac Reges & Principes omnes Catholicos, ut quo plura & magis illustria beneficia ab eo per quem Reges regnant acceperunt, tanto ardentius, ut par est, ad Dei gloriam procurandam pio zelo excitentur, præcipue verò fratrum nostrorum Episcoporum & Superiorum Antistitum pastorem sedulitatem & vigilantiam adjuvent, & à suis Magistratibus & Ministris adjuvari mandent, ut improborum licentia coërceatur, & bonorum studia, eorum Regia ope & gratia foveantur, maxime autem erga peregrinos beneficentiam & liberalitatem exerceant, curentque ut tutis incedat itineribus, ut nulla hominum perditorum vexatione perturbentur, sed Hospitalibus, domibus, & publicis hospitiiis amanter excepti, & commœtati, & rebus ad vitam necessariis recreati, sine ulla concussione & injuria institutum iter læti peragant, & cum gaudio in patriam revertantur. His enim hostiis Reges potissimum & Principes Deum sibi placabilem reddent, ut diu in tertis felices vivant, & demùm in æterna tabernacula recipiantur ab illis ipsis pauperibus, erga quos misericordiam exercuerint, in quibus CHRISTUS pascitur & nutritur.

*Principes hortamur & subveniendos peregrinos.*

§. 6. Ut verò præsentibus literæ ad omnium fidelium in quibuscumque locis existen. notitiam faciliùs perveniât, volumus earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eandem prorsus fidem haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent & ostensæ.

*Exemplis suis bulla di jubet.*

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indicationis, promulgationis, concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

*Sancti pontificem addit.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Decimoquarto Kalend. Junii, Pontificatus nostri Anno octavo.

*Dat. P. An. die 19. Ma.*

CLEMENS OCTAVUS.

die vero Veneris 21. mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Clementis Papa VII. Anno eius 8. supradicta littera affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicarum SS. Petri & Pauli Principum Apostolorum, ac Ecclesiarum S. Io. Lateranen. ac B. Mariae Majoris de Vrbe, necnon Cancell. Apost. & acie Campi Flora, dimissis copiis in eisdem locis, ut moris est, per nos Io. Baptistam Bagni, & Catherinum Menandis Apost. Curf.

Dominicus Gugnetus Mag. Curf.

Sequitur suspensio aliarum Indulgentiarum, & absolvendi facultatum durante hoc Iubilaeo.

Motio praedicta indubitanter.

Cum Sancti Iubilaei celebrationem a Vigilia Nativitatis D.N. Jesu Christi anni proximi millesimi sexcentissimi inchoandam, & usque ad finem eiusdem anni duraturam, universo populo Christiano de venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium assensu indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus & confessis, qui Beatissimorum Petri & Pauli Apostolorum Basilicas, & S. Joannis Lateranen. ac Beatæ MARIÆ Majoris de Vrbe Ecclesias visitarent, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem & veniam concesserimus, prout in nostris nuper defuper confectis literis plenius continetur.

Suspensio omnium indulgentiarum, & facultatum absolvendi durante Anno Iubilaei.

§. 1. Cupientes, ut Christianæ nationes ex omnibus terrarum orbis locis in Alma Vrbe nostra in fidei ac religionis unitate congregatæ, eodem pietatis ac devotio- nis spiritu Basilicas & Ecclesias prædictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem Iubilaeo visitent & frequentent, multorum Romanorum Pontificum præde- cessorum nostrorum exemplo adducti, omnes & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones ac facultates & indulta absolvendi, etiam in casibus Sedi Apost. reservatis, etiam in literis dic Cænz Domini legi- solitis contentis, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospi- talibus, etiam S. Io. Hierosolymitani Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, universitatibus, & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam secularibus quàm quorum- vis etiam Mendicantium Ordinum Regularibus personis coronisque, granis, imaginibus, & numismatibus ex me- tallo, seu quacumque alia materia confectis, tam singula- riter quàm universaliter per quoscumque Romanos Pon- tifices prædecesores nostros, ac etiam nos, etiam ad in- stantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Prin- cipum, aut ipsi etiam Imperatori, Regibus, Ducibus & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana vel Ec- clesiastica dignitate, etiam speciali notâ digna fulgētibus etiam ad instar Iubilæi, aut aliis quomodocumque, & ex quibusvis causis & occasionibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decre- tis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac aliis quo- modolibet concessis, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis habe- ri volumus, Apost. auctoritate, de eorundem fratrum consilio & assensu, ac Apostolicæ potestatis plenitudine sus- pendimus, & suspensas esse declaramus, easque & ea eod- em anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere, irritum quoque & inane decernimus, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter cõ- tingerit attentari. Quocirca per præsertim auctoritate Apost. præcipimus & mandamus, ne interim alia quàm indicti à nobis prædicti Iubilæi indulgentiæ, sive publicè, sive privatim, quovis prætextu, ubi vis locorum & gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, aliisque ar- bitrio Ordinatorum infligendis poenis publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur.

Clausula rogatoria.

§. 2. Non obstant. præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monaste- riorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hospi- talium, Confraternitatum, Vniversitatum, Collegiorum & locorum, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo- ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis, eorūque Superiores & personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Romanos Pontifices prædecesores nostros, ac Nos &

Bullariis Magni Tom. III.

dictam Sedem, & usque Legatos, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, ex quibusvis causis concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si in illis caveatur expresse, quod sub similibus vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis & individua mentio fiat, illis aliis in suo robore permanentibus, ad ef- fectum præmissum, hac vice dumtaxat specialiter & ex- presse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 3. Et quia difficile nimis esset præsentibus quocum- que ubi illis opus fuerit, perferti, volumus earum exem- plis etiam impressis, Notarii publici manu, & sigillo per- sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsequatis eandem prorsus fidem in iudicio & extra ubique loco- rum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus si essent ex- hibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo, &c.

Dat. P. A. 5. die 21. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarna- tionis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo nono, duodecimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno octavo.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1599. indict. 12. die vero Sabbati 29. mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Clementis divina providentia Papa VII. Anno eius 8. supradicta littera af- fixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicarum SS. Petri & Pauli Principum Apostolorum, Sancti Joannis Lateranen. & S. Mariae Majoris de Vrbe, ac Cancellaria Apostolica, ac in acie Campi Flora, dimissis copiis in eisdem locis affixis, ut moris est, per nos Io. Baptistam Bagni, & Catherinum Menandis Apostolicos Cursores.

Publicatio.

Dominicus Gugnetus Mag. Curf.

Institutio Rotæ in Civitate Ferrariæ Status Eccle- siastici, ad decidendas causas ejus Civitatis & Territorii, cum indulgentiarum concessione.

LIX.

Hanc Civitatem alias infensam, hic Pontifex recupera- vit, ut supra in const. 52. Sanctissimus. Et studio gene- rali d. Civitatis à Bonifacio IX. instituto privilegia con- cessit infra in const. 94. Sancta.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1599.

IN supremo justitiæ throno divina disponente clemen- tia constituti, illud in primis curare tenemur, ut nimirum nostris futuris etiam temporibus, justitia omnibus æqua lance ministraretur, & ad id ut decet, exequendum justitiam ac rectissimi iudices cū opportunis facultatibus de- putentur, per quos non solum unicuique jus suum tribua- tur, sed etiam incommodis, ac impensis litigantium in quantum fieri potest, parcatur. His igitur rationibus adductis, ac populorum Civitatis nostræ Ferrarien. ac alia- rum Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum Ducatus & Domini nostrorum Ferrarien. recto gubernio, & felici regimini prospicere, ac singulorum indeamitati, & commodo opportunè consulere cupientes, præter alia à Nobis in eisdem Civitate & Ducatu ordinata, unum Tri- bunal Judicum, Rotam nuncupandum, in dicta Civita- te Ferrarien. instituire decrevimus, in quo causæ civiles, ut inferius disponetur, cognosci, & prout juris fuerit, terminari debeant.

Præmissum.

§. 1. Motu igitur proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis pleni- tudine in Civitate prædicta Ferrariensi unum Tribunal Audientiæ causarum, Rotam nuncupandum, perpetuis futuris temporibus duraturum, quod constare debeat quinque Judicibus, Auditoribus nuncupandis, à Consilio Civitatis prædictæ Ferrarien. singulo quinquennio elige- dis, qui omnes & singulas Ferrarien. & Comaclen. Civi- tatum, & quarumcumque Terrarum, Castrorum, & locorū Ducatus nostri Ferrarien. causas, lites, & controversias civiles, meras, & mixtas, quomodolibet actitandas in- ter cives, incolas, districtuales, habitatores, ac Collegia, agricolas quoque, & alios quoscumque sub Legatione Ferrarien. subditos cognoscere, decidere, ac sine debito terminare ac judicare possint & debeant, auctoritate

Auditorum numerus præfinitura & electio Civitatis Concilio da- tur, iurisdic- tioque eorū explicatur.

G 2 Aposto

*Auditorum  
qualitates  
significentur.*

*Juramentum  
ab eis prestandum,  
& syn-  
dicatus de  
dolo & bar-  
rataria tan-  
tum fendum.*

*Confirmatio  
in officio qui-  
bus audi-  
rentur, &  
quando do-  
tur.*

*Tempus officii  
ad quinque-  
nium termi-  
natur, uno  
tantum ex  
duo praesque-  
si biennio  
electo.*

*Electio post  
primum quin-  
quennium  
ad Civitatem  
Ferrariam.*

*Prætoris offi-  
cium anno  
expleto.*

*Stipendium  
Prætoris &  
Auditorum.*

Apostolica, tenore presentium perpetuo erigimus & instituimus.

§. 2. Quoniam verò omnia eo magis stabilia redduntur, quo solidiorem ac certioram statum per quem feliciter regi & gubernari valeant, assumunt, idcirco hoc ipsi Rotæ Tribunal infra scriptis constitutionibus & ordinationibus perpetuo firmiter observandis fulciendum duximus. Ea propter statuimus, mandamus, & ordinamus, ut prædicti quinque Rotæ Auditores debeant esse Juris utriusque Doctores, non ex Civitate Ferrariensi, aut aliquo ex locis prædicti Ducatus, ex aliis tamen ditionis Ecclesiasticæ & Apostolicæ Sedi immediate subjectis locis oriundi, summæ integritatis, prudentiæ, doctrinæ & experientiæ, non minores natu annis triginta, qui saltem per quinquennii spatium in publica aliqua insigni Academia legerint, aut in celebri aliquo loco judicando vel advocando, foro operam dederint, neque in his muneribus obeundis inter postremos habiti fuerint, sed præclare ac laudabiliter se gesserint.

§. 3. Hos omnes à Consilio Civitatis Ferrariensis, singulo quinquennio, excepta hac prima vice, eligi volumus, & postquam electi fuerint, in principio seu ante ingressum eorum officii, in manibus pro tempore existentis nostri & Apostolicæ Sedi in Civitate & Ducatu Ferrariensi, de latere Legati, seu ejus Vicelegati, aut Gubernatoris assistentibus iudice Sapientum, & ipsis Sapientibus Civitatis Ferrariensis, iurejurando promittant, se ad unguem observaturos non modo has Rotæ constitutiones, verum etiam omnes & quascumque Civitatis Ferrariensis provisiones, ordinationes, & statuta usu nunc recepta, necnon justitiam, qua decet sanctitate & integritate administraturos, sub pœnis arbitrio Superiorum in singulis in syn- dicatu, cui eos omnino finito eorum officio subijci volumus, & in quo non nisi de dolo, fraude, barrataria, juxta stylum totius Italicæ, & legis dispositionem illos teneri, & de his non nisi in singulos inquiri, cum non sit præsumendum universam Rotam dolum, fraudem, & barratariam commissuram, mandamus & declaramus.

§. 4. Finito autem officio eorum, & uniuscujusque eorum, nolumus eos, vel quemquam eorum posse iterum pro alio quinquennio eligi vel confirmari, nisi tres partes ex quatuor suffragiorum in Consilio pro nova electione, seu confirmatione obtinerent, concedimus verò, ut post quinquennium à die eorum officii finiti elapsum jure & rectè denuo eligi possint.

§. 5. Et quoniam, ut præmissum est, Auditores de quinquennio in quinquennium eligendi sunt, atque perpetuis futuris temporibus observandum, rationique contentaneum visum est, ut unus ex his qui præcedente quinquennio in Rota fuit, in eadem in hoc, ut novi ingrediētes facilius & citius instruantur, quinquennio subsequenti remaneat, propterea statuimus, electionem hoc ordine & modo fiendam, hac enim prima vice Auditores quinque eligentur, quorum officio finito, unus eorum à Consilio seligendus per biennium in nova Rota perseverabit, aliis autem vicibus quinque Auditorum quidem fiat electio, & unus eorum, nempe ultimo electus, non statim in principio quinquennii Rotam ingreditur, sed biennio elapso, & hic ille erit postea, qui in Rota succedentis quinquennii per curriculum biennii pro novis Auditoribus instruendis comparatus erit, & ita perpetuis futuris temporibus observari mandamus.

§. 6. Electionem autem dictorum Auditorum à prædicto Consilio Civitatis Ferrariensis, ut præfertur, faciendâ incipere volumus post præsens quinquennium, in quo Auditores per dilectum filium nostrum Petrum Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardipalem Aldobrandinum nuncupatum, nostrum secundum carnem ex fratre germano nepotem, ac in Civitate & Ducatu prædictis nostrum & Apostolicæ Sedi de latere Legatum jam electos continuare, eorumque quinquennium à die datæ presentium inchoare, & ut sequitur finire.

§. 7. Prætorum quoque dictæ Rotæ jam electum per annum, ab eadem die datæ presentium incipientem, Prætoris officium juxta formam inferius describendam exercere debere statuimus.

§. 8. Sed quia bovi trituranti non est os alligandum, & laborum cuique præmium condignum est proponen-

dum, ut ad illos subeundos alacrior reddant, Nos præterea cuilibet ex præfatis Judicibus Rotæ Ferrariensis, præter Prætores, in singulos menses triginta quinque scutorum auri in auro; Prætori verò quinquaginta quinque similium scutorum mensuram provisionem ex redditibus & proventibus Camere nostræ Apostolicæ per depositarium ejusdem Camere in Civitate nostra Ferrariensi, cum mandato Legati, seu Vicelegati, aut Gubernatoris ejusdem Civitatis pro tempore existentis persolvendam constituimus & assignamus.

§. 9. Ac præterea volumus & ordinamus, ut Communitas Civitatis Ferrariensis, Locum Auditorii in quo Rota fieri debeat, & domus in quibus præfati Auditores commode, & juxta gradus decentiam honorifice habitare valeant, gratis assignare teneantur.

§. 10. Utque Cursores eligant qui in Auditorio prædicto tempore Rotæ assistere, & illud ab omnibus immunditiis expurgare debeant.

§. 11. Iisdem præterea Prætori & Auditoribus, ut sportulas & emolumenta quæcumque secundum statuta Ferrariensis, & munera juxta constitutiones & consuetudines Rotæ Bononiensis, recipere possint, permittimus, & gratiose concedimus, constitutione Aldobrandina non obstante.

§. 12. Præterea quo diligentius dicti Auditores causis expediendis, id quod summopere nobis cordi est, operam navent, districtè eisdem inhibemus sub pœnis arbitrio Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris imponendis, ne in causis coram aliis Judicibus in Civitate Ferrariensis, ac ejus districtu, vel alibi in Legatione vertentibus, ullo modo consilium dare, aut aliorum consiliis se subscribere audeant: concedimus autem, ut id in causis quæ extra Legationem tractantur, aliquando facere valeant.

§. 13. Inhibemus præterea sub eisdem pœnis, ne à Civitate & Auditorio diebus non feriatis absque licentia Consilii abesse possint, nisi fortasse eos vel aliquem eorum ratione causarum, & officii abesse oporteret, vel aliquo justo impedimento detineretur, quo minus ad Auditorium accedere, & causarum expeditioni vacare possit, & hoc casu volumus, ut non obstante impedimento vel absentia, si causa ad totam Rotam pertineat, alii in ea procedant, & si Ponens ille esset absens, alius ejus loco subrogetur sorte extrahendus, & si Ponens revertatur, vel cesset impedimentum, causa nondum decisa, is causam suam de novo assumat in terminis in quibus eam reperierit, & expediat; quod si impedimentum, vel absentia in persona Prætoris, contigerit, loco ejus substituat Auditor senior.

§. 14. Nunc ad Auditorum jurisdictionem propius accedentes, principe loco constituimus, ut unus eorum sit quolibet anno Prætor Civitatis Ferrariensis, senior nempe, hoc est, qui primò Auditor electus fuit, qui Prætorum uno anno obeat, ac eo Prætura functo, alii deinceps secundum ordinem quo electi fuerunt Auditores in Prætura succedant, & ultimus qui secundum ea quæ superius constituta sunt, anno tertio dumtaxat Rotam ingrediens in nova per biennium remanere debet, primo anno in ingressu novæ Rotæ Prætura adipiscatur; & sic de cetero semper observetur, excepta hac prima vice, qua ita exigente necessitate disponimus, ut finito quinquennio in Rota nova is perseveret, quem Consiliū generale elegerit, & sic denuo in ingressu novæ Rotæ Prætorum anno primo obtineat.

§. 15. Decernimus autem, causas omnes primarum appellationum totius Legationis Ferrariensis ad Prætores solum spectare, qui de illis cognoscere, easque sine debito solus terminare debeat, & sportulas ac emolumenta solus quoque percipiat, nec eas, cave cum aliis Auditoribus partiri teneatur. Volumusque ut appellationes omnes & quæcumque à sententiis quorumcumque judicum in quibuscumque causis civilibus, necnon & reductiones ad arbitrium boni viri, quæ ab arbitris vel arbitratoribus, tam voluntariis, quam necessariis interponerentur, in casibus tamen permixtis, ad dictum Prætores & ejus officium devolvantur, necnon possit cognoscere quascumque alias causas in Civitate & Legatione Ferrariensis, prout Prætor Rotæ Bononiensis potest in Civitate & Legatione Bononiensi.

§. 16. Statuentes interim, ut veteri abusu appellandi coram bonis viris cessante, appellantes omnes coram

*Habitatio  
locus Auditorii  
etiam ad  
Communitatem  
gratis  
datur.*

*Sportula &  
munera Auditoribus  
permittuntur.*

*Consilia in  
causis  
causis  
præfatis  
sunt.*

*Absentia  
in causa  
permittitur  
& quid, ea  
durante  
causis  
agent, si de  
claratur.*

*Prætor  
de Auditoribus  
esse debet.*

*Quas  
causas  
solum  
cognoscant.*

*Sententiam  
tam quæ  
interponitur  
sunt.*

judice à cuius sententia appellatur, omnino interponantur, & aliter interposita non valeant, nec teneant, nisi verè copia iudicis haberi non potuisset.

§. 17. Decernentes pro celeriori causarum expeditione, ut ab incidentibus & emergentibus, super quibus Prætorum interloqui contigerit, in casibus in quibus permixta est appellatio ab interlocutoris ex forma juris, statutorum vel provisionum Ferrariæ, ad Rotam appelletur quæ sine voto Prætoris ipsam appellationem terminare debeat, sicuti perpetuo & inviolabiliter sancimus, ut in quibuscumque causis ad Rotam deferendis, in quibus primo loco aliquis ex Auditoribus iudicaverit, is nihilominus in ea causa votum habeat.

§. 18. Denique iubemus, ut causæ coram uno Prætorum cæptæ, finito officio, coram eodem quoque, & ab eodem terminentur, dummodo processus & scripturæ antequam Prætorum munus deponat, à partibus præsentatæ fuerint, juxta formam statutorum & provisionum Ferrariæ. Declarantes id quinquennio durante locum obtinere, & causas coram ultimo Prætorum cæptas, non coram eodem, & ab eodem, sed coram Prætorum novæ Rotæ, & ab ipso finiendas esse.

§. 19. Ad Rotam autem spectare disponimus causas omnes viduarum, pupillarum, ac omnium miserabilium personarum, secundum tamen dispositionem legis unicæ, Cod. quond. Imper. inter pup. & non aliter; nec non dotium, & alimentorum, ac præterea omnes causas, cumulative tamen quoad Locumtenentem generalem causarum civilium Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris, quæ ex forma statutorum ordinum, ac provisionum Ferrariæ cognosci debent, ac terminari appellatione remota, exceptis iis quæ ratione personæ agentis, vel conventæ, vel ratione causæ ex forma eorundem statutorum, ordinum ac provisionum, vel privilegii alicujus forum habeant particulare, & coram iudice aliquo particulari tractari & definiti debent. Insuper concedimus & indulgemus eidem Rotæ cognitionem secundarum appellationum nendum à sententiis Prætoris, verum etiam quorumcumque iudicum totius Legationis & Ducatus Ferrariæ, & volumus ut ipsæ secundæ appellationes, etiam totius Legationis omnino ad Rotam devolvantur, dummodo quoad eas extra Civitatem valor causæ excedat aureos centum à libris quatuor. Necnon possint dicti Auditores cognoscere quascumque alias causas in dicta Civitate & Legatione Ferrariæ, prout possunt Auditores Bononiæ, in Civitate & Territorio Bononiæ. Declarantes causas omnes prædictas, etiam cum voto Prætoris decidendas esse, exceptis appellationum causis, quæ ab eius sententiis interponuntur, ut præmissum est.

§. 20. In prædictis verò omnibus, tam prætorum, quam Rotam in procedendo summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, procedere posse, in decidendo verò provisiones, & statuta Ferrariæ ab iisdem observari debere præcipimus, exceptis causis locorum, ac Civitatum Legationis, in quibus statuta & provisiones eorum, earumque particularia ad decisoria pertinentia, si quæ vel quas haberent, servari mandamus.

§. 21. Et quoniam ut sæpenumero dictum est, properamus ad causarum finem, & litium amputationem, iubemus ut statuti Ferrariæ ordine prætermisso, tam Prætor quam Rota in causis coram eis vortentibus curatores & tutores decernendi potestatem habeant, hæreditatibusque jacentibus, & vacan. absentibus minoribus, & pupillis, & aliis quibuscumque qui curatore seu tutore indigerent, ita tamen ut tutoris seu curatoris electio præsentibus per binas cedulas cum debito unius diei intervallo notificetur, & absentibus, ac hæreditatibus jacentibus & vacantibus super Podiolo Palatii communi Ferrariæ alta voce, & sono cornu præmissio, & cedulæ postea affigantur valvis ejusdem Palatii, & si ii quibus tutor vel curator decretus fuerit comparuerint, & curatorem alium vel tutorem petierint, vel tutorem seu curatorem sibi legitime constitutum nominaverint, teneatur Prætor vel Rota alium dare vel mandare, ut cum tutore vel curatore nominato iudicium peragatur.

§. 22. Et cum aliquando usu veniat, ut ob negligentiam litigantium instantia appellationis pereat, fiatque

ipsa appellatio deserta magna sæpe cum negligentis iactura, qui plerumque in metis jus fovet optimum. Nos æquitatem præ oculis habentes, decernimus, ut lege, statuto, vel constitutione aliqua non obstante, facta prius executione sententiæ, à qua fuerat appellatum, & relictis parti expensis usque ad quadratam, is cuius appellatio deserta fuit, super meritis audiatur per viam restitutionis in integrum committendæ à Legato, sive à Prolegato pro tempore. Declarantes id semel observandum, nam iterum deserta appellatione, sententiam in iudicatum omnino transire, & plenum sortiri effectum mandamus, ne causæ in infinitum protrahantur. Et cum accidere possit ut sententia prima retractetur, ideo volumus ut pars, in cuius gratiam fiet executio prædicta, idoneè cavere teneatur de restituendis omnibus, quæ de jure eam restituere oportebit in casu succumbentis & retractationis.

§. 23. Postremò à sententiis omnibus, & quibuscumque, quas Rota vel hujus nostræ constitutionis tenore, ac virtute, vel alias ex nostra, aut Legatorum, Vicelegatorum aut Gubernatorum delegatione tulerit, volumus ut nullo modo possit appellari, de nullitate quantumvis notoria dici vel opponi, supplicari, nec recursus peti vel concedi, aut etiam ad Sedem Apostolicam restitutio efflagitari, etiam ex capite minoris ætatis, aut officium iudicis implorari, vel quoquo modo illis cõtrairi possit, sed prout late extiterit, omnimodo executioni demandari debeant, & casu quo propter aliquam gravissimam causam remedium aliquod adversus prædictas sententias concedendum sit, sancimus nullum aliud concedi posse præter solam revisionem ad eandem Rotam coram eisdem Auditoribus, quibus ut universis neminem adjunctum, sed ipsi uti singulis cum opus fuerit de eadem Rota tantum adjunctum dari volumus, quoniam id unum nostræ Civitatis Ferrariæ, ac ejus districti, ac Legationis indulgemus, ut cause illius nullo unquam tempore, sub quovis prætextu aut quæsito colore, vel causa quantumvis gravi extrahi possint à Civitate ipsa, etiam ad Curiam Romanam, sed in ea atque in ipsius Rota, quam in ejus gratiam & in signum nostræ erga illam dilectionis ereximus, decidi, & sine debito terminari, Camerali obligatione, & aliis quantumvis urgentioribus quibuscumque non obstant. Concedentes ipsi Prætori, & Auditoribus facultatem reassumendi causas omnes prædictas, etiam à quibuscumque iudicibus & Tribunalibus, quoties opus fuerit, illasque etiam in statu & terminis in quibus reperiuntur, prosequendi, ac sub pœnis arbitrariis in Legatione & extra inhibendi, ac prædictas pœnas executioni.

§. 24. Nunc cum Auditoribus jurisdictionem concesserimus, non abs re est, ut certam quoque formam, quæ citius & accommodatius lites expedire valeant, eisdem præscribamus. In primis itaque volumus, ut Prætoris, quem supremum Rotæ, ac Civitatis Magistratum constituimus, partes sint causas omnes Rotaes sorte dividendi inter auditores.

§. 25. Quos Auditores & Prætorum singulos iudices causarum suarum ordinarios deputamus, ita tamè ut absque voto Collegarum, nec ad terminationem causarum, nec articulorum quidem relevantium devenire queant.

§. 26. Sportulatum verò ac emolumentorum per Notarium fiat divisio, & idem Notarius lata sententia singulis iudicibus, seu Auditoribus suam det portionem. Prætor tamen nullam portionem in sportulis, ac emolumentis secundarum appellationum sibi vendicante.

§. 27. At quia Iudex causæ, quem Ponentem vocari volumus, satis elaborabit in studendis processibus, cum velimus ab eo statum & metum causæ digesta Coauditoribus proponi, & ideo quæstionum resolutioni commode vacare non potest, statuimus Ponentem ipsum nullum habere votum in sua causa, sed juxta majoris partis Coauditorum votum quemcumque articulum, & ipsam causam diffinire teneri, nisi tamen Auditores essent discordes, & vota forent æqualia, quo casu disponimus, ut tunc votum habeat, cum uni parti adherere, teneatur.

§. 28. Volumus autem dictam Rotam fieri bis in hebdomada, videlicet die Lunæ, ac Veneris summo mane, ac si dies Lunæ fuerit feriata, mandamus eam fieri Mercurii,

Sancti quibusdam quomodo concedenda

Appellatio à sententiis Rota non datur, sed sola revisio in eadem Rotam

Causa Status Ferrariæ extra non tractantur.

Prætor causas sorte dividit.

Prætor & Auditores sunt iudices Ordinarii.

Notarius sportulas dividit.

Ponent non votat in causa, nisi auctoritas sua sit æqualis.

Rota quando & ubi fieri & informari debet.

appellatio in causa modo addenda.

causarum inter causas, à quo terminanda.

causa, quæ in Rotam non spectat.

causæ, Rotæ in procedendo.

Curatorum, quæ & tutoribus addit.

Restitutio adversus imperiam in-

Mercurii, & veneris proxima; si autem dies Veneris feriata fuerit, & dies Lunæ ejusdem hebdomadæ fuerit juridica, tunc fiet ipfis diebus Luna & Mercurii, & in summa bis in hebdomada diebus non feriatis fieri decernimus, ita tamen ut pro unaquaque Rota uno die partes cum Advocatis & procuratoribus informet singulos Auditores domi, relicta etiam informationibus in scriptis, & Ponenti duplicatis, ut parti petenti copiam dare possit, & unusquisque in sero ejusdem diei ad omnes Coauditores transmittat sua dubia, quæ proponere decrevit in proxima futura Rota, sequenti verò die causis studeant, & memorialia partium super responsione informationibus die præcedenti datis accipiant, tertis verò die quoad fieri poterit decidant. Numerum autem causarum, & articulo- rum emergentium, proponendorum & proponenda- rum in qualibet Rota, arbitrio ipsorum Auditorum relin- quimus & relaxamus.

*Propositio causa quomodo fiat.*

§. 29. Ut autem dubiorum inanum otiosa evitetur dis- putatio, sancimus ut causa in Rotam introducta, actor porrigat Ponenti suum memoriale super dubio disputan- do, quod juxta naturam & exigentiam celerioris expedi- tionis causæ formabit, partem adversam coram eo Iudice citabit ad concordandum de dubio, & ipsa parte com- parente, & illud acceptate, ipsi dubio subscribet, copiam- que utrique parti concedet, ut super eo informare va- leat, quod si alia pars non comparuerit, iudex duplica- tam dubii copiam instanti subscribet, ut unam penes se retinere, aliam suo adversario per Nuncium notificare & transmittere possit. Et si in acceptatione dubii partes di- cordes fuerint, ipse Ponens eas, ut sibi justum videbitur, concordate studebit, & altera parte petente, quatenus sic res postulet, super dubio dando adhibebitur votum totius Rotæ.

*Termini citationum quando servandi & de clarandi.*

§. 30. Termini citationum pro perficiendo processu, coram eisdem Auditoribus, finita statim Rota per Nota- rios, Actuarios & Procuratores servabuntur, quos Audi- tores pro servato habere posse infra decennium prox- imum etiam domi declarandos decernimus.

*Summarium testium quomodo firmandum.*

§. 31. Ac ut facilius depositiones testium inspiciantur, & ne Auditores magis quam expediat fatigantur, manda- mus, quoties ab utraque parte, vel altera eorum examinati fuerint, & Ponenti visum fuerit, eorum dicta in summa- rium redigantur; & quoniam à nemine accuratius per- penduntur, quam à partibus interesse habentibus, fiet ab Actore Summarium, illudque Ponenti exhibebit, & pars adversa coram eo citabitur ad concordan. de summario, aliàs videndam pronunciarì stari debere summario per instantem porrecto, ac illud per dictum Ponentem sub- scribi, & adversario comparente, si approbabit summa- rium, erit concordatum, sin minus, addet vel minuet in folio separato, prout viderit convenite, & ipse Ponens differentias dirimat, ipsiusque summarii copiam singulis Auditoribus à Ponente subscriptam partes exhibebunt.

*Citationes qua in actis redigenda.*

§. 32. Citationes autem productæ ad concordan. de dubio, & ad concordan. de summario, nolumus quod in actis redigantur, nec aliæ citationes ac intimationes, quæ non sint necessariæ ad validitatem iudicii, sed acce- ritæ dumtaxat.

*Decisiones in quibus causis danda.*

§. 33. Demumque post causarum expeditionem te- neatur Rota parti petenti in causis exceden. summam scä- torum ducentorum, tradere decisionem. In causis videlicet executivis infra decem dies continuos, in ceteris verò quibuscumque infra triginta dies continuos, à die prola- tionis sententiarum in dictis causis immediatè decurren- dos.

*Præcedentia Prætoris & Auditorum præstantur.*

§. 34. Et quoniam Rotæ Tribunal tanquam supremum in iudicando, in Civitate & tota Legatione meretur ali- quam prærogativam; ideo sancimus ut Prætor Rotæ in omnibus actionibus, tam publicis quam privatis præce- dere debeat ceteros Iudices, tam Civitatis, quam totius Legationis, etiam Locatenentes generales causarum civilium & criminalium, quos post Prætorè supra ceteros Audi- tores incedere, vel sedere volumus. Auditores verò ip- sius Rotæ præcedere volumus omnes & quoscumque Iu- dices ipsius Civitatis & legationis, præter ipsos duos Lo- catenentes, nunc & pro tempore generales supradictos.

*Indicta eisdem concedantur.*

§. 35. Necnon eisdem Prætozem, & singulos Auditores Rotæ immunes constituimus à portu literarum, & ab om-

nibus datis, gabelis, ac gravaminibus quibuscumque. Insuperque etiam potiri volumus omnibus privilegiis, immunitatibus, præeminentiis & prærogativis, quibus Consilium iustitiæ, in quorum locum ipsi Prætor & Audi- tores subrogantur, hucusque potiri sunt. Demùm eidem Rotæ Ferrariens. ejusque Prætori ac singulis Auditoribus, ut omnibus & singulis privilegiis, gratiis, facultatibus & præeminentiis, quibus Rotæ Bononien. ejusque Prætor, & Auditores quomodolibet fruuntur, potitur & gaudet, pari modo, & absque aliqua differentia frui, potiri & gau- dere possint & valeant, perpetuò concedimus & indulge- mus. Declarantes quatenus dictæ facultates, & privilegia Rotæ Bononien. & Consilii iustitiæ olim Ducalis essent minora supra expressis, & ipsa Rotæ Bononien. minori privilegio & facultate potiretur quàm ipsum Consilium iustitiæ, & contra, nullatenus intendimus unajori privi- legio derogare, sed prout per prædicta & unumquodque eorum uberius provisum est, eo majori etiam privilegio, immunitate, præeminentiis, emolumento, prærogativa, facultate & gratia, Rotam nostram Ferrariensem, ejusque Prætozem & singulos Auditores decorare, illisque potiri decernimus & mandamus.

§. 36. Ceterum dilectum filium nostrum Petrum tituli Sancti Nicolai in carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, nostrum secundum carnem ex fratre germano nepotem, quoad vixerit, in dictæ Ro- tæ & ejus Prætoris, ac Auditorum, eorumque jurium & privilegiorum, ac indultorum quorumcumque protecto- rem, cum omnimoda facultate & auctoritate omnia & singula, quæ ad Prætoris & dictorum Auditorum officium quomodolibet vigore presentium, & aliàs de jure vel consuetudine spectant & pertinent, & quæ alii similes S. R. E. Cardinales protectores facere & exercere possunt & consueverunt, faciendi, dicendi, & exercendi, dicta auctoritate perpetuò etiam constituimus & deputamus.

*Deputatus Cardinalis Protector.*

§. 37. Decernentes presentes literas ex quacumque causa nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, sive eas infringi, invalidari, seu revocari posse, sed illas semper & perpetuò validas & effi- caces existere & fore, suisque plenarios & integros effe- ctus sortiri & obtinere, necnon inviolabiliter perpetuò observari.

*Classificatio huius bullæ servanda.*

§. 38. Sicque per quoscumque Iudices & Commissarios etiã ejusdem Palatii nostri Apostolici causarum Audito- res, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Lateræ Legatos, seu Vicelegatos, aut Cameræ Apostolicæ Præsidentes & Clericos, vel quosvis alios, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique locorum iudicari, defini- ri & interpretari debere. Istitutum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scilicet vel ignoranter contigerit attentari.

*Classificatio.*

§. 39. Ac mandantes omnibus & singulis totius Stat- us Ecclesiastici prædicti Commissariis, Gubernatoribus, Potestatibus & eorum Locatenentibus, Legatis, Vicele- gatis, necnon venerabilibus fratribus nostris Archiepis- copis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in spiritualibus gene- ralibus, ac aliis jurisdictionem exercentibus quibus- cumque, ut quoties super hoc fuerint requisiti senten- tias, decreta, statuta, sequentia, mandata, excoquatoriales literas, remissoriales, citationes, & alia à dicta Rota, & ejus Auditoribus emananda pro tempore, omnibus op- portunis remediis executioni demandari faciant realiter & cum effectu, prout opus fuerit, & eis commissum extiterit.

*Deputatus executor sine iuramento.*

§. 40. Non obstantibus constitutionibus & ordinatio- nibus Apostolicis, & præsertim facultatibus dilecto filio Curie causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori concessis, ac supradicta Constitutione Aldobrandina, necnon ejusdem Civitatis Ferrariens. ac aliarum Civita- tum, Terrarum & locorum prædicti Ducatus Ferrariens. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, legibus etiam municipalibus, usibus & naturis, privilegiis quo- que, indultis & literis Apostolicis, etiam eisdem Provinciæ, Civitatibus, Oppidis, Terris, Castris, Villis & Locis, eorum- que Communitatibus, Vniversitatibus, Jurisdictionibus, Gubernis

*Classificatio.*

Gubernatoribus, Potestatibus, Officialibus, Incolis & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes menelo, seu quavis alia expressio ad hoc servanda foret, eorum omnium & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur & inferrentur presentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expresse, motu, scientia & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque cõtrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29. Maii 1599. Pontific. nostri anno 8.

Die 2. Junii 1599. suprascriptum Breve in plena Camera Apostolica presentatum fuit, illudque de ipsius Camera decreto Reverendiss. D. Horatio Ceulo dicta Camera Clerico commissum, & successivè die 14. ejusdem, Camera ipsa citato de super Illustriss. D. Ludovico Zaccaria, dicta Camera generali Commissario, referente prædicto Reverendiss. D. Ceulo, illud admisse, & in ejusdem Camera libro registrari mandavit, prom registratum fuit, scilicet libro Signat. Sanctiss. D. N. & collat. concordat.

Ludovicus Martini Cam. Apost. Not.

LX. Decreta generalia pro Reformatione Regularium, tam Monachorum, quàm Mendicantium, cuiuscumque Ordinis, & instituti.

Circa innovationem, declarationem, & observantiam horum Decretorum Constitutionem edidit S. D. N. Urban. VIII. quam habes inf. tom. 4. n. 26. Sacra Congr.

CLEMENS PAPA VIII.

Nullus omninò prætextu cuiuscumque privilegii vel superioritatis, etiam Generalatus, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem & Prædicatoribus, Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præfate valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitimè impeditis. In eos verò qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animadvertant, ad præscriptum Regulæ & Constitutionum, alimenti etiã, si opus fuerit, subtractione.

§. 1. Lectio Sacræ Scripturæ, vel casuum consententibus in hebdomada, præscriptis diebus in singulis Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exercent.

§. 2. Quo Tridentini Concilii decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur ut nullus ex Fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosynas, sive ex concionibus, sive ex Lætionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quàm ubicumque celebrandis, aliave ipsorum iusto labore & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut priorum largitiones, legata aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis ac proventus confundantur, quo communis inde victus & vestitus omnibus suppositari possit. Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiã ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere. Eorum verò que ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat ut proprium, neque ut proprio utatur. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas ne dum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multò graviores, Superiorum arbitrio imponendas incurrat. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona mobilia vel immobilia, fratres excusare possit, quo minus culpæ & pœnæ ab

ejusdem Concilii decretis impostæ, & ipso facto incurrendæ obnoxii sint, etiam si Superiores asseverent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

§. 3. Fratrum vestitus, & suppellectilium ex communi pecunia comparetur, & omninò uniformis sit fratrum, & quocumque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam quod sit necessarium alicui denegetur. Quocumque fratrum vestes, sive laneæ, sive linææ, & omnisque alia suppellex, in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibique ab uno vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportunè possint.

§. 4. Omnes etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, sive eadem, ut aiunt, pitantia, in communi mensa, prima vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit: si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

§. 5. Superiores omnes, etiam Generales, qui redditus, aut præstationes pecuniarum ratione officiorum habent, eorum accepta & expensa in libro distincto fideliter & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quàm ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contigerit ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis qui secum erunt, victus ad præscriptum Regulæ & Constitutionum suppeditetur.

§. 6. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per seipsum habere, sive exercere possit, sed universum id onus tribus fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquàm Depositarius, pecunias ac cetera ab illo collecta & exacta fideliter asservet, alius de pecuniis & rebus à Depositario acceptis Priori & fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam veluti bonus dispensator provideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta. Ceterum hi tres, tam impensis quàm accepti singulis mensibus suo Priori, adhibitis etiam duobus vel tribus fratribus ejusdem Conventus probatoribus, rerumque usu peritis, rationem reddant. Deinde ipsimet rursus presentibus Priore & peritis prædictis, Generali cum advenerit, denique ipse Generalis in quolibet proximo Capitulo Generali, saltem coram tribus Judicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universamque suæ administrationis, tam publicæ, quàm privatæ rationem reddere teneantur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc ut ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.

§. 7. In unoquoque Conventu fratrum is tantum deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex redditibus illi propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliisve quibuscumque obventionibus in commune, ut præfertur, conferendis commode possit sustentari, redditus verò & supradicta omnia in communi loco, ac diligenter asserventur.

§. 8. Superioribus autem ne Concilii Tridentini, aut hæc nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo possint, & omninò interdiciamus & prohibemus. Decernentes irritum, &c. Si quis autem contra præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuò inhabilis existat.

§. 9. Nullus nisi actus legat vel prædicet, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

§. 10. Si alicui ex necessaria causa Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministrat, concedendus erit, is nisi viginti annos quinquaginta annorum, & qui communi servitio sic deputatus, non concedatur, &

Vestitus & suppellectilia.

Cito.

Administratio: ratione officiorum.

Administratio bonorum Conventus.

Numero Fratrum cuiusque Conventus.

Tu ad hoc habes etiam bullam 7. S. D. N. Pauli V.

Prohibitione declarandi Concilium Tridentinũ, & istas reformationes.

De Prædicatoribus & Lectoribus. Satis ex causa necessaria alicui concedendo.

1. An. 8. 1599. Maii.

Admissio in camera Apostolica.

1599. 204. Servitio pri.

Si non Scriptura & casuum scientie Conventus. Superioribus observanda.

*Clausura.*  
 §. 11. Ut omnis scandalorum, & venerationis occasio tollatur, Conventus clausura perpetuè, ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore Janitor constituatur, qui diligentia, ac motum integritate maxime commendetur, is januæ custodienda semper assistat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi locum, & exeundi licentiam obtinuerit.

*Exitus Conventus & reditus.*  
*Hoc infr. declaratur.*  
 §. 12. Nullos à Conventa egredi audeat, nisi ex causa & cum sacio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sepius. Licentia verò generales exeundi nulli omnino concedantur. Contravenientes autem poena gravi, etiam carceris, ad Superioris arbitrium pleantur, eandem etiam Janitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit. Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum adibit benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

*Adventu ad Urbem.*  
*Hoc declaratur in s. 31.*  
 §. 13. Nullos fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius à Generali vel Prolectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint. Si quis autem sine hujusmodi facultate Romam venire presumpserit, voce activa & passiva biennio privatus existat, subituro etiam alias arbitrato Superiorum infligendas poenas. Quæ item omnia adversus eos, qui supradictos admitterint & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

*Visitatione Cellarum.*  
 §. 14. Habeat Superior clavem ita fabricatam, ut cum sibi videbitur, cellas omnes referare possit; & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

*Lampade in Dormitorio.*  
 §. 15. In medio Dormitorii per totam noctem lampas colluceat.

*Cellis & suppellectili.*  
 §. 16. Nullos etiam Superior cellas, sive in claustris, sive alibi separatas à communi Dormitorio habeat, sed uniusquisque unica cella, eadem cum ceteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto & mensa humilibus, uniformique suppellectili, ut præfertur, quemadmodum Religiosos decet, contentus sit. Possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum, si eorum muneris & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere. Cellæ sive adiculae, quæ extra Dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem usum & commoditatem Conventus redigantur. Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ulli duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt. In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam è parietibus convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuè duratura videatur, cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

*Fenestris Conventus.*  
 §. 17. Conventus fenestras omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino prospectus impediatur.

*Hoc infr. declaratur. Infirmaria.*  
 §. 18. Valetudinarium in singulis Conventibus certo ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur, nec inde nisi recuperata sanitate abire permittantur. Qui verò infirmorum curæ præpositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam præstent, ac curabunt ne quid ægrotis omnino desit quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

*Degentibus extra claustra.*  
 §. 19. Ineatur ratio qua, sublatis licentiis, ac facultatibus hætenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda hujusmodi facultates concedi possint.

*Receptione Novitiorum.*  
 §. 20. Nulli in posterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputandis.

*H. S. talia. n. s. l. g. s. m. n. r. m.*  
 §. 21. Curent Superiores, ut constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conventu inviolabiliter observetur.

*Ambitu.*  
 §. 22. Ut omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes à directa vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuracione, tam pro seipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris, præsertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias poenas & censuras hætenus contra hujusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in poenam privationis officiorum quæ obtinent eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit nisi à nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam pleantur. Porro supradictas omnes poenas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

*Superiorum & officialium electioni.*  
 §. 23. In Superiorum & Officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Concilio Tridentino, & Ordinibus Constitutionibus inviolabiliter servetur, jurentque Electores secundum veritatem cujusque conscientie probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deveniantur, in primis & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus & Prælaturas illi præcipue eligantur, qui possint & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, præsertim quæ pertinent ad servitium Chori, ac vestitum & victum communem.

*Prædicatorum, Lectorum, Confessorum & promotorum ad ordines sacri.*  
 §. 24. Eligantur in Capitulo Generali vel Provinciali aliquot graves, & periti ex fratribus cujuslibet Provinciae, saltem tres, qui admittendos ad Prædicationem Verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent priusquam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare & probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque ordines, in quo servetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini, hac de causa nuper editum & promulgatum.

*Observantia regularum & constitutionum.*  
 §. 25. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores sint rationis quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut quæ in eorundem Ordinis regulis & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, jejniis, Capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia & singula ad unguem observentur, intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda & amplianda esse, quæ ut faciliorem exitum sortiantur, & fructus uberiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conventu singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique observantia.

*Tabella muneris dist. explandi.*  
 §. 26. Quo verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscujusque Conventus, in qua distinctè adnotetur quid singulis horis cujusque diei quilibet frater præstare debeat, ut certò quoque signo præmonitus, majori animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis Constitutiones his decretis non adversantur, inviolatè custodiendæ erunt.

*Pœna interdictionum.*  
 §. 27. Quibus horum Decretorum capitibus certa poena præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur.

*Prohibitio has Reformationes declarandi.*  
 §. 28. Ut autem hæc Decreta (donec alia, quæ ad pleniorum supradicti Ordinis reformationem facient, edantur) ab omnibus observari possint, distinctè præcipimus Generali, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorundem Ordinis Constitutiones perpetuè valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant se in poenam Generalatus & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuæ ad alia quoque munera, ipso facto, & sine ulla exceptione respectivè incidisse.

*Tempore ligare incipiunt.*  
 §. 29. Ne verò prætextu dilatae publicationis eorum observatio quoquo modo differri possit, aut impediri volumus, ut post illorum publicationem in Conventu



Sancti Marcelli de Urbe factam, Generalem, aliosque Ordinis Superiores, ceterosque quoscumque fratres presentes statim, reliquos vero absentes citra Montes, unius mensis, ultra Montes, trium mensium spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

§. 30. Insuper mandamus, quod Generalis in singulis Conventibus citra Montes unius mensis, ultra vero Montes trium mensium cursu Decreta supradicta publicari faciat, sub poena privationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die vigesima quinta mensis Julii millesimo quingentesimo nonagesimo nono.

§. 31. Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis & Protectoris licentia dumtaxat permittitur, Sanctitas sua extendi ad Provinciales decrevit, ita ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciae dumtaxat facultatem huiusmodi facere valeat. Declaravitque poenam privationis vocis activae & passivae contrafacientibus infligendam, Sanctitati suae reservatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illa moderandi, ac relaxandi.

Datum Romae die 20. Martii 1601.

Adduntur decreta Reformationis Ordinis Fratrum Servorum Beatae Mariae, qua alibi opportunius intexere non valui.

§. 32. EX iis, quae S. D. N. Clemens Papa VIII. ad Regulatium Monasteriorum rectam gubernationem instituit & decrevit, eorumque Superioribus admissum exequenda praecipit, nihil fuit vel re ipsa sanctius, vel necessitatis occasione opportunius, vel religiosae utilitatis ratione optabilius, quam ut vetus & regularis disciplina viris Religiosis salutaria ac necessaria, ubi collapsa est instauraretur, & ubi conservata est perpetuo custodiretur, ut nihil esset, quod obedientiae, paupertatis & castitatis, ac peculiarium votorum observantiam, necnon communem vitam, victum & vestitum impediret, aut per calumniam inficeret: cum autem comperit sit à fratribus Ordinis Servorum, Superiorum incuria saluberrima Sanctissimi Pastoris decreta penitus neglecta esse, ut huiusmodi incommodo occurratur, Congregatio Visitationis Reformationis Apostolicae eiusdem Ordinis Priori generali nuper electo, ejusque pro tempore Successoribus in virtute sanctae obedientiae, & privationis officii poena proposita praecipit, ac mandat, ut statim praedicta decreta Pontificia inter ipsius Ordinis Constitutiones redigi, & ab omnibus suis fratribus observari, ac praeter illa quae decretis ipsis praescripta sunt, haec quae sequuntur, speciali Sanctitatis suae mandato constituta inviolabiliter, ac perpetuo observari curent.

§. 33. Primum ad ea quae de divino Officio persolvendo statuta sunt, illud additur, ac decernitur, ut poena subtractionis alimentis contrafacientibus proposita, nec à Priore, nec ab eo qui ejus vices gerit, remitti possit illi, qui horis Canonicis, sive diurnis, sive nocturnis, cessante legitima causa, non interfuerit. Deinde ut qui Officii initio ad Chorum non convenerit, genuflexus in medio Chori tandem maneat, quandiu surgendi licentiam à Priore impetravit; tum in refectorio horam canonicam quam ob huiusmodi negligentiam omisit, aliis cibum sumentibus, etiam genuflexus recitare teneatur. Curz sit Priori, ut Officium divinum in Choro à fratribus suis locis confidentibus devotè cum punctis & pausis persolvatur, & ut Missae non nisi ex Missalis Romani praescripto, nec nimia celeritate celebrentur: qua in re observabit, an in recitatione Canonis tantum temporis quantum ad illius verba devotè exprimenda exigitur, à singulis infumatur; & contrafacientes moneat, ac salutaribus poenitentibus coarceat. Ad Salve Regina, post Completorium cantandum, omnes quotidie etiam Officiales & Conversi omnino conveniant, & post Salve Regina Litanias Beatae Mariae & Virginis pro felici statu S. R. E. pro populo, & pro Religione augmento devotè recitentur. Diebus vero festis post Vesp. & Salve Regina statim cantentur: qui defuerint, eos Prior publicè corrigat, ac etiam cibi subtractione puniat. Quae omnia an-

servata fuerint, Provincialis in visitatione diligenter inquiret, & si Priorem negligentem invenerit, illum officio Prioratus absolvet.

§. 34. Prior curet, ut Ecclesia diebus festis hora competentis loco consuetudine claudatur, & aperiat, cum autem eam patere necesse fuerit, Sacrista, vel alius probatae vitae semper adsit, qui indigna ibi fieri prohibeat, praesertim divinis Officiis fores Ecclesiae feriatis diebus omnino claudantur, nec nisi ex praescripto Constitut. aperiantur: quod etiam de foribus Monasterii cautum intelligatur. Provincialis in visitatione poenam privationis officiorum transgressoribus imponet. Caveant autem fratres, ne quacumque de causa tempore divinatorum Officiorum personas aliquas in Ecclesia, vel ad illius, Sacristaeve, aut Monasterii januas, nisi de licentia Prioris alloquantur, sub poena unius publicae disciplinae.

§. 35. Neque Prior poena suspensionis ab officio eo ipso incurrenda per sex menses proposita, quemque fratrem solum, aut cum socio, extra claustra, in via, aut adibus Monasterio proximis tunc temporis, aut aliis commorari permittet.

§. 36. Neque banuitos, criminosos & delinquentes, seu decoctores in Conventu retineat, aut retineri patiat, sub poena privationis officii perpetuè eo ipso incurrenda, eandemque poenam subeat, qui aliquem ex praedictis, etiam annuente Priore, in cella aliqua Conventus exceperit.

§. 37. Confugientes vero ad Ecclesiam, & ad alia eorum loca sacra, Superiores teneantur quamprimum commode potuerint deferre Episcopo, seu alii loci Ordinario.

§. 38. Nullus puerorum saecularium, etiam Clericorum scholam Grammaticae, aut eujuscumque artis liberalis intra Monasterium sub poena amissionis utriusque vocis ipso facto incurrenda exerceat, seu aliquem ipsorum doceat, quam poenam etiam Prior qui id permiserit, incurrat. Nec extra Conventuum septa quidquam docere liceat, nisi de Sedis Apostolicae licentia, eadem poena proposita.

§. 39. Prior nullo modo, neque praetextu servitutis Ecclesiae, in Monasterio extraneum quemquam commorari ad edendum vel ad discendum, sive aliud quidpiam agendum permittat, poena illi suspensionis ab officio per sex menses ipso facto proposita.

§. 40. Verum nemo rectè legendi munus suscipiat, nisi is qui duplici doctrina discipulos sibi subiectos instituat, scientia nempe, & innocentiae conversatione. Idcirco deinceps huic muneri praeficiatur is, cujus prohibitas, ac mores seniorum patrum testimonio commendentur, ac diligenti adhibito examine de vitae innocentia & doctrina, à Priore generali facultatem in scriptis habeat, qui in Lectoribus & Magistris constituendis non ingenii solum & eruditionis, sed etiam regularis disciplinae, mortificationisque rationem habeat.

§. 41. Ad Bacchalaureatus gradum nemo deinceps promoveatur, nisi spectatae vitae, religionis & disciplinae regularis observantiss. qua in re diligens fiat à Generali, sive ejus Vicario, Provinciali & socio in Visitationibus inquisitio per secretum examen, cum juramento Prioris & fratrum ejus Conventus, in quo proximo triennio commoratus fuerit, ac nisi conclusiones publicè egregiè sustinuerit, circa illas prius sigillatim à Generali, sive ab eo deputandis interrogatus, ac idoneus repertus ad eas honorificè sustinendas, nec item eo gradu aliquis deoretur, quem scientiae & aliarum virtutum spes magisteriatu honore dignum non ostendat. Quae omnia in actis referantur, ac in literis patentibus exprimentur, & si secus factum fuerit, promotio ipso jure nulla sit, ac promoventes poenam privationis officii ipso facto incurrant. Quod etiam in promovendis ad Magisterium eisdem propositis poenis strictius servari decernitur.

§. 42. Nullus in Studentium numero adscribatur, nisi bona indole, ac probis moribus excoltus, habita fide cum juramento à Priore, & fratribus Conventus, in quo majori ex parte resederit, ac nisi Grammaticam aded calleat, ut Latine expedite loquatur, ac ad Latinos auctores approbatos intelligendos aptus existat, cujus quidem in-

licentia

An. 8.

claratio

quantur

formatio

epistolica

scii divini

ditione.

Ecclis  
aperiendis,  
& clauden-  
dis, et alla-  
tione fra-  
trum probi-  
tate tempore  
divinatorum  
officiorum.

Exim à Mon-  
asterio.

Delinquenti-  
bus non reci-  
piendis.

Confugienti-  
bus.

Scholis pue-  
rorum non  
admittendis.

Erronei  
non permis-  
tendis.

Lectoribus  
electis.

Bacchalaureatus  
gradibus conce-  
dendis.

Studentibus  
receptis.

intelligentie periculum ita fiat : objiciantur examinande duo auctores, nempe ex difficilioribus, ex quibus caput unum saltem ex improvise per alia verba Latina interpretetur, pena privationis vocis utriusque ipso facto incurrenda per biennium ipsi adscribentibus, si secus fiat, proposita. Neque aliquis ad Philosophiam audiendam, nisi probe in Dialectica versatus, neque ad Theologiam, nisi Physica plene instructus admittatur.

*Libris non voluminis in studiis.*

*Qui & quomodo legere debeant.*

§. 43. In Studiis vero præsertim humanioribus, nullus liber adhibeatur, quo mores depraventur, & vitæ innocentie periculum imminet.

§. 44. Regens Bacchalaureus Conventus, & Magister Studii quotidie legant spatio unius horæ, diebus festis, & die Jovis, si festum nullum in hebdomada occurrat, exceptis à secunda Dominica post Pascha, usque ad 15. Julii, à prima die Septembris, usque ad 20. diem Decembris, atque à prima die Januarii, usque ad Septuagesimam. Quibus diebus nulli Studentium abesse liceat, neque de licentia Provincialis, quavis de causa, sub pena privationis studii ipso facto incurrenda. Ea vero ratione legent, ut Regens toto triennio tres priores libros Magistri sententiarum ex sententia D. Thomæ interpretetur (quarto singulis diebus festis post Vesp. ab eodem explicato) teneaturque saltem semel in hebdomada lectionem ex Metaphysica, vel ex libris Ethicorum Aristotelis, prout sibi magis expedire videbitur, habere. Bacchalaureus Conventus libros Phys. de Cælo; Generatione, & Anima, iis omittis quæ ob facilitatem omitti solent, eodem tempore explicabit. Magister totam Logicam, hæc est librum Prædicab. Perihermenias, & Post. exa&è, Priorum vero, Elenchorum, Topicorum per compendium declarabit. Conclusiones singulis diebus, quibus legitur, ex Theologia, Philos. & Logica ab unoquoque Studentium ex Ordine sustineantur, aliis de more per vices argumentibus.

*Silentio in disputationibus.*

*Regens omnia studia vigilet.*

*Qui & quomodo prædicare possint.*

§. 45. Nec liceat alicui ad evitandam confusionem, nisi Bacchalaureo, qui partes sustentis adjuvabit, & Magistro studii, qui partes arguentis fovebit, aliquid, nisi de Regentis licentia, dum disputatur dicere.

§. 46. Regens ter in anno, expletis Lectionibus per litteras, quid & quantum lectum fuerit, Priori generali significare teneatur, qui semel in anno studia omnia visitare, Studentesque singulos, eisdem iis qui non profecerint, per se vel per alium idoneum examinare debebit.

§. 47. Nullus ad prædicandum, nisi Magister, aut Bacchalaureus mittatur: possit tamen Generalis aliquem ex Studentibus in Sacra Theologia diu versatum, & ad id munus diligenti examine idoneum repertum mittere tempore dumtaxat Quadragesimali, aliis vero temporibus nulli, neque Bacchalaureo, neque etiam Regenti liceat, neque etiam in propria Ecclesia prædicare, ne statutz Lectiones deserantur, aut intermittantur.

*Theologia prædicatio semel in hebdomada.*

*Recognitionis progressus in studiis.*

§. 48. Et quia sacrarum, & humanarum litterarum studia cum pietate, bonitate & virtutum omnium exercitatione conjuncta esse debent, ideo semel in hebdomada, die à Priori generali constituto, de Theologia practica habeatur tractatio, in qua præcipue de virtutibus, quibus alimur in vita spirituali, & de vitiis oppositis, quæ tanquam morbos animæ caveamus, agatur.

§. 49. Quotannis certo stato tempore, à Priori generali singulorum Studentium progressus recognoscatur, cui recognitioni, præter Priorem Conventus, etiam Provincialis intesit, seu alius à Generali delectus, & ii de omnibus, quæ circa studia providenda erunt, & præcipue de promovendis discipulis ad superiores classes, & de Lectionibus & Regente, ac ipsismet Studentibus mutandis, cum Priori generali communicent, neque circa studia aliquid statuatur sine ejusdem Pattis Generalis consensu.

*Generalis examinatio de Bacchalaureis in visitatione.*

*Lectione sacra Scriptura, vel casuum conscientia qualibus hebdomada habeatur.*

§. 50. Generalis in visitatione Bacchalaureos quoscunque diligentissime examinabit, & si quos minus idoneos invenerit, itaut sufficienti ad hujusmodi gradum eruditione careant, illos pro ignorantie modo aut suspendet, aut privabit. Quod etiam circa alios Studentes observetur.

§. 51. Curet Prior cujuscumque Conventus, ut Lectio sacre Scripturæ, vel casuum conscientie, ex præscripto decreti Apostolici singula hebdomada habeatur. Neque ipse prior ab hujusmodi lectione aliquem abesse permittet. Lectio autem cum collatione non minus spatio unius

horæ durabit, teneanturque singuli Sacerdotes circa propositas à Lectore dubitationes interrogati, quid sentiant ex ordine respondere, quibus etiam liceat circa materiam prælectam dubitationes excitare, iisque Lector satisfacere teneatur, ac propterea summam saltem aliquam causam conscientie habere singuli debent. Si Lector non legitime impeditus à legendo per hebdomadam cessaverit, voce activa & passiva per annum privatus existat: si per aliam hebdomadam in munere suo obeundo defecerit, per biennium eandem subeat penam. Si in contumacia per tertiam hebdomadam steterit, ultra vocis activæ & passivæ privationem, per quinquennium jure legendi suspensus sit. Si fratres vero studio adscripti Lectioni non adfuerint, pro prima & secunda vice in Refectorio panem, & aquam publicè edant. Si tertia deliquerint, voce activa & passiva per triennium, aliisque etiam penis arbitrio Provincialis pleantur.

§. 52. Ut autem fratres omnes in conscientie casibus magis versati fiant, nullus deinceps in Priorem eligatur, qui non prius ad confessiones audiendas admittus fuerit, aut saltem spatio sex mensium proximè futurorum, ab Episcopo loci in quo Prior est electus, admitti se curaverit, aliàs officium illius ipso jure vacare intelligatur.

§. 53. Neque aliquis ad confessiones audiendas, antequam præsentetur Ordinario, minor triginta annis à Generali admittatur, & qui prius rigoroso examine circa doctrinam, mores & disciplinam à Provinciali, & duobus Magistris, onerata ipsorum conscientia non fuerit approbatus.

§. 54. Etsi vestitus exterioris, qui unus esse debet, sicuti una est Religio, & interioris qualitas in Constitutione Ordinis cap. 19. satis exprimitur, quia tamen quorundam temeritas, & regularis disciplinæ contemptus ita inolevit, ut potius laici quam religiosi ex habitu videantur, Prioribus Conventuum sub pena privationis Officii, ac inhabilitatis ad alia officia ipso facto incurredæ præcipitur, ut omni abusu sublato, vestes fratrum tam interiores quam exteriores ad præscriptum Constitutionum corrigant, itaut tunicæ talaris sint, non longiores, neque breviores, neque apertæ, nisi ante pectus, manicæ non rugosæ, zona non nisi coriacea, caligæ tantum albæ, vestes interiores albi, aut nigri, non mixti, aut alterius coloris, camisæ lanæ, lineæ vero (quæ non nisi ob infirmitatè permittuntur) omnino exterioribus non appareant. Cappæ non sine rugosæ, pilei uniformes, non eminentes, bireta non sine angularia, sed potius rotunda, quæ intra claustra tantum à Paschate Resurrectionis usque ad festum omnium Sanctorum permittantur: pallia, quibus non nisi cum pluit, ac in itinere utendum est, simplicia, habitus per Urbem semper integer, omnis denique ornatus sericus, argenteus, aut aureus, & color in omni re, quamvis minima, præter in Constitutione expressum, omnique luxus & superfluitas tollatur, pena fratribus non exeundi septa Monasterii per sex menses proposita. Nullus præterea, quamvis Magister, quacumque de causa annulos aureos, aut argenteos, vel alterius materie in digitis gestare præsumat, sub pena privationis vocis utriusque ipso facto incurrenda, quas penas Prior remittere non valeat, teneaturque semel saltem in mense cellas, & indumenta fratrum quorumcunque diligenter visitare, neque ullo modo aliquid sericum, vel ad arcendum sudorem in biretis, aut pileis, aut in alia quavis re permittet. Nemo item barbam sibi circa maxillas, & mentum abradi faciat, sed illam prout natura protulit, deferat, neque capillos circa tempora prominentiores, aut longiores gestet, quam in occipite, sub pena privationis vocis utriusque ad arbitrium Generalis, pena quoque Priori qui permiserit, privationis proposita. Provincialis etiam diligenter in visitationibus perquiret, an Priores circa prædicta aliquid adversus Const. permiserint, ac eos qui in culpa fuerint, officio privabit. Quod si Generalis Provinciale quoque in re hac negligentem fuisse deprehenderit, possit illum ab officio suspendere, aut etiam pro culpæ qualitate privare. Curæ sit Prioris Generalis, abusus omnes tollere, & maxime in literis familiaribus describendis, ut non sæculari, sed religioso more se invicem tractent, aliqua præscripta forma, quæ humiliter Religionis statui conveniat.

*Primo gendi...*

*Con...*

*Vestitus...*

*ra...*

*...*

*...*

*...*

*...*

*...*

*Syndici...*

§. 55. Syndicus omnem pecuniam ad manus fratrum quomodolibet pervenientem, in libro redditus, in quo

aliae Conventus pecunie adnotari solent, describet, atque cum pecuniis Conventus profus confusam Depo-  
sitario servandam tradet, ut inde communis victus & ve-  
stitus, ut praefertur, suppedietur, aliisque fratrum ne-  
cessitatibus de Prioris licentia succurratur, juxta Decre-  
tum Sanctissimi Domini nostri.

§. 56. Confessarii Prædicatores & Lectores, sub pœna  
privationis vocis activæ, & passivæ ad biennium ipso fa-  
cto incurrenda, eleemosynas, salaria, sive mercedes inte-  
gras Priori, sive Syndico cum aliis bonis Conventus cõ-  
fundendas consignare teneantur, teneantur tamen Superi-  
ores Religiosorum necessitatibus præcipue, & ea qua  
debet charitate, & providentia supplere, & providere.

§. 57. Nemini liceat ante refectionem communem, &  
benedictionem præsertim in Refectorio aliquid comedere,  
aut habere: qui secus fecerit, aut disciplina publica  
plectatur, aut cibo ea vice careat, quas pœnas Prior sub  
pœna suspensionis ab officio, Provincialis, seu Generalis  
arbitratu infligenda, irrogare teneatur.

§. 58. Ne Deo militantes sæcularibus negotiis impli-  
centur, omnibus & singulis fratribus cujuscumque gra-  
dus existant, inhibetur ne quis alicujus Principis, aut no-  
bilis viri, vel alterius, etiam consanguinitatis prætextu,  
Procurator aut negotiorum gestor sit, nec in negotiatio-  
nibus ullo modo, aut mercaturis, interpretis, sive media-  
toris vices, aut aliud sæculare negotium gerat, pœna  
privationis activæ, & passivæ vocis incurrenda illi pro-  
posita, præter alias arbitrio Generalis irrogandas.

§. 59. Nullus frater quovis prætextu arma cujuscum-  
que generis gestare, vel apud se retinere, etiam sibi in  
custodia ab aliis tradita, sub pœna vocis utriusque eo ip-  
so amittendæ per annum, ac per sex menses è Monaste-  
rio non exeundi præsumat, quod si arma ex prohibitis,  
uti sunt sclopi rotarii, fuerint, pœnam tritemium per  
triennium eo ipso incurrat, quam pœnam Provincialis,  
omni excusatione remota, sub pœna privationis Officii  
exequi teneatur. Prior autem qui scienter permiserit, of-  
ficio omnino privetur.

§. 60. Caveat autem prior, ne sub pœna privationis  
officii ipso facto incurrenda fratribus exeundi licentiam,  
nisi ad præscriptum Constitutionum, hoc est, nisi bis in  
hebdomadâ, ac nisi genuflexis, benedictionemque pe-  
tentibus, & cum socio concedat, nec quemquam diebus  
festis exire permittat, nisi ob casum necessitatis, quæ  
differri non possit.

§. 61. Decretum S. D. N. de fenestris, quæ in vias pu-  
blicas, aut vicinas laicorum ædes prospiciunt, muro ob-  
struendis quâprimùm executioni mædatur, & si lux aliunde  
venire non possit, saltè ita obturentur, sive fixe apten-  
tur, ut nulla ratione à vicinis fratres videri queant, Priori  
pœna privationis officii proposita, si secus factum fuerit.

§. 62. Prior cujusque Conventus non Collegiati, ex-  
pleto biennio in Conventum Collegiatum, reducatur,  
nisi ad alterum biennium ejus officium pro loci utilitate  
contingat prorogari. Familia verò ultra biennium in hu-  
jusmodi Conventibus commorari non permittatur, sed  
in aliquo Collegiato, ubi disciplina regularis vigeat,  
omnino collocetur, neque Prior, aut quisquam ejusdem  
familie frater possit in Conventu non collegiato, nisi  
post sex annos collocari. Provincialis autem, qui hujus-  
modi decreti temerarius extiterit violator, per annum ab of-  
ficio suo noverit se suspensum, quam etiam pœnam Prior  
ipse Generalis, si contrafecerit, omnino luat.

§. 63. Fratres ab eo Conventu in quo degunt, ad alium  
absque Prioris licentia in scriptis cum termino ad red-  
cendum præfixo, sub pœna carceris non transeant, pœna  
suspensionis ab officio per mensem Priori, qui hujus-  
modi licentiam non perquisierit & legerit, aut aliquem  
sine illa, & Breviario, aut Corona, si Laicus fuerit, re-  
ceperit, proposita.

§. 64. Prior non modò Tabellam Decreto Apost. præ-  
scriptam, in qua horarum distributio continetur, appen-  
di curabit, sed & sub pœna suspensionis, vel etiam priva-  
tionis officii, quam Provincialis relaxare non possit, quæ  
de silentio in Constitutione præcepta sunt, omnino ser-  
vari faciat, fratresque sub eadem pœna strepitantes, aut  
mutuò contendentes, vel etiam obscœna verba proferen-  
tes, minasque aliis intentantes publica disciplina, aut

relegatione è Monasterio, vel etiam carceratione, pro  
modo culpe puniantur.

Datum Romæ die 22. Augusti 1604.

Antonius Seneca Refor. Apost. Secretarius.

Die 22. Aug.

Forma à Generali præscripta Fratr. dicti Ord. in scribendo.

§. 56. **N**os Frater Philippus Prior Generalis, Decreto  
Sacre Congregationis Visitationis, & Refor-  
mationis Apost. inhærentes, omnibus & singulis Ordinis  
nostri Fratribus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub  
pœna privationis vocis utriusque per annum ipso facto  
incurrenda præcipimus, ne posthac in scribendo, aut etiã  
loquendo quemquam, quamvis Generalem, dominum  
suum, aut patronum vocare, aut se alicujus servitorem,  
sive servum dicere præsumant. Sed pro personarum con-  
ditione Patris, aut fratris, aut filii, vel etiam servi in Do-  
mino nominibus utantur. Neque in scribendo aliquem  
multum Reverendum, præter Procuratorem Ordinis Ge-  
neralem, Vicarium Generalem, & Provinciale, nec Re-  
verendum nisi Priorem, & Magistrum, neque Venerabilem,  
nisi Sacerdotem quadragenarium, ac Bacchakau-  
reum nominare velint, sub eadem pœna.

Forma scri-  
bendi aliis  
Fratribus.

**H**ortatio pastoralis ad Episcopos Regni Galliæ, ut  
pace jam composita inter Regem Galliæ, & Re-  
gem Hispaniarum, eorum muneri, animarum-  
que salutis, & Catholicæ fidei augmento arden-  
tius de cetero incumbant.

Ex l.

Similem adhortationem ad Catholicæ Ecclesiæ Patriar-  
chas, Archiepiscopos, & Episcopos non dissimilibus  
de causis fecit S. D. N. Urban. VIII. in constitut. 38.  
Tonitrua, inf. tom. 4.

CLEMENS PAPA VIII.

Edita A. D.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Lugdunensi, & Epis-  
copo in eadem Provincia constitutis.

1599

**D**ives in misericordia sua Deus, quamvis peccatis ho-  
minum promerentibus, multis Ecclesiam suam per-  
turbationibus concuti, & tanquam tempestatibus jacari  
permittat, quibus cor nostrum gravi molestia & sollicitu-  
dine conficitur, qui in hac puppi militantis Ecclesiæ, me-  
ritis licet & viribus imparibus, Deo ipso ita disponente,  
clavum tenuimus: idem tamen misericors & miserator  
Dominus, secundum divitias bonitatis suæ, nos stillici-  
diis consolationis suæ mitigare quandoque non cessat.

Prohemium.

§. 1. Nam pace inter duos potentissimos Reges filios  
nostros in Christo charissimos, admirabili Dei benignitate  
conciliata, quod crebro, & multa cum gratiarum actione  
commemorandum est, jam ex ea in isto potissimum no-  
bilissimo Franciæ Regno, quod in viscibus Christi ger-  
imus, commoda illa, ut audivimus, & spirituales utilita-  
tes emanare incipiunt, quas à summa Dei clementia, & à  
vestra etiam pastoralis vigilantiâ, fratres venerabiles, expe-  
ctabamus. Jam enim optatissimæ, & divinitus collatæ pa-  
cis beneficio Regnum istud amplissimum tanquam ex  
gravi & periculoso morbo, quo diu est afflictatum, recrea-  
ri videtur, jam divino illius munere, qui est pax nostra, qui  
non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed facit  
cum tentatione proventum, respirat, & quodammodo  
resurgit Christianissima Gallia, & Catholicæ Religionis  
gloria, & vetus ille splendor divini cultus, ut audivimus,  
paulatim redit, & reflorescit, pastores complures vigilant  
super gregem suum, & oves pastorum vocem audiunt, &  
ab aliis fugiunt, & Spiritus sancti numine corda patrum  
ad filios, & corda filiorum ad patres convertuntur.

Pax com-  
posita fuit hoc  
Pontificatus  
nostris inter  
Reges Gallie  
& Hispaniæ  
unde Catholi-  
cæ Religio-  
nis gloria  
augmetur.

§. 2. Quæ cum nobis nunciantur, exultat in Deo spi-  
ritus noster, eumque ex intimo cordis affectu oramus, ut  
ipse, cujus perfecta sunt opera, quemadmodum cœpit, ita  
in vobis opus & gratiam suam perficiat.

Idcirco idem  
Pont. in Deo  
exultat.

§. 3. Quod igitur anno superiore fecimus, per Aposto-  
licas nostras literas, te frater Archiepiscopo, & vos fratres  
Episcopi iterum salutamus, iterum ex nostra Pastoralis sol-  
licitudine, & zelo per motu charitatis Christi, qui cor no-  
stru excedit, ad opera & labores Episcopales vos invitamus,  
ad quos à summo Patrefamilias vocati, & conducti sumus  
magnis sanè præmiis & coronis: atque hoc ipsum pater-  
ni erga vos amoris nostri officium tanto nunc libentius  
& jucundius repetimus, quanto majorem apud vos ad-  
monitiones & cohortationes nostras vim habuisse per-

Episcopi quo-  
que horamur, ut  
eorum mun-  
neri diligen-  
ter intenden-  
tes, animarum  
saluti, & fi-  
dei Catholi-  
cæ augmen-  
tationem in-  
cumbant.

spicimus,

inspici-  
turi  
vult  
nempe  
ante  
nempe  
facu-  
turi  
gesta-  
præsu-  
tantum  
idem-  
con-  
veniam  
Cris-  
ob-  
vult  
vult  
vult  
vult

spicimus, quæ certè ex ardenti studio, & desiderio salutis animarum promanant. Nunc ergo vos currentes magis magisque incitamus, sic currite in hoc spirituali studio, ut comprehendatis. Nunquam enim cessandum, nunquam in medio cursu insistendum, neque cura & diligentia vestra remittenda, sed quæ retro quidem sunt, & præterire, quodammodo obliti, ad remotiora, quæ in conspectu vestro sunt, vos ipsos extendite, donec gratia Dei adjuvante perveniat ad destinatum scopum & præmium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Vobis enim non corruptibilis corona proposita est, sed incorrupta, & quæ nulla temporis diuturnitate marcescit. Quod si ii qui terrenis & caducis divitiis congregandis inhiant, tantos labores suscipiunt, tantis sudoribus seipos exercent, agros novant, terram arant, sulcos altius imprimunt, & iteratis arationibus solum profcindunt, ut fetus uberiore edat, quid vos tandem facere oportet in hac spirituali cultura, qui labores non subeundi, etiam cum fletu & lachrymis arandum & serendum sit, ut venientes paulo post, veniat cum exultatione animarum, quas Christo lucrati eritis manipulos lætissimos reportates. Nunc ergo levate oculos vestros, & videte regiones istas, quæ antea erant sicut Paradisus Domini, sed vepres multi, & spinæ succrevetunt, & dormientibus colonis, inimicus homo superfeminavit zizania, multumque morum errores, multæ corruptelæ, & quod lucuosius est, multæ hæreses, tanquam stirpes, & herbæ venenatæ & pestiferæ in Regno isto amplissimo exortæ sunt, sed nativa illa Francorum bonitas, & tanquam ingeneratus animorum candor, quasi quædam agrorum ubertas adhuc remanet: modò vos Episcopi in illorum culturam magna industria, magna diligentia incumbatis, confidimus in Domino, quod gratiæ suæ rore fecundabit terram istam, & germinare eam faciet sicut priùs germina pietatis & Religionis, & quæ vos seminaveritis pia & sancta, eadem benedicente Domino metetis, & fructum multum congregabitis in vitam æternam.

*Clericorum que delectum habeant.*

*Simonia labem exterminet, avaritiamque suspiciam ambulant.*

*Sacris ordinibus probos viros ascribant.*

*Ordinationum temporum, & alia observent.*

§.4. Sed quoniam ad agrum Domini, & ad vineam Dei Sabaoth excolendam operariis multis fidelibus & strenuis opus est, propterea hortamur vos etiam atque etiam fratres, & commoneamus, ut in Clericis conscribendis, quorum opera in Ecclesia, & in omni spirituali ministerio uti debetis, magnam curam, magnum delectum habeatis.

§.5. In primis verò date operam, omnique studio, ope, conatu, vigilantia contendite, ut detestabilem simoniam labem à domo Dei, quam decet sanctitudo, penitus exterminetis, neque vos ipsos modò puros atque incorruptos à fœdissimi & perniciosissimi morbi contagione conservate, absit enim ut Episcopalis dignitatis castitas atque integritas, tantæ impuritatis macula violetur atque fœdetur, sed cæteros etiam cohibete quam diligentissimè, ne tantum scelus admittant, nihil immundum, nihil coinquinatum in Sanctuarium Dei ingredi oportet, alioquin ira Dei supra modum provocatus, & Ecclesia Dei detrimentis gravissimis afficitur. Itaque simoniæ lepra contaminatos, arrepto disciplinæ flagello, ejicite à templo Dei foras canes: foras operarii subdoli, qui dona Dei, qui Spiritum Sanctum existimant pecunia possideri. Denique fratres, divini honoris zelo incensi, vigilate, agite atque efficitte, ut à Cathedralibus, & superioribus Ecclesiis, à beneficiis Ecclesiasticis, ab Ordinum collatione, postremò à cujusvis Ecclesiastici muneris functione omnes illicitæ pactiones, omnis execrandæ simoniæ absit labes, & perniciosa, omnisque sordidæ avaritiæ suscipio ab Ecclesiastico ordine quamlongissimè arceatur.

§.6. Jam verò quanti momenti sit Clericorù ordinatio, quantum ea in re Episcoporum curam & sollicitudinem sacri Canonis requirant, non ignoratis fratres, hæc enim prima aut bonorum, aut malorum multorum, quæ postea consequuntur, causa est & origo. Nisi enim is qui ad clericalem militiam adscribitur, aut sacris ordinibus initiatur, talis sit, & tali proposito ad hoc vitæ genus accedat, ut in corde vero & simplici cultu Deo præstare, & illi fidelè servitutum servire cupiat, atque ita in sortem Domini adscribatur, ut verè, & ex animo Deum ipsum sortem suam, & portionem habere desideret, profectò si aliter fiat, quæplurima, & gravissima incòmoda, & mala existere necesse est.

§.7. Hinc illa veterum sanctorum Patrum, & sacrorum Conciliorum tam exquisita diligentia, & veluti anxietas,

quam in hac ipsa ordinandorum materia ab omni Ecclesiæ antiquitate observare licet, ut statutis anni temporibus, quando Spiritus sancti gratia per totius fidelis populi orationem & jejunium præcipue imploratur, ordinationes habeantur, ut in Cathedrali, & primaria Ecclesia à proprio Episcopo publicè ritu solemnè celebrentur, ut non nisi probati, & examinati intrentur, ita ut Episcopus ipse piis, & prudentibus Sacerdotibus, & divinæ legis peritis, atque in Ecclesiasticis functionibus exercitatis secum adhibitis, de ordinandorum genere, natalibus, ætate, institutione, vita, moribus, doctrina & fide diligenter inquiret, atque investiget, ut non nisi digni & probati, bonum testimonium habentes, qui Deo auctore sperent se continere posse, qui piè & fideliter in ministeriis antea se gesserint, paulatim, & per temporum intervalla ad altiores gradus assumantur, & ad sacratissima mysteria, quibus nihil est divinius, meritò admittantur.

§.8. Denique in Collegiis, & Seminariis Clericorù instruendis, & Clericis ipsi ab ineunte ætate ad pietatem & religionem informandis, magna omni tempore ab Episcopis diligentia est adhibita, idque meritò, propterea quod optimè perspicerent, Ecclesiasticam disciplinam iis fundamentis niti, & bonorum operariorum copiam in primis in Ecclesia necessariam esse intelligerent.

§.9. Quas ob causas fratres, quanta maxima possumus efficacia vos hortamur, monemus, & rogamus per viscera misericordiæ Dei nostri, ut non nisi idoneos, & Ecclesiis vestris utiles Clero adnumeretis, & ad ordines præsertim factos promoveatis. Etas quidem, ut scitis, unicuique ordini præscripta est, sed nõ ea sufficit, nisi in vita & moribus eorum, qui sacris ordinibus initiandi sunt, senectus sit, nisi Christi bono odore compleant domum Dei, & nisi ea eruditione, & scientia sint instructi, quæ ad ordinem exercendum pertinet, quod cum in aliis sacris Ordinibus observandum est, tum maxime in Presbyteris initiandis, qui sublimiore loco supra candelabrum ponuntur, & tanquàm lucernæ accenduntur, ut luceant omnibus qui in domo sunt, quibus animarum cura committitur, quæ est ars artium, qua nulla difficilius, aut majoribus periculis obnoxia. Hi nimirum adjutores vestri sunt, qui ad populum regendum, & salutatis Sacramentis pascendum eliguntur, qui doctrina, pietate, castis moribus & illustribus bonorum operù exemplis ita aliis præluere debent, ut verè lux, & salus populi sint, & habeantur. Nunc autem crebrò apud vos sacris ordinibus initiari audimus, & multò cum animi dolore accipimus homines viles, infimæ & abjectæ conditionis, nulla eruditione, nullis meritis, nulla generis honestate commendatos, imò verò rudes, illiberales, sordidos, ineptos, vitiiis plerumque commaculatos, à quibus nihil planè boni, aut ad virtutem, aut ad prudentiam, aut ad rerum usum sit expectandum, multum verò mali jure optimo sit metuendum. Itaque videte fratres, ne contra Apostoli præceptum manus cuiquam nimis prope imponatis, & ne communicetis peccatis alienis; neque enim aliam ob rem, quàm ob collatos ordines, gravius iudicium apud justum Judicem subibitis.

§.10. Quia verò, ut initio diximus, admirabili Dei benignitate Franciæ Regnum paulatim, ut audimus, & in Domino confisi speramus, resurgit, & errorum densæ tenebræ, quæ loca multa pervagaverant, atque obsederant, cælestis gratiæ Sole exoriente, & veritatis lumine dissipatur, ob eam causam vos fratres magnoperè hortamur, ut ad eas regiones, civitates & loca, in quibus Catholicæ Religionis usus restituitur, & divini cultus sacræ functiones tenentur, & Sacramentorum administratio iterum in mores inducitur, atque instauratur, Clericos & Sacerdotes probatissimos mittatis, qui non solum doctrinam, & rerum Ecclesiasticarum usum, sed vitæ integritate & prudentia præsent, qui zelo honoris Dei, & salutis animarum sint incensi, qui verè omni sua actione fidelem populum ædificent, & non destruant, qui non tertena compendia, sed animarum lucrum quærant, qui denique novellas plantationes colant, rigent in spiritu charitatis, & patientiæ, ut ab eo, qui est fons perennis bonorum omnium accipiant incrementum.

§.11. Sed quoniam in omni rei domesticæ cura nihil est utilius, quàm si ipsemet paterfamilias omnia frequenter inspiciat, suaque vigilantia suorum industriam & diligentiam

*Semina Clericorù & Coeli instruat & præmandat deant.*

*Clericos nos ad eos in primis.*

*Præfer locis ubi tholica religio rursus.*

*Ecclesiæ Divinæ sitent.*

CLEMENS OCTAVUS.

diligentiam alar, propterea vos hortamur fratres, vobis- que precipimus, ut Ecclesias, & Dioeceses vestras vos visitetis, vos ipsi stete in medio ovium vestrarum dissi- patarum, & congregate eas, vos ipsi imitatores facti bo- ni pastoris illius, qui animum suum posuit pro ovibus suis, pascite gregem vestrum, & pecoris vestri vultum agnoscite, ut non jam furum & alienorum, sed patris & pastoris sui vocem audire, & sequi assuecant, vos con- gregate agnos, & in brachiis vestris, & in sinu vestro levate, & gestate eos, & fortas oves vos ipsi portate, mi- rum est enim quanta vis sit, quanta utilitas Episcopalis visitationis, quod alteris etiam literis nostris pastoralibus, quas anno superiore ad vos dedimus, accuratè pro- rei gravitate contestati sumus.

§. 12. Sed in universum in omni sacra & Ecclesiastica functione vos auctores, vos duces & magistros esse oportet, ut quasi de vestrae sanctitatis splendore Clerus omnis lumen hauriat, & vestrae charitatis igne incale- cat. Itaque in tremendi Sacrificii frequenti & devota oblatione, in Missarum solemnibus celebratione, in Sacra- mentis administrandis, in divinis officiis obeundis, in cultu & nitore Ecclesiarum, in disciplina domus & fami- liarum vestrarum, in pauperum amore, & misericordia, in omni denique opere pietatis, religionis & virtutis estote forma gregis vestri, sicut decet Episcopos servos Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

§. 13. Implete igitur fratres gaudium nostrum, reficite viscera nostra, ambulate in dilectione, & laborate stren- nue in vinea Domini in omni patientia & doctrina, aspici- entes in remunerationem magnam, & in gloriam illam, quæ exuperat omnem sensum: nam magni quidem sunt labores, sed magna erunt præmia bonorum Episcoporum, in quibus posuit Deus verbum reconciliationis, qui lega- tione funguntur pro Christo ad populum. Ergo honorifi- cate, & implete ministerium vestrum, adjuvate patriam nobilissimam, adjuvate animas pretioso Christi sanguine redemptas, arcete lupos ab ovibus vestris, resillite mi- nistris sathanæ, prædicare verbum, docete errantes, & eos in viam veritatis & salutis adducite, aderit vobiscum Deus, qui nos confortat, & in quo omnia possumus, non deerit etiam vobis, ut confidimus, auxilium Christianissimi Re- gis vestri Henrici, filii nostri charissimi, filii desideratissi- mi, quem cum multis lacrymis parturivimus, & multo cum gaudio iterum genuimus in Christo: nam à nobis, & ab hac sancta Sede, in qua indigni & immeriti præsi- demus, ubi nostra Apost. auctoritate opus fuerit, omnia vobis parata erunt adjumenta: venite ad nos, qui vos ut fratres amamus in visceribus Jesu CHRISTI, venite ad matrem, ad Romanam sanctam Ecclesiam vestram, & omnium Ecclesiarum matrem, caput & magistrum: nihil nobis optatius, nihil jucundius, quam unà vobiscum Dei gloriæ, & Catholicæ fidei propagationi servire, & ani- mas multas ad Christum adducere. Adjuvantes ergo ex- hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ecce nunc fratres, tempus acceptabile, ecce nunc dies sa- lutis, tantam salutiferæ pacis opportunitatem ne effluere patiamini, sed fructum ex ea capite uberrimum, nunc enim populi admonendi efficaciter sunt, ut Dei optimi beneficia agnoscant, eumque deinceps peccatis ad ira- cundiam ne provocent, sed convertantur ad eum in corde perfecto, & ambulent rectè coram Deo, abjicientes opera carnis, & opera tenebrarum, induiti arma lucis, & opera spiritus perficientes, ut tranquillam vitam aga- mus, & pace diuturna perfruamus, & fidei Catholicæ in- cremento in Domino gaudeamus. Invitat etiam Anni sancti, & plenissimi Jubilæi jam proxima celebritas, quando Spiritus unitatis Ecclesiæ magnopere apparet, & fidelium omnium pietas & devotio, quasi communi quodam calore, & gratiæ impulsu excitata, vehementius exardescit: quam sanctam Jubilæi celebritatem, jam per literas nostras Apost. omnibus Christi fidelibus indixi- mus, & promulgavimus, & præcipuè fratres nostros Epi- scopos & superiores Antistites admonuimus, ut nunc ma- ximè studeant, Dei adjutrice gratia, parare Domino ple- bem perfectam. Hoc ipsum vos etiam, atque etiam hor- tamur fratres, idque tanto impensius, quanto plura & majora à patre luminum beneficia accepistis. Attendite igitur vobis & universo gregi, & talenta vobis credita Bullarii Magni Tom. III.

negotiumni fideliter & fructuosè, ipso benedicente à quo solo est omnis sufficientia nostra, & cujus vicem in terris nos quamvis indigni gerentes, fraternitates ve- stras pariter benedicimus, & Clero ac populo vestro fi- deli eandem Apost. benedictionem nostram paterno af- fectu impartimur.

§. 14. Tu verò frater Archiepiscopo cura, quod te an- no quoque superiore fecisse non dubitamus, ut hæc literæ nostræ ad fratres nostros Provinciarum tuarum Episcopos dili- genter perferantur. Deus autem omnis gratiæ, qui voca- vit nos in æternam suam gloriam in CHRISTO JESU, ip- se vos regat, perficiat & confirmet in omni opere bono, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1599. Pontificatus nostri anno octavo.

Archiepiscopo  
pne his literis  
rat ad sub  
Provincia  
Episcopos  
perferri cupi  
vit.

Dat. Romæ  
die 20. Aug.

Institutio Congregationis Fratrum Reformatorem LXII. & Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, primitivam d. Ordinis Regulam observantium.

Hanc primitivam regulam vide supra in constit. 1. Innocen- tii III. Operam, fol. 71. lib. 1. qui illam instituit, & ibi de toto hoc Ordine materiam posui. Istamque institutio- nem approbevit, duoque vota ab istis Discalceatis, ultra alia emitti iussit Paulus V. inf. in sua const. 61. Qua piè.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D.  
1599

AD militantis Ecclesiæ regimen divina dispositione, Amertis licet imparibus, eveci illud nobis præ ce- teris curandum proposuimus, ut Ecclesiasticorum, & reli- giosorum Ordines quoscumque ad pristini regularis cu- juscumque eorum instituti normam, à qua non parum deflexerunt, quantum in Domino possumus, reducere- mus. Ac propterea, qui sua sponte Religionis ac arctio- ris vitæ zelo ducti, pristinae regulæ, quam suæ Religio- nis auctores instituerunt, observantiam cum antiquo il- lo rigore amplecti, ac de cetero sectari consueverunt, eosdem non solum in eorum proposito confovere, sed etiam opportunis gratiis, & favoribus libenter prosequi solemus.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli pii & reli- giosi Ordinis Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum professores, piè considerantes præfatum Or- dinem, qui à fel. rec. Innocentio Papa III. prædecessore nostro institutus & confirmatus fuit, prout in ejus literis sub datum in Laterano s. Idus Februarii, Pont. sui An- no 1. expeditis continetur, temporum injuria, & homi- num tepiditate à primi ejus instituti regulari observa- tia deflexisse, & laxiorem vivendi modum suscepisse, & adhuc retinere, ac propterea divina inspirante gratia, ar- ctioris vitæ zelo ducti, primum dicti Ordinis regulare institutum imitari cupientes, postpositis quibuscumque corporis commoditatibus, dummodo Christum lucrifa- cerent, primitivam ipsius Ordinis regulam à præfato In- nocentio prædecessore institutam, cum pristino illo ri- gore observare cœperint, & nonnullas ejusdem Ordinis domos ad hujusmodi primitivam regulam reducerint, & seu de novo instituere sperent, ac alii quamplures eorum vestigia sectantes, sub eadem primitivæ regulæ obser- vantia Altissimo famulari desiderant.

Quidam  
Præfati hinc  
jus Ordinis  
primitivam  
regulam ab  
Innoc. III.  
institutam  
in suo rigore  
observare  
cœperunt in  
Regni Hispa-  
niarum.

§. 2. Nos qui pro nostri Pastoralis officii debito reli- giosorum quorūcumque statui prospere dirigendo liben- ter intendimus, pium dictorum religiosorum propositum summopere in Domino commendantes, ac eorum lauda- bilia principia felicioribus progressibus, quantum cum Domino poterimus, augere cupientes, & eorū quemlibet à quibuslibet excommunicationis, suspensionis & inter- dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absol- vètes & absolutos fore censentes, ex venerabiliū fratrum nostrorum S.R.E. Cardinaliū, super Episcoporum & Re- gulariū consultationibus & negotiis deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum com- mitemus.

Hic Pont.  
eorum insti-  
tutum com-  
probati, &  
isurum Re-  
formatorem  
Congregati-  
nem erigit  
& pœnam  
Priorem ex  
eis eligendū  
regi decernit

missimus, sententia, Motu proprio, & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, unam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Discalceatorum Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum nuncupandam, quæ primitivam regulam Ordinis præfati perpetuo observet, habitu quem modò gestant, utentes, in eisdem Hispaniarum Regnis per unum Priorem Provinciale, in Capitulo dictæ Provincie, seu Congregationis, postquam ut in Domino speramus, eorumdem Religiosorum Reformatorum numerus auctus fuerit, canonicè pro tempore celebrando, ex eisdem Reformatis & Discalceatis eligendum, regendam & gubernandam in perpetuum, auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus & instituimus.

*Quævis à superioritate omnium officialium regula modificata eximitur, præterquam ad præfati generalem.*

§. 3. Eamque sic erectam & institutam ab aliis Provinciis præfati Ordinis modificatæ regulæ perpetuè sejungimus, separamus, & dismembramus, ipsosque Fratres Reformatos, & eorum domos & Monasteria, tam hæcenus erecta, quam in posterum erigenda, ab omni, & quacumque jurisdictione, visitatione & superioritate, tam Commissarii generalis, quam aliorum Ministrorum Provincialium, aut localium, & aliorum quorumcumque Superiorum modificatæ regulæ ejusdem Ordinis, super dictis Reformatis, & eorum domibus eis competente, excepto Ministro generali, ut infra dicitur, perpetuè eximimus & liberamus, ipsamque tamen Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum Discalceatorum, ejusque domos & Monasteria præsentia & futura, sub obedientia & superioritate Ministri generalis totius Ordinis præfati, sicut aliæ ejusdem Ordinis Provincie ei subsunt & subjacent, perpetuè subesse, atque subiectam remanere, & subjacere volumus.

*Qui eos visitare & corrigere possit, ut hic declaratur.*

§. 4. Qui per ipsum tantum, vel alium virum idoneum, ex ipsis tamen Fratribus Reformatis ab eo eligendum, eos juxta eorum primitivam Regulam & instituta regularia visitare, reformare, corrigere & punire possit, in Monasteriis tamen, domibus & locis eorumdem Fratrum Reformatorum, extra quæ nullatenus dicti Fratres Reformati, vel aliqui eorum ab eodem Ministro generali quovis prætextu vel occasione amoveri, assignari, mutari, extrahi, aut transferri, vel ad alias Provincias mitti, aut in eis retineri possint, nec ipse Minister generalis aliqua ejusdem Ordinis Fratrum Reformatorum statuta, auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata, seu confirmanda, vel quæ ipse Nuncius nunc fecerit, vel quæ postea à quocumque Capitulo Provinciali dictorum Fratrum Reformatorum facta fuerint, si auctoritate nostra, ut dictum est, fuerint confirmata, mutare, nec aliquas gratias, exemptiones, aut privilegia allicui, vel aliquibus adversus ipsa statuta concedere valeat.

*Ex Conventibus laxioribus ad hos Reformatos transferri, servata forma hic tradita indulget, & Reformatos ad Carthusianos sancti transire permittit.*

§. 5. Quia verò nonnulli præfati Fratres Reformati, ex prædicto Ordine Regulæ modificatæ, quam professi olim fuerunt, sunt assumpti, volumus & mandamus, ut his & aliis, qui ut dictum est, ex Conventibus laxioribus ad hos Reformatos in posterum recipientur, anni spatium concedatur loco probationis, intra quem, si qui præfati instituti, vitæque austeritatem tolerare non possint, ad Priores Conventus Regulæ modificatæ reverti liceat, & si Reformati sibi minus expedire eorum societatem existimaverint, missos facere valeant; post annum verò elapsum, (quod ad experimentum, periclitationemque conceditur) sine nova professione, nulli Fratrum Reformatorum hujusmodi liceat ad alium, præterquam Carthusianum, neque etiam sanctissimæ TRINITATIS modificatæ Regulæ Ordinem absque apostolice nota transire.

*Ad formandam hanc Reformatorum Congregationem Visitatorem à suo Nuncio eligi iubet, qui hic descripta exequatur.*

§. 6. Ut autem in hujusmodi Monasteriis ii tantummodo admittantur, qui ad onera suprædictæ primitivæ Regulæ supportanda habiles & idonei futuri sint, Dilecto filio nostro & Apostolicæ Sedis in eisdem Hispaniarum Regnis Nuncio nunc & pro tempore existenti per præsentem committimus & mandamus, quatenus aliquem Religiosum ex Fratribus Ordinis Discalceatorum B. MARIE de Monte Carmelo, aut Discalceatorum Sancti Francisci, pietate, prudentia, doctrina & experientia, ac in primis Religionis zelo præstantem, quem ad hoc munus magis aptum & idoneum judicaverit, in Visitatorem præfatorum Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis sanctissimæ TRINITATIS eligat, qui Monasteria

prædictorum Fratrum Reformatorum personaliter visitet, & in singulorum Fratrum prædictorum, qui hujusmodi primitivæ regulæ observantiam amplexi sunt, vitam, mores & qualitates diligenter inquirat, ac eorum quos verè ardentis vitæ zelo ductos, ad hanc primitivæ regulæ normam transire judicaverit, professionem per eos (ut supra dictum est) emittendam recipere curet, ceteros verò quos minus idoneos & aptos esse compertit, ut habitum Fratrum Reformatorum dimittant, & eorum domibus exeant, & ad modificatæ regulæ prædictæ domus revertantur, auctoritate nostra, etiam ex communicationis, aliisque censuris & pœnis Ecclesiasticis cogat & compellat.

*Eidem Nuncio statim rursus Congregationis stabilimentum committit.*

§. 7. Præterea idem Nuncius cum consilio prædicti Visitatoris, ac aliorum piorum & eruditorum virorum dictorum Ordinis Discalceatorum Carmelitarum, aut Sancti Francisci, & etiam ex ipsismet Reformatis sanctissimæ TRINITATIS, statuta & constitutiones pro felicitate Provincie Reformatorum, ejusque domorum & Monasteriorum gubernio, primitivæ regulæ prædictæ, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversantes, auctoritate nostra faciat, & observari mandet.

*Ministri quoque & Vicariorum electionem concedit.*

§. 8. Ministros insuper, domorum Vicarios & Magistros Novitiorum, tam ex prædictis Reformatis, si aliqui idonei fuerint, quam etiam in supplementum, ex dictis Carmelitis, aut Sancti Francisci Discalceatis, prout felici hujus novæ Provincie progressui in Domino magis expedire judicaverit, eadem auctoritate nostra eligat.

*Nuncio præfato, & per sonis ab eo deputatis, Novitiorum receptionem permittit.*

§. 9. Dantes & concedentes eidem Nuncio, & ab eo deputato Visitatori prædicto, aut alii vel aliis, quos idem Nuncius ad hoc semel, aut iterum, ut præmittitur, duxerit deputados respectivè, tam præmissa faciendi, quam etiam domos, seu Monasteria ejusdem primitivæ regulæ exigendi, ac Ministris, seu aliis eorum Superioribus, ut eos qui relicto sæculo ad prædictam Religionem confugere divina inspirante gratia statuerint, & alios qui ex prædicto Ordine modificatæ regulæ sanctissimæ TRINITATIS, aut ex aliis, laxioris tamen regulæ Ordinibus, ad præfatum Reformatum Ordinem transire voluerint, servatis servandis admittere possint, concedendi; dummodo quoad eos qui ex aliis Ordinibus ad hunc transitum facere voluerint, major pars vocalium domus, in qua recipiendi erunt, votis in illum consentiant, & Visitatoris prædicti licentia accedat; & nihilominus integrum Novitiatum annum, prout alii de novo recipiendi, antequam professionem emittant, perficiant.

*Nuncio præfati ut Capitulum postea congregando præfatus, & Prælatorum electionem curet.*

§. 10. Postquam autem, benedicente Domino, prædictorum Fratrum Reformatorum Ordinis sanctissimæ TRINITATIS numerus creverit, ita ut prædictorum externorum Religiosorum auxilio non indigerint, & octo saltem domos, seu Monasteria habuerint, in quorum singulis duodecim saltem Fratres Reformati hujusmodi existant, prædictus Nuncius eos ad Capitulum celebrandum convocari faciat, & in dicto Capitulo ipse præsideat, & tam Visitator, quam Ministri & eorum Procuratores canonicè electi, vocem & locum habeant, ac Ministrum Provinciale, ceterosque Ministros domorum ex eisdem Fratribus Reformatis, juxta præsentium tenorem & regularia ejus Ordinis instituta.

*Ministri hujus Congregationis hinc Poni præfinit.*

§. 11. Ipse verò Minister Provincialis primò electus, auctoritate nostra prædicta, ea vice dumtaxat ab ipso Nuncio confirmetur, & tam ipse, quam ejus successores eandem Provinciam Fratrum Reformatorum (salva semper Ministri generalis, tam in ipsam Provinciam, quam in eundemmet Ministrum Provinciale pro tempore eligendum, ut supra dictum est, superioritate) ita ut visitandi, regendi & gubernandi plenam & omnimodam habeat potestatem. Ceteri autem Ministri Provinciales pro tempore in Capitulis Provincialibus, quæ de triennio in triennium, tam pro statutis faciendis, moderandis, aut ea causa abrogandis, quam electionibus Superiorum, & aliis ad bonum regimen ejusdem Provincie pertinentibus faciendis & ordinandis, celebrari debeant, eligendi, à Ministro generali confirmationem quamprimùm petere, ac obtinere curabunt, statim tamen ac electi fuerint, præfatum auctoritatem habeant, & exercere possint.

*Eidem Congreg. facultatem eligendi Procuratorem generalem tribuit.*

§. 12. Concedimus quoque eidem Provincie, ut cum crescente numero domorum & Fratrum, prout supra dictum

dictum est, Provinciales elegerint, Procuratorem Ge-

Privilegia Ordinis communit.

§. 13. Præterea omnibus & singulis dicte Provincie personis, nunc & pro tempore existentibus, quod omnibus & singulis privilegiis, gratiis & indulgentiis, exemptionibus, & immunitatibus, prærogativis, favoribus & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus Fratres dicti Ordinis de jure vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis sacri Concilii Tridentini, constitutionibus Apostolicis, ac primitivæ regulæ prædictis non contrariis, uti, potiri & gaudere liberè & licitè valeant, indulgens.

Reformatos in promissis ab aliis Fratribus non molestari prohibet.

§. 14. Inhibentes Ministro Generali Ordinis sanctissimæ Trinitatis, Commissario Generali, Ministris Provincialibus & localibus, & aliis quibuscumque præfate Regulæ modificatæ, ne per se, aut alios prædictos Reformatos ejusdem Ordinis, aut etiam Visitatores prædictos super præmissis quoquo modo molestare, seu inquietare audeant vel præsumant, etiamsi nondum professionem prædictam regulæ primitivæ emisissent: quod si secus fecerint, eos & eorum singulos excommunicationis sententia ipso facto incurrenda innodamus. Dicti vero reformati nullo modo parere aut deferre teneantur, salva tamen in reliquis obedientia dicti Ministri Generalis, cui eos perpetuò subiectos esse, & subjacere volumus, ut dictum est.

Hanc conditionem præfatis mandat.

§. 15. Decretentes præsentem literas nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu, etiam ex eo quod omnes interesse habentes forsan vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, & in posterum emanandis comprehendendi posse, sed illas semper validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri debere, sicque per quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari & definiti debere, necnon irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executores huius consilii deputati.

§. 16. Quocirca dilectis filiis nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, nunc & pro tempore existenti, & causarum Curie Cameræ Apost. Generali Auditori, necnon Generali Carmelitarum Discalceatorum nunc & pro tempore existenti per præsentem mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, aut quoties pro parte Fratrum Reformatorum prædictorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eos auctoritate nostra præmissis omnibus & singulis, juxta præsentium continentiam, & tenorem pacificè frui & gaudere, non permittentes eos desuper per Ministrum Generalem, aliosque prædictos quomodolibet indebitè molestari. Contradiutores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo. Necnon legitimis super his habendis servatis processibus, illos sententias, censuras & pœnas prædictas incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis omnibus derogat.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac aliis Apostolicis, necnon in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apost. & quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, præfatis vel quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiã derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere vel in specie, etiã Motu proprio, & aliis quomodolibet concessis, approba-

Bullariis Magni Tom. III.

tis & innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptis credi jubet.

§. 18. Ceterùm, quia difficile foret earundem præsentium literarum notitiam ad quascumque personas pervenire, & ubique illas præsentare, eadem auctoritate volumus & decernimus, quatenus transumptis earundem præsentium literarum manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, eadem fides ubique, tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Augusti 1599. Pontificatus nostri anno octavo.

De receptione & professione Novitiorum ad Congregationem Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini nuper in Urbe institutam.

LXIII.

De hujusmodi Fratribus vide inf. tom. 4. ad constitut. 3. Greg. XV. Pastoralis, & const. 36. Ad sacram, necnon S. D. N. const. 38. Ad uberes, ubi multa notavi.

De hujusmodi Fratribus vide inf. tom. 4. ad constitut. 3. Greg. XV. Pastoralis, & const. 36. Ad sacram, necnon S. D. N. const. 38. Ad uberes, ubi multa notavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem ea benignè concedere, per quæ Religiosorum quieti, & in Regulari observantia progressui, ac Religionum propagationi opportunè consulitur, prout in Domino salubriter conspiciuntur expedire.

Exordium.

§. 1. Nos itaque cupientes propagationi Congregationis fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis S. Augustini nuper in Alma Urbe per nos admittæ, ac institutæ, opportunè prospicere, ac dilectos filios Vicarium Generalem, ac singulos fratres ejusdem Congregationis à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdici, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, professiones per ipsos fratres, & quemlibet eorum usque in præsentem diem in dicta Congregatione emissas, & receptiones quascumque Novitiorum in ipsa Congregatione hucusque factas, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus & validamus, ac validas, firmas & efficaces fuisse, esse ac fore, ipsosque fratres, qui professionem emisissent, verè professos existere, & uti tales in eadem Congregatione perseverare posse, ac debere.

Approbatio receptionis Novitiorum hucusque facta.

§. 2. Novitios verò professionem regularem emittere liberè pariter posse declaramus.

Letentia emittendi professionem.

§. 3. Præterea eisdem Vicario & fratribus, ut in ipsa Congregatione alios Novitios, servata tamen forma Constitutionis felicis recordationis Sixti Papæ Quinti prædecessoris, ac decretorum nostrorum recipere, & expleto Novitiatus Anno ad professionem, etiam regularem admittere, sine alia nostra licentia liberè & licitè possint & valeant, auctoritate & tenore prædictis licentiam concedimus & indulgemus.

Letentia emittendi professionem, Novitiorum, que alios recipiendi, & ad professionem admittendi iuxta consuetudinem Sixti V. quæ est sup. lib. 22.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac decretis nostris prædictis hujusmodi

Quibuscunque non obstantibus.

Justi modi Novitios ad professionem sine speciali nostra licentia admitti posse prohibentibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. S. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 5. Novemb. 1599. Pontific. nostri anno 8.

LXIV. Facultas eligendi Confessorem, quae a Sede Apostolica datur in bulla Cruciatæ, & aliis indultis, non suffragatur personis Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo, neque aliis quibuscumque Ordinibus.

Alia de Ordine Carmelitarum indicavi tibi supra in const. 8. Honorii III. Ut vivendi, lib. 1.

De facultate vero eligendi Confessarium ad Regulares utriusque sexus, & cujuscumque Ordinis non extendenda, nec extra forum conscientiae, edidit S. D. N. Urb. VIII. const. 105. In specula, inf. tom. 4.

Edita A. D. 1599. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Romani Pontificis circumsperta benignitas honestis Repentium votis, quae personarum sub Religionis jugo Altissimo famulantium statum, & salutem directionem respiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & favoribus prosequitur opportunis.

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis privilegiis, quae ab Apostolica Sede concedi solent, datur facultas eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absolvere à casibus Ordinario reservatis, & à quibusdam etiam quae dictae Sedi reservatae sunt, Religiosi dicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam facultatibus uti praesumunt, & illorum praetextu eligunt Confessorem aliquando praeter eos qui à suis Praelatis eorum Confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale eorum vergit detrimentum. Quare praedictus Procurator Generalis humiliter nobis supplicari fecit, quatenus in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, talem concessionem Sanctae Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad praedictum articulum eligendi Confessorem, & absolvendi à casibus reservatis cum Fratribus & Sororibus Monialibus Ordinis praedicti, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujuscumque instituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam Provinciae Hispaniae, quam extra eam ubilibet, locum minimè habere, neque conferri, sed nostrae intentionis existere, quod iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Poenitentiae, seu Confessionis administrationem, dispositioni suorum Praelatorum subjecti sint, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo declaramus. Eisdem tamen Praelatis, ut in usu hujusmodi potestatis se cum subditis benignos, & faciles exhibeant, praecipimus & mandamus.

§. 3. Non obstantibus praemissis, & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis praedicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. P. A. S. Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Novemb. 1599. Pontific. nostri anno octavo.

LXV. Reformatio, declaratio & extensio jurisdictionum & facultatum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Camerarii.

Hujusmodi Camerariatus Officium antiquissimum esse liquet ex consuetudine Urbani V. Apostolatus, supra lib. 1. & Pii IV. consuetudine, 5. Romani, lib. 2. Eiusque jurisdictionem in dijudicandis litibus, vide tam in dictis bullis, quam in alia Urbani VI. consuetudine, 1. Apostolica, lib. 1. & Leonis X. consuetudine, 24. Licet, lib. 1. ac Iulii III. consuetudine, 3. Licet ea, lib. 1. Et signanter quoad coactionem Ministrorum Camerae, attende consuetudine, 9. Iulii II. Percipimus, lib. 1. Et quoad computa Officialium, & rescissionem contractuum Camerae laicorum, observa d. consuetudine, Pii IV. practicae. Circa vero rescissionem alienationis bonorum Sedis Apostolicae inspicere consuetudine, 104. ejusdem Pii, Apostolica, supra lib. 2. Et circa lites naufragiorum observa consuetudine, 7. Pii V. Cum nobis, lib. 2. Prout quoad expeditiones Clericorum attendi debet consuetudine, 3. Iulii III. Licet, lib. 3. Nec praetermittenda est bulla 20. Pii IV. Providentia, lib. 2. ubi omnia Privilegia, & jurisdictiones Camerarii confirmantur, & de novo conceduntur: neque reformatio Pauli V. infra in sua consuetudine, 71. Universi, §. 2.

Quo vero ad ipsam Camerae, id est causas eam concernentes, vide d. consuetudine, Urbani VI. Et quoad redditionem computorum Camerae, habes consuetudine, 40. Pauli III. Cum sicut, sup. lib. 1. Quoad occupatores Terrarum Sedis Apostolicae, vide consuetudine, 11. Pauli IV. Incumbentia, lib. 2. Quoad occupatores scripturarum Camerae extat bulla 56. Sixti V. Non sine, lib. 2. Circa solemnitates contractuum ejusdem Camerae, inspicere bullam 13. Pii IV. Cum in alienationibus, lib. 2. Quoad spolia, vide inf. in consuetudine, 1. Pauli V. in eminenti, ubi notabo. De gratis autem interesse Camerae tangentibus in ea registrandis; attende bullam Pii IV. num. 98. Ingens, lib. 2. Reformationes autem dictae Camerae sunt in consuetudine, 13. Eugenii IV. Inter, lib. 1. Et in consuetudine, 24. Leonis X. Licet, lib. 1. & consuetudine, 55. Pii IV. Romanus, lib. 2. ubi etiam notavi.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei: Dilecto filio Petro Sancti Nicolai in Carcere, Diacono Cardinali Aldobrandino nuncupato, nostro, & Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Salutem & Apostolicam benedictionem.

In conferendis muneribus & officiis, quae praesertim gravia, & nobis proxima sunt, ita aequum est prospicere, ut illi in primis ad ea assumantur, quorum multis & illustribus exemplis testata jam pridem virtus jucundam nobis spem facit, eos tales futuros esse, qui opera & laudabiles fructus quotidie proferant in nostra Republica ampliores.

§. 1. Cum itaque officium Camerariatus nostri, & S. R. E. quod bon. mem. Henricus tit. S. Pudencianae, Presbyter Cardinalis Caietanus nuncupatus, noster & praedictae Ecclesiae Camerarius, dum viveret obtinebat, per obitum dicti Henrici Cardinalis & Camerarii, qui apud Sedem Apostolicam debitum naturae persolvit, vacaverit, & vacet ad praesens.

§. 2. Nos attendentes hujus officii magnitudinem, cupientesque hoc praecclarum munus tali viro demandari, qui auctoritate & prudentia fretus, Reipublicae nostrae adjumento esse possit, post habitam de hac re maturam cum fratribus nostris deliberationem, ad te egregii virtutibus praeditum conversi, te fratris quondam nostri filium, ac Signaturae nostrae Brevium Praefectum duximus desumendum, cujus fidei & soletiae tantum onus delegemus. Itaque de ipsorum fratrum consilio, & assensu officium praedictum, sive praemisso, sive alio quovismodo, aut ex alterius cujuscumque personae vacans, cum omnibus & singulis illius honoribus, oneribus, juribus, jurisdictionibus, salariis & emolumentis, quibus dicto Henrico Cardinali & Camerario, ejusque praedecessoribus quibuscumque dictae R. E. Camerariis concessum fuerat, & aliis ut infra, tibi auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus & assignamus, teque quoad vixeris, nostrum & ejusdem R. E. Camerarium constituimus & deputamus.

§. 3. Tibique totum & integrum ipsius officii pretium, ad quaecumque, quantumvis maximam, & inexco-

Sedes Apostolicae quandoque facultatem eligendi Confessorem in bulla Cruciatæ & aliis.

Hac facultas declaratur non prodesse regularibus.

Obstantibus derogatur.

Transumptis fides datur.

Dat. P. A. S. die 23. Nov.

Edita A. D. 1599.

Exordium.

Vocatio officii Camerariatus per obitum Cardinalis Caietani.

Collatio personae Cardinalis Aldobrandini.

Condonatio pretii officii.



gitatam summam ascendens, liberaliter & grato, etiam donatione qua dicitur inter vivos, perpetuo valitura, de simili consilio & assensu, ac Apostolica potestate plenitudine, remittimus & condonamus.

Cunctis omnium facultatum & jurisdictionum.

§. 4. Teque in locum dicti Henrici Cardinalis & Camerarii, ac aliorum predecessorum suorum predictorum, quoad hujusmodi officium, ejusque liberum exercitium, necnon honores, onera, jurisdictiones, salaria & emolumenta predicta, quamplenissime substituimus, & subrogamus.

Dispensatio reinveniendi Camerarii cum Praefectura Brevis.

§. 5. Teque ut una cum d. officio officium Praefecturae Brevis hujusmodi, quoad vixeris, retinere, ac utrumque officium hujusmodi exercere libere & licite valeas, de simili consilio & assensu, auctoritate & tenore praemissis dispensamus.

Specificatio jurisdictionis & facultatum.

§. 6. Ita quod liceat tibi realem & actualem possessionem officii Camerariatus hujusmodi, illiusque exercitii, honorum, jurium, jurisdictionum, salariorum & emolumentorum omnium, per te vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & similiter quoad vixeris retinere, ac Camerae praedictae, & ubique d. Camerariatus officii ratione praesidere, ac proventus, pecunias, res & cetera omnia jura ejusdem Camerae procurare, rationes acceptorum & impensorum habere, credita exigere, debita solvere, Arcibus, praesidiis, & munitionibus, omnibusque praesentibus, & exactoribus, Castellanos & alios Officiales & Ministros quoscumque in omnibus Provinciis, Civitatibus & locis constituisse. Ac etiam per predecessores nostros & nos, alios de mandato nostro, sive dictorum predecessorum nostrorum quomodolibet constitutos revocare, alios subrogare, militiam pro usu Status & Reipublicae nostrae ubicumque opus fuerit instituire, milites conscribere, stipendia assignare, statuta concedere, & condita (salvis tamen infrascriptis reformationibus) mutare. Vices tuas in toto vel in parte delegare, ac pro libito revocare, ac prorsus omnia & quaecumque alia facere, ordinare & exequi, eandemque & omnimodam jurisdictionem in omnibus causis & negotiis ad ipsum officium Camerariatus quomodolibet pertinentibus habere & exercere, quae praedictus Henricus Cardinalis, & omnes alii ante eum Camerarii, de jure, statuto, usu, consuetudine, privilegio, & aliis quomodocumque facere, ordinare & exequi potuerunt, seu etiam debuerunt, etiam si talia forent, quae facultatem & mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus est expressum.

Assignatio emolumentorum.

§. 7. Decernentes te ex nunc ad d. officium Camerariatus, ejusque liberum exercitium, necnon honores, onera, salaria, jura, jurisdictiones & emolumenta praedicta, in locum ejusdem Henrici Card. & Camerarii, & aliorum predictorum recipiendum & admittendum fore, ac recipi & admitti debere, tibi que de emolumentis & aliis juribus praedictis a die obitus d. Henrici Card. & Camerarii, absque alia intimacione Collectoribus ubilibet existentibus, vel aliis quibuscumque facienda integre responderi debere.

Innovatio facultatum consuetarum, atque provisorum, praeter hic excepta.

§. 8. Insuper tibi concedimus & indulgemus, ut omnibus praedictis & quibuscumque privilegiis, facultatibus, praerogativis, praeminentiis, antelationibus, exemptionibus, immunitatibus, jurisdictionibus, juribus, emolumentis, gratiis & indultis, quibus praedictus Henricus Card. & alii ejusdem S.R.E. Camerarii (qui haecenus fuerunt in genere vel specie, aut aliis quomodolibet, tamen Sede Apostolica plena, quam vacante, usi, potiti & gavisii tam antiquis quam modernis temporibus fuerunt, ac uti, potiri & gaudere possent, & etiam deberent, sive de illis per literas Apost. sive per patentes, aut scripturas, aut libros Camerales, aut decreta Cameraalia, seu quaecumque alia publica vel privata documenta apparerent, similiter & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia uti, potiri & gaudere, necnon omnia & quaecumque regalia, proventus, & jura etiam antiqua, tam ex sigillo, custodiis, praefecturis, officiis, exactionibus, taxis, & quibuscumque aliis rebus, & praesertim in litteris facultatum praedicti Henrici Cardinalis & Camerarii enumeratis, quam etiam ex Collectoribus in Regnis Hispaniarum, vigesima nuncupata obvenientia, quae ad rationem duorum pro centenariis super spoliis, fructibus, juribus, & emolumentis omnibus dictae, & aliarum Collectoriarum ubicumque institutarum & instituendarum, tibi assignamus, tibi que omnino persolvi volumus

Bullarii Magni Tom. III.

atque mandamus, (regalibus tantum & emolumentis unius pro centenariis, & impositionibus Congregationum Regularium, & dimidii pro centenariis ex vigesima Hebraeorum, ac etiam dimidii pro centenariis ex subsidio triennali exceptis) integre percipere, exigere, & levare, etiam libere & licite possis & valeas, eaque tam quoad jus percipiendi emolumenta, quam quoad omnia & singula supradicta, uti auctoritate & facultate, qua quisque predecessorum tuorum plenissime usus fuit.

Obedientia Camerario ab omnibus praefanda.

§. 9. Mandantes in virtute sanctae obedientiae dilectis filiis Praesidentibus & Clericis dictae Camerae, ceterisque personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, qualitatis & praeminentiae, necnon Communitatibus, Universitatibus & locis, illorumque hominibus, ac aliis ad quos spectat & pertinet, & pro tempore spectabit & pertinebit, quatenus ipsi & eorum quilibet, tibi tanquam membra capiti obsequentes, ac reverentiam & obedientiam exhibentes, tuis monitis & mandatis omnino pareant & obediant, in regimine & administratione ipsius Camerae, & dicti Officii Camerariatus exercitio ubicumque expedire adsint, & omnia officia debita exhibere procurent. Alioquin sententiam, sive poenam, quam tute tuleris, sive statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Præservatio officii a praesentibus Dominorum de Vitellotio.

§. 10. Ac insuper cum haeredes bon. mem. Vitellotii ipsius Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Camerarii praetenderent officium Camerariatus hujusmodi, quod idem Vitellotius Cardinalis dum viveret obtinebat, ex persona ipsius Vitellotii Cardinalis, praetextu cujusdam concessionis a pia memoriae Pio Papa Quarto, etiam predecessore nostro per dictum Vitellotium Cardinalem obtentae non vacare, eisdemque haeredibus illius pretium & emolumenta deberi, ac propterea lis & causa, seu controversia coram certo causarum Palatii Apostolici Auditore, super dicto officio Camerariatus, ac illius pretio & emolumentis orta fuisset, & indecisa penderet, & similis mem. Pius Papa Quintus pariter predecessor noster securitati & indemnitati tunc existentis ipsius Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarii consulere volens, voluerit & declaraverit, atque decreverit, quod dicta Camera ipsum Camerarium, ejusque haeredes, ac ab eo causam habentes, non solum a praedicta, sed etiam quacumque alia lite & causa, per haeredes, creditores, & fidejussores dicti Vitellotii Cardinalis mota tutari & liberare, ac causae patrocinium propriis impensis suscipere, ac de eversione teneretur, & obligata existeret, cum decretis & obligationibus, ac cautelis tunc expressis, prout in eis, quorum tenores haberi volumus pro expressis, plenius continetur: Nos tuae, tuorumque haeredum & successorum, ac ab eis causam habentium securitati & indemnitati prospicere volentes, de consilio, assensu, ac potestate plenitudine similibus, te tuosque successores ab hujusmodi, & quacumque alia lite & molestia, ceterisque omnibus incommodis eximimus & liberamus, ac etiam statuimus & decernimus, Camera ipsam ad causam praedictam, ut praefertur, suscipiendam & defendendam, teque, tuosque haeredes & successores praedictos, ab omnibus & singulis praedictis praeservandum, ac prorsus ad omnia, & quaecumque alia, ad quae juxta ipsius Pii Quinti predecessoris voluntatem & decretum tunc existentis Camerario, ejusque haeredibus, & aliis praedictis tenebatur, etiam contractu solemnibus & stipulatione, omni tempore teneri, & obligatam existeret.

Exemptio a quacumque subventionibus.

§. 11. Teque tam super praesentis officii Camerariatus concessionem, quam illius pretii donationem, ac emolumentorum, & jurium perceptionem, nullo unquam tempore per nos, & Romanos Pontifices successores nostros, ac Sedem, & Camerae hujusmodi, etiam ratione subventionis, & necessitatis Romani Pontificis pro tempore existentis, ac Sedis & Camerae praedictorum, etiam pro expeditione contra Turcas, & alios Infideles, ac Catholicos fidei hostes, vel ex alia quacumque, etiam quantumvis iusta, pia, legitima, & quae hic de necessitate exprimenda esset, causa molestari, perturbari, aut inquietari posse, nec etiam praetextu dictae litis, aut aliarum molestiarum, quam litem & causam quoad te extinguimus, haeredibusque & successoribus, necnon creditoribus dicti Vitellotii Cardinalis perpetuum silentium imponimus.

CLEMENS OCTAVUS.

90

*Clausula  
preservati-  
va huius ob-  
sequio.*

§. 12. Ac presentes nullo unquam tempore, quovis  
prætextu, & ex quovis capite, de subreptionis vel obre-  
ptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis præ-  
textu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controver-  
sâ revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas  
quodcumque jûris, facti, vel gratiæ remedium impetrari  
possit, illasque sub quibusvis similibus vel dissimilâ gra-  
tiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus,  
aut aliis contrariis dispositionibus, per nos vel successo-  
res nostros Romanos Pontifices, aut dictâ Sedem, ex qui-  
busvis causis, etiam motu, ac scientia & potestatis plenu-  
dine similibus, etiam consistorialiter pro tempore factis,  
nullatenus comprehendendi, nec comprehensas censerî, sed  
semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, to-  
ties in pristinum & validissimum statum restitutas, repo-  
sitas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub data  
posteriori quodcumque per te eligenda, concessas, &  
validas ac efficaces adversus quascumque impugnationes  
existere, vimque veri & validi, ac efficacis contractus, inter  
nos & Sedem, ac Cameram prædictam ex una, necnon te,  
tuosque prædictos partibus ex altera, jurati & stipulati  
perpetuò habere, & obtinere: Teque ad superius expressa  
in toto vel parte verificandum, seu probandum mini-  
mè teneri, sed easdem præsentis absque alia probatione  
sufficere, eisque in iudicio, & extra illud stare, nec ullam  
probationem, cuiusque naturæ, & speciei illa sit vel fac-  
rit, in contrarium adduci vel admitti, quin immò, etiam  
si superius expressa hujusmodi minus vera sint, & con-  
trarium quodcumque probari contigerit, nihilominus  
easdem præsentis literas suum plenarium effectum conse-  
quuti, teque illis, eorumque effectu potiri, & gaudere.

*Clausula  
sublata.*

§. 13. Sicque in præmissis omnibus & singulis per  
quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam cau-  
sarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Camere  
Præsidentes & Clericos, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ec-  
clesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis  
aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate,  
in quavis instantia, ac etiam in dictâ Camera judicari, &  
definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super  
his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel igno-  
ranter contigerit attentari.

*Reformatio  
circa He-  
braeorum li-  
centias for-  
nerandi, mo-  
dandi, duas  
uxores ha-  
bendi, syna-  
gogas erigen-  
di, & circa  
absolutiones  
transgressio-  
num, & li-  
centias exer-  
cendi ban-  
chetorum,  
ac toleran-  
tias, &c.*

§. 14. Præterea volumus & statuimus ac mandamus, ut  
tu & futuri Camerarii prædicti de cetero perpetuis futu-  
ris temporibus à concedendo Hebræis extra Statum no-  
strum Ecclesiasticum licentias fornerandi, quas toleran-  
tias appellant, abstineatis. In statu autem prædicto ubi  
Hebræi commorantur, uti Avenione, & in Legatione  
Fertaria, nullas, exceptis Hebræis Levantinis, & ceteris  
Anconam accedentibus, & ibi commorantibus conceda-  
tis. In urbe quoque numerum conventum non exceda-  
tis. Hebræis etiam alias tolerantias & privilegia præju-  
dici Christianorum concernentia, ac licentias meden-  
di, erigendi Synagogas, ducendi allam uxorem vivente  
prima, aliaque contra constitutiones Apostolicas facien-  
di, atque absolutiones quas vocant à transgressibus, nul-  
lo modo concedatis. Similiter à licentiis exercendi num-  
mularium, sive Bancherorum, etiam quoad permutatio-  
nem auri, & argenti abstineatis, ac concessæ revocata  
sint, & esse intelligantur.

*Monetasque  
reprobatas  
ad Urbem  
conducendi.*

§. 15. Non possitis dare licentiam deferendi ad Urbem  
quatrènos, aut monetas reprobatas.

*Moratorias  
dandi.*

§. 16. A concessione moratoriarum, sive dilationum,  
quarum prohibitionem innovamus, etiam abstineatis.

*Salvo scin-  
duntur.*

§. 17. Non detis salvoconductus, etiam pro debitis,  
neque cedulas, Non gravetur nuncupatas, contra man-  
data ab aliis Judicibus relaxata, etiam sub prætextu de-  
positi, nisi pro prædictis, aut aliquo eorum ordine no-  
strum, aut pro tempore existentis Romani Pontificis ha-  
beatis. In salvoconductibus pro navi, aut aliis quibus-  
cumque non apponatis clausulam, quod non possint mo-  
lestari, etiam ex causa Religionis, nisi ex causa cum Ro-  
mano Pontifice collata.

*Tractas fru-  
mentorum.*

§. 18. In concessionibus tractarum frumentorum, bla-  
dorum, leguminum, olei, & aliorum animalium, serve-  
tis constitutiones per prædecessores nostros Romanos  
Pontifices deluper editas, ac nullo modo extra Statum  
Ecclesiasticum, nec etiam ad Civitates, & loca Bononiæ  
& Ferrariæ, sine Chirographo nostro, & pro tempore

existentis Romani Pontificis, tractam hujusmodi conce-  
datis. Ubi autem aderit hujusmodi Chirographum, sive  
sit pro certa persona, vel universitate, sive pro incertis  
personis facultativum, & cuicumque directum, fiat ex-  
peditio per te, & pro tempore existentem Camerarium  
prædictum solum, & non per alium. Ac istæ quæ dicun-  
tur tractæ extra Statum, & ad Civitates, & loca de qui-  
bus supra, registrentur unâ cum Chirographo hujusmodi  
in particulari libro, nuncupando Liber tractarum, pro  
quibus non percipiatis pro sigillo ultra julios undecim  
pro quolibet centenariò rubrorum.

*Extractiones  
que de loco  
ad locum.*

§. 19. Extractions autem de loco viciniore Urbis ad  
locum remotiorem intra quadraginta milliaria, in Patri-  
monio, Tiberina, Latio, & Campania, atque Maritima,  
quoad frumenta, blada, & legumina non concedantur,  
nisi per præfectum Annonæ, cum participatione tamen,  
ac sub nomine & sigillo tuo, & pro tempore existentis  
Camerarii, pro quo sigillo usque ad quinquaginta ru-  
bra unus tantum, & usque ac centum duo, & ab inde  
supra usque ad quancunque summam, quinque Julii  
solvantur.

*Etiã quoad  
oleum &  
animalia.*

§. 20. Quoad oleum autem intra quadraginta millia-  
ria, & animalia in Provincia Patrimonii in prædicto ca-  
su non concedantur nisi per Præsidentem Græciæ, cum  
simili participatione Camerarii, & subscriptione Com-  
missarii ejusdem Camere, sub nomine & sigillo prædi-  
ctis, pro quo sigillo non solvatur ultra solum. Quo  
verò ad alia loca, & aliud genus Græciæ, tu solus tan-  
tum provideas, & non alius.

*Frumentis-  
tum empti.*

§. 21. Abstineatis quoque à licentiis emendi frumen-  
ta, blada, legumina, & olivas ultra usum, necnon ac-  
cipiendi eadem in solutum, seu alias quomodolibet im-  
petrandi.

*Indultis quoad  
pro alio quis  
non tenetur.*

§. 22. Et ab indultis, quod quis soluta rata non te-  
neatur pro aliis, nisi ad favorem conducentium Græ-  
ciam ad Urbem, aut in casibus alijs permissis.

*Egyptios so-  
lverandos in  
statu Eccle-  
siæ.  
Pœnarum  
Stat. altera-  
tionem.*

§. 23. Nec permanendi Egyptios in Statu Eccle-  
siastico.

*Indultorum  
contra bullas  
concessionem.  
Communitatis  
licentias  
venden. sta-  
bilia, cream-  
di censuræ, aut  
faciendi ni-  
dinas.*

§. 24. Et alterandi pœnas statutarias ad favorem cer-  
tarum personarum.

*Privilegia  
emendi &  
venden  
contra for-  
mam banni-  
mentorum.*

§. 25. Et generaliter ab indultis & dispensationibus  
contra constitutiones Apostolicas prædictas.

§. 26. Non intromittatis in concedendis licentiis ven-  
dendi stabilia universitatibus, neque accipiendi pecunias  
ad causam, seu alias, minusque indultis faciendi nundi-  
nas, & mercatum, quæ in plena Camera expeditur.

§. 27. Patentes licentiæ, & privilegia emendi & ven-  
dendi, tam in Platea Agonis, quàm in foro Boario, aut  
alio quocumque loco Urbis, contra bandimenta & solitu-  
m à te non concedantur, quinimò tu invigiles, ne à  
quovis alio, quocumque auctoritate dentur, & concessa  
revocata intelligantur. Ac Extraordinarii, alique Exa-  
ctores, illorum usum quoquo modo admittentes vel pa-  
tientes, pœnam privationis officii, & graviorem etiam  
corporis afflictivam, quoad patentes tuas arbitrio nostro,  
& pro tempore existentis Romani Pontificis, quoad alio-  
rum verò arbitrio tuo incurrant.

*Pro manda-  
tis ex decreto  
visti nihil  
solvantur.*

§. 28. Pro mandatis de excarcerando vigore decreti  
Vistæ nihil pro sigillo solvatur.

*Pro sigillo  
mandati  
Græciæ vel  
annonæ quid  
solvendum.*

§. 29. In mandatis ratione Græciæ & Annonæ, usque  
ad summam quindecim scutorum pro sigillo non solva-  
tur nisi julius unus, & si expeditiones fiant pro pluribus  
personis, non exigatur nisi pro uno sigillo.

*Commissarii  
non deputen-  
tur.*

§. 30. Commissarii verò, etiam in Urbe nulli deputen-  
tur, nisi cum chirographo nostro.

*Commissa-  
riatus Ripet-  
tae supprim-  
tur.*

§. 31. Officium Commissarii Ripetæ supprimatur,  
prout illud motu & auctoritate similibus supprimimus &  
extinguimus, ac loco illius aliquis substitutus cum sala-  
rio decem scutorum pro quolibet mense, ex pœnis ejus  
diligentia incamerandis, & non aliunde percipiendo, à  
te deputetur.

*Pœna d. Co-  
missariatus  
Societatis  
Confalonis  
applicatur.*

§. 32. Portio autem pœnarum, quam idem Commissa-  
rius Ripetæ percipere consuevit, applicetur Societati  
Confalonis Redemptionis Captivorum de Urbe, prout  
illam demptis dictis decem scutis, applicamus.

*Mandatario  
Plateæ Ag-  
onis designa-  
tur officium.*

§. 33. Officium Commissarii Mandatoris Plateæ Ago-  
nis nuncupatum, habeat certum salarium decem scuto-  
rum, etiam quolibet mense, quæ exigantur prævia taxa  
per

Confessionum per te, & pro tempore existentibus Camerariis predictis, faciendis, ad eam rationem solum ab Hebraeis & aliis habitantibus sitam Apotheca certum die mercati in dicta Platea.

§. 34. Tu & futuri Camerarii hujusmodi non habeatis Tribunal Criminale erectum, ac tuus & ejusdem Camerarii Auditor non procedat in causis criminalibus, in quibus venit infligenda poena supra relegationem, sed in his quae à jurisdictione officii Camerariatus pendunt deputetis aliquem ex Judicibus ordinariis, vel aliquos vobis benevistos ad beneplacitum, prout usu venit.

§. 35. Ita tamen quod in causis furti pignorum, quo ad Hebraeos Bancharios sit locus praeventioni inter te, & Gubernatorem Urbis.

§. 36. Subhastationes pignorum existentium penes Hebraeos sicut in Monte Pietatis, in quo residuum pretii deponi consuevit, cum decreto tamen tuo rogando per acta tui Notarii gratis.

§. 37. Praeterea ad jurisdictionem Camerae nostrae conservandam, constitutiones Pauli Tertii, & Pii Quarti, ac aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum ad ejus favorem editas innovamus.

§. 38. Ac insuper statuimus, quod de cetero Signatura Iustitiae non possit nec debeat, sive reformando, sive declarando, aliquid in Camera nostra, vel alibi in causis spectantibus ad Camerarium praedictum rescribere, & supplicationes signatae nullius sint roboris, nullamque tribuant jurisdictionem.

§. 39. Ac etiam decernimus licere tibi, & Camerae praedictae, omnes & quascumque causas ad Camerariatus & Camerae Tribunal quomodolibet spectantes à quibuscumque Iudicibus, etiam Auditoribus Camerae, ac etiam si agatur de obligatione Camerali, Palatii Apostolici causarum Auditoribus, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, liberè avocare & reassumere, iisdemque inhibere.

§. 40. Nullum verò ex praedictis, aut aliis quibuscumque Iudicibus posse causas praedictas à dicto Camerariatus & Camerae Tribunali avocare & reassumere, etiam sub praetextu, quod causae alias non sint Camerales, & ad dictum Tribunal non spectent.

§. 41. Super quo non possit Signatura Iustitiae cognoscere, aut aliquo modo rescribere, nec se ingerere, sed hujusmodi cognitio, an causae sint de jurisdictione Camerariatus, vel Camerae, pertineat respectivè ad te & Cameraam, qui cognoscere debeatis, an sint jurisdictionis ejusdem Camerae, & si partes declarationi hujusmodi non acquieverint, vel ante hujusmodi declarationem non valuerint, Signaturam nostram Gratiae tantum adire possint, & citato Commissario ejusdem Camerae, commissiones proponi debeant.

§. 42. Non obstante asserta litis pendentia, & aliis praemissis, ac nostra de non tollendo jure quaesito, quatenus opus sit, ac aliis Cancellariae Apostolicae regulis, necnon praeter memoriam Leonis Decimi, & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, etiam cum Collegio Cardinalium, pro unione & charitate factis, & contractu in violabili, seu quasi, à quo nullo tempore resilire, nec illis ullo modo, aut nisi certis modis & formis tunc expressis derogari possit, necnon juramentis, renunciationibus, aliisque clausulis & cautelis firmatis, de dicto Camerariatus officii dispositione non perpetuo, sed ad triennium, aut aliud tempus in favorem Cardinalium ipsorum utriusque juris Doctorum, ac de consensu omnium Cardinalium, seu majoris partis eorum, cum decreto irritante, quicquid locus fieri contigerit. Ita quod de nullitate concessionis omni tempore, absque inobedientiae culpa, aut alterius censurae & poenae incurfu dici valeat, aut aliis certis modo & forma tunc expressis deinceps in perpetuum facienda, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, etiam ejusdem Pii Quarti praedecessoris octavo Idus Augusti, Pontificatus sui Anno sexto edita, qua cavetur, quod gratiae & indulgentiae quaecumque interesse dictae Camerae concernentia, infra certum inibi expressum tempus in dicta Camera praesententur, sive registrentur, alioquin illae non valeant. Ita quod tu ad eandem praesentes in eadem Camera praesentandum, sive registrandum, nulla unquam necessitate cogi vel compelli possis: & nihilominus illae valeant, & tibi suffragentur in omnibus & per omnia, perinde ac si praesentatae & registratae fuissent, necnon Camerae, & officii Camerariatus praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, usibus quoque & naturis, quancumque tempore pacifice observatis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis Collegio Cardinalium, & dictae Camerae Thesaurario, illiusque praesidentibus & Clericis per praedictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices, etiam praedecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, etiam per modum statuti perpetui ac iniiti & stipulati contractus, seu quasi, ac alias sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis efficacibus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet concessis, confirmatis, innovatis, extensis, & moderatis, quibus, ac omnibus aliis quae eidem praesentibus quomodolibet obesse possent, etiam si talia & tanta essent, quae sub concessionibus generalibus non venissent, sed specialibus omnino indigerent expressioibus, illorum ac supradictorum omnium veteriores, & totos tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat hanc serie specialiter & expressè, ac amplissime, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, & ad effectum validitatis earundem praesentium derogamus. Quodque tu juxta praefata omnia qualificatus, & l. v. d. non sis, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicati non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 43. Tu igitur benedictione nostra fretus eam in demandato tibi à nobis hoc munere operam praestare curabis, ut ii quos jam animo percepimus, freti industria tua, quotidie magis auferant. Nosque & praedicta Sedes per te optime consuluisse laetamur. Nulli ergo omnino hominum, & c. Si quis autem, & c. incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae 1599. quintodecimo Kalend. Januarii Pontificatus nostri Anno octavo.

Sequitur declaratio circa venditionem pignorum Hebraeorum, ac jurisdictionem in eorum furtis.

CLEMENS PAPA VIII. Dilecto filio nostro Petro Sancti Nicolai in Carcere Diacono Cardinali Aldobrandino, Sanctae R. E. Camerario.

§. 1. Cum literis Apostolicis, & c. Omittitur relatio praecedentis bullae.

§. 2. Ex rationabilibus causis animadvertentes, magis expedire, ut pignora Hebraeorum in loco solito, ut prius, non autem in Monte Pietatis, prout in eisdem literis dispositum, vendantur, motu ac scientia similibus volumus & ordinamus, ut pignora praedicta Hebraeorum per licitationem vendenda, in loco solito, in Platea Iudaeorum nuncupata de Urbe, cum decreto tamen tuo, vel tui pro tempore Auditoris, seu Locumtenentis, ac pro tempore existentis Camerarii, per acta tui Notarii expediendo, deinceps ut prius vendantur.

§. 3. Et jurisdictionem in praedictos Hebraeos etiam ratione furti pignorum praedictorum, tibi privatè quoad omnes competat.

§. 4. Non obstantibus literis nostris, aliisque praemissis, necnon fel. recordat. Pii Quarti de registrandis gratiis in Camera intra certum tempus, ad ejus observantiam nolumus te teneri, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & ejusdem Camerae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus & singulis, eorum tenores hic de verbo ad verbum pro insertis & expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

H 4 Datum

Confessionum criminalium tribunal non tenetur à Camerario. Quando si locus praeventioni inter te & Gub. Urb.

Hoc corrigi- tur hic inf.

Pignora sub- hantur in Monte Pietatis.

Hoc corrigi- tur hic inf.

Constitutio- nes Pontificae pro Camera- rii confirmati- onem.

Signatura Iustitiae in causis Camerariis non rescribat.

Camerarius & Camera avocent suas causas ab aliis Iudicibus.

Ad hoc habet etiam bulla cit. in rubr.

Iudices à cõ- tra ab eis nõ avocent.

Camera, & non signatur cognoscatur an causa sint cameralis.

Contrariis derogatur.

Hortatio ad officium pro- videndum gerendum.

Dat. P. An. S. die 18. Dec.

Edita An. D. 1600.

Relatio d. obsequio. Nova dispo- sitio circa venditionem pignorum. Hebraeorum.

Jurisdictio- neque super furtis pignorum. Delegatio contrariis.

Dat. P. A. 9. die 26. Febr. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima sexta Februarii millesimo sexcentesimo, Pontificatus nostri Anno nono.

LXVI. Institutio Monasterii egenarum Puellarum per Urbem vagantium, Dispersarum nuncupatarum, & iurisdicchio S. R. E. Cardinalium eius Protectorum, in dijudicandis licibus eisdem. Et concessio exemptionis, aliarumque gratiarum.

Institutionem similem, non tamen eius bullam, habemus de anno 1596. die 22. Decembris editam, de egenis pueris itidem Dispersis, vel potius Literatis, a nomine Literati pii viri, qui primum eos reduxit, nuncupatis.

Edita An. D. 1600. CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procurator. Debitum Pastoralis officii nobis ex alto commissi requirit, & nos ad id promptos excitat, ut ea per quae pauperes puellae, spretis huius in felicis saeculi illecebris, & assumpto religionis habitu, perpetuum Altissimo famulatum impendere, aeternamque beatitudinem consecrari valeant, ac exinde honoris flores, & honestatis fructus, regularisque vitae propagatio deveniant, propensis studiis intendamus, ac in his eiusdem officii nostri partes favorabiliter interponamus.

Instituta nunc per sunt in Urbe Domus puellarum Dispersarum.

§. 1. Sanè dilectus filius noster Caesar tituli Sanctorum Nerei & Achillei presbyter Cardinalis Baronius nuncupatus, tam suo quam dilectorum etiam filiorum fundatorum Domus puellarum Dispersarum nuncupatarum, prope Ecclesiam Sanctae Euphemiae in Campo Carleo de Urbe, ac dilectae in Christo filiae nobilis mulieris Fulviae de Comitibus Sfortiae, Domicellae Romanae nominibus nobis nuper exponi fecit, quod ipsi Caesar Cardinalis & fundatores, ac Fulvia peculiari sollicitudine, & studio perpendentes, dictas puellas in ipsa domo collectas de praesenti ad numerum ducentarum vel circa ascendere, paulatimque ad aetatem naturam pervenire, & necessarium esse illas pro naturali uniuscuiusque ad hunc vel illum statum propensione collocare, multis vero illarum spretis saeculi illecebris, praepotenti Deo sub suavi Religionis iugo famulari desiderare.

Pro quibus Card. Baronius & alii Monasterium construi curaverunt in Ecclesia S. Urbani pro piis puellis tantum. Quam Ecclesiam à Card. Sfortia obtinuerunt.

§. 2. Vnum Monasterium Monialium, in quo puellae in eadem domo educatae tantummodo recipi deberent, instituendum esse iudicaverunt, & mentem in locum ubi Monasterium ipsum commodè constitui posset dirigentes, Ecclesiam Sancti Urbani, seu illius situm in Regione Montium de dicta Urbe, quae à dicta domo parum abest, ad id apprime commodam, & opportunam esse censuerunt.

§. 3. Et quia dicta Ecclesia, quae sine cura est, & Monasterii Sancti Laurentii extra muros eiusdem Urbis, Ordinis Sancti Benedicti, quod dilectus filius noster Franciscus S. S. MARIÆ in Via lata Diaconus Cardinalis Sfortia nuncupatus, in commendam ad eius vitam ex concessione & dispensatione Apostolica obtinet, membrum existit, & à quo dependet, Ecclesiam praedictam cum illius situ huiusmodi ab eodem Francisco Cardinali obtinendam curarunt. Qui quidem considerans divinum cultum in ea injuriâ temporis imminutum esse, desiderio in posterum inibi divina officia cum debito cultu celebrari, & ipsam Ecclesiam in decentem statum reduci, in eoque manuteneri faciendi, illam cum situ huiusmodi, eidem domui, sub nostro & Sedis Apostolicae beneplacito, cum hoc inter cetera, quod Rectores & Administratores ipsius domus singulis Dominicis, & aliis de praecipuo Ecclesiae festivis diebus Missam in dicta Ecclesia celebrari facere, illamque in decenti statu manuteneri deberent, in perpetuum concessit, eidemque domui intuitu & contemplatione celebrationis Missarum huiusmodi, octodecim scuta Monetæ ad rationem decem juliorum pro quolibet scuto huiusmodi, singulis annis in perpetuum ex fructibus ipsius Ecclesiae perfolvenda assignavit, prout in publico desuper confecto instrumento plenius dicitur contineri.

§. 4. Et sicut eadem expositio subijungebat, si à dicto Monasterio Sancti Laurentii dicta Ecclesia, unâ cum eodem redditu octodecim scutorum dismembraretur, ac in situ dictae Ecclesiae, aedibusque illi adjacentibus, & coherentibus ex tunc prout postquam ad formam decentem monasterii constructa fuerint, unum Monasterium Monialium Ordinis Sanctae Clarae, cum clausura & cratibus ad instar monasteriorum Monialium Capuccinarum nuncupatarum pro perpetuis usu, & habitatione earundem puellarum dictae domus tantum, & non aliarum, quae Religionis zelo, & ob meliorem vitam frugem illud ingredi, & inibi Ordinem ipsum Sanctae Clarae profiteri voluerint, erigeretur & institueretur, illique sic erecto & instituto, pro illius Ecclesiae, dictae Ecclesiae Sancti Urbani, ac pro dictarum monialium inibi pro tempore introducendarum sustentatione, onerumque illi incumbentium supportatione, eadem octodecim scuta, ac omnia & singula bona hereditatum quondam Partiae Paloniarum, & Ortenis Angelinae eidem domui per nos aliâ concessa, quorum redditus & proventus annui ad valorem trecentorum scutorum vel circa ascendunt, necnon alii redditus & proventus valoris annui centum scutorum, quos dicta Fulvia ex charitatis & devotionis zelo ipsi Monasterio pro eius dotis augmento assignare intendit, etiam perpetuo applicarentur & appropriarentur, hac ratione statui & saluti dictarum puellarum Religionem profiteri volentium satis opportunè consultum, ac divini cultus in dicta Ecclesia incremento, & praedicti Ordinis Sanctae Clarae propagationi provisum foret.

Pro illis Monasterium constructum, &c.

§. 5. Quare praedictus Caesar Cardinalis eisdem nominibus nobis humiliter supplicavit, quatenus praemissis annuere, aliasque desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Card. Baronius in hac apud Pontificem pro eorum fortuna provisione. Idemque Pontif. praedicta approbavit, & d. monasterium sub regula S. Clarae erigit.

§. 6. Nos igitur qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimerem verum annum valorem, secundum communem estimationem, etiam beneficii cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret vocatis quorum interesset, & idem observaretur in quibuscumque perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus de quibuscumque fructibus & bonis ecclesiasticis, Administratores, ac Fulviam praedictos, eorumque singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, à praedicto Monasterio Sancti Laurentii dictam Ecclesiam Sancti Urbani unâ cum eodem redditu octodecim scutorum huiusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo dismembramus, & separamus. Necnon in aedibus, & situ dictae Ecclesiae adjacenti huiusmodi, postquam ad formam Monasterii instaurata & debita clausura munita fuerint, si nondum sint, unum Monasterium Monialium dicti Ordinis Sanctae Clarae, sub invocatione per ipsos Caesarem Cardinalem, & alios supra dictos eligenda, unâ cum dicta Ecclesia, necnon campanili, campanis, claustris, dormitorio, refectorio, cellis, hortis, hortaliis, ceterisque officinis, membris, & commoditatibus necessariis & opportunis pro una Abbatisa seu Priorissa, & duodecim saltem monialibus, substitutione, correctione, obedientia, & omnimoda iurisdictione, tam in spiritualibus, quam temporalibus nostri & Romani Pontificis pro tempore existentis in dicta Urbe, & ejus districtu Vicarii in spiritualibus generalis, & dicti Caesaris Cardinalis conjunctim, ac cura, gubernio, & administratione dictorum fundatorum, ac aliorum ipsius Domus Gubernatorum, & Administratorum ab eis eligendorum, regendum & gubernandum, ac administrandum. In quo puellae dictae domus in moniales tantum recipi, & habitum per moniales aliorum Monasteriorum dicti Ordinis Sanctae Clarae gestari solitum suscipere, & anno probationis elapso, professionem per easdem moniales emitti consueveram emittere regularem, necnon clausuram & crates in Monasteriis Monialium Capuccinarum huiusmodi servari solitas, & quoad fieri poterit, ritus, & mores, ac consue

consuetudines & regularia instituta ejusdem Ordinis Sanctae Clarae servare, ac divinis laudibus & Officiis insistere debeant, etiam perpetuo sine alicujus praesudicio dicta auctoritate erigimus & instituimus.

*Ubi in-  
venitur &  
bona affi-  
guat.*

§. 7. Illique sic erecto & instituto pro ejus dote, illiusque Abbatis seu Prioris, & Monialium pro tempore existentium sustentatione, onerumque eis incumbentium supportatione octodecim scuta hujusmodi, ac omnia & singula bona, res, proprietates, census, redditus, jura, obventiones, & emolumenta, tam dictarum hereditatum, quam per praedictam Fulviam, & alios quoscumque quomodolibet in perpetuum vel ad tempus, ac simul vel successively pro augmento bonorum, seu dotis Monasterii per praesentes erecti hujusmodi, illiusque ac earumdem Abbatis, seu Prioris, & Monialium pro tempore existentium, vel alicujus earum intuitu per viam testamenti, codicillorum, donationis etiam inter vivos & causa mortis, seu cujuscumque alterius dispositionis, ac etiam in elemosynam, vel alias quomodocumque & qualitercumque elargienda, donanda, & eroganda ex nunc prout ex tunc, & contra, si & postquam elargita, donata, & erogata fuerint.

*Ceteraque  
omnia elar-  
genda &  
donanda ap-  
plicat.*

§. 8. Ita quod liceat eisdem fundatoribus, aliisque Gubernatoribus & Administratoribus praedictis illorum omnium realem, corporalem, & actualem possessionem per se vel alium, seu alios, nomine dicti Monasterii per praesentes erecti, propria auctoritate liberè apprehendere & perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, jura, obventiones & emolumenta ex eis provenientia, necnon oblationes & elemosynas eidem Monasterio per praesentes erecto, illiusque futuris Abbatis, seu Prioris, & Monialibus pro tempore elargitas & elargiendas percipere, colligere, exigere, recipere, recuperare, arrendare, & levare, ac in Monasterii per praesentes erecti, illiusque Abbatis seu Prioris & Monialium praedictarum communem usum, utilitatem, & necessitates convertere, Vicarii praedicti, vel cujusvis alterius licentia in hoc & aliis infra dicendis minime requisita, etiam perpetuo applicamus & appropriamus.

*Exemptione  
à jurisdictione  
Ordinis  
Monialium, & alio-  
rum tribuit.*

§. 9. Necnon monasterium per praesentes erectum, illiusque pro tempore existentes Abbatis, seu Prioris, Conventum, Moniales, Administratores, officiales, ministros, servientes, & personas, ac bona mobilia & immobilia, praesentia & futura, cujuscumque qualitatis & quantitatis existentia, ac ubilibet consistentia, ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentium dictae Urbis Gubernatoris, Senatoris, Conservatorum, Reformatorum, necnon causarum curiae Camerae Apostolicae generalis Auditoris, & Ordinariorum locorum, etiam tanquam Sedis Apostolicae delegatorum, eorumque Locatentium, Vicegerentium, Vicariorum, & Officialium, & aliorum quorumcumque Judicum ubilibet consistentium, ac quavis auctoritate & dignitate, tam Ecclesiastica, quam mundana, etiam Cardinalatus honore fungentium, necnon Protectorum, ac generalium & Provincialium Ministrorum, aliorumque Praelatorum & Superiorum, tam praedictae Sanctae Clarae, quam aliorum fratrum Minorum, & aliorum Ordinum quorumcumque in spiritualibus & temporalibus.

*Exemptione  
à solutione  
decimarum,  
& aliorum  
quorumcumque  
onerum  
concedit.*

§. 10. Necnon solutione, praestatione, contributione & exactione decimarum, & aliorum quorumcumque onerum, ordinariorum & extraordinariorum, ex quacumque causa, & ad favorem quorumcumque piorum locorum, etiam Seminarium puerorum Ecclesiastici, etiam pro Fabrica Basilicae Principis Apostolorum de dicta Urbe, & mantentione classis trirremium Sedis Apostolicae impositorum & imponendorum, penitus & omnino similiter perpetuo eximimus, & liberamus, ac sub beati Petri & dictae Sedis, ac nostrae & Romani Pontificis pro tempore existentis protectione, & inviolabili conservatione suscipimus.

*Visitationi &  
correctioni  
Vicarii Urbis  
& Card. Ba-  
ronii Prote-  
ctoris, etius-  
que Admini-  
stratorum  
imponit.*

§. 11. Et visitationi, correctioni, obedientiae, ac ejusdem jurisdictioni in eisdem spiritualibus & temporalibus Vicarii Urbis, & Caesaris Cardinalis praedictorum, necnon curae, gubernio, & administrationi fundatorum, ac aliorum Gubernatorum & Administratorum praedictorum perpetuo subjicimus & submitimus.

§. 12. Necnon ut ipsius Monasterii per praesentes erecti prospero regimini, gubernio, & conservationi opportune consulatur, illiusque pro tempore existentes Abbatis, seu Prioris, Moniales, Gubernatores, Administratores, Oeconomi, officiales, ministri, servitores, & personae ab indebitis molestiis releventur, pro tempore existentem Almae Urbis Vicarium, & Caesarem Cardinalem praedictos, & quemlibet eorum principaliter & insolidum in Monasterii per praesentes erecti, illiusque personarum, rerum, bonorum, jurium & privilegiorum Protectores, Defensores, Conservatores ac Iudices, quorum consilio & ope omnia supradicta, & quaecumque alia in his vel circa ea necessaria statuentur, & ordinabuntur, & coram quibus, seu ab eis deputando dumtaxat, omnes & singulae lites, causae, quaestiones & molestiae, civiles, & criminales, ac mixtae, super dicti Monasterii per praesentes erecti, illiusque Abbatis seu Prioris Conventus, Monialium, & personarum bonis, rebus, juribus & actionibus, cujuscumque qualitatis existentibus, motz & movendae, cum omnibus & singulis earumdem incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis tractari, cognosci, & decidi debeant, constituique & deputamus.

*Procederet  
aliqui Card.  
Vicarius  
Papa &  
Caesar  
alium, cum  
omnibus  
causis  
& signatione*

§. 13. Necnon Fundatoribus, Gubernatoribus, & Administratoribus praedictis, oeconomos, Officiales, ministros dicti Monasterii per praesentes erecti, arbitrio suo deputandi & amovendi, ac loco amovendorum, seu decedentium alios subrogandi.

*Administra-  
tores depu-  
tandi.*

§. 14. Necnon Abbatis, seu Prioris, & monialibus praedictis, de Capellanis & Confessoribus idoneis etiam secularibus, ab eodem Urbis Vicario approbandis, & ad nutum Fundatorum, Gubernatorum, & administratorum praedictorum ponendis & amovendis, qui in Ecclesia dicti Monasterii per praesentes erecti, Missas & alia divina officia celebrare, ac illis in divinis deservire, ipsaque Abbatis, seu Prioris & Moniales, ac earum singulas in suis confessionibus audire, & à peccatis de quibus corde contritae, & ore confessae fuerint, Apostolica auctoritate toties quoties opus fuerit, inuncta inde eis pro modo culpae arbitrio suo poenitentia saluati, absolvere, illisque sacramenta Ecclesiastica administrare valeant, ac de egregio verbi Dei praedicatorum providendi.

*Capellanos  
ab Admini-  
stratoribus  
ponendos ap-  
probandi.*

§. 15. Necnon quaecumque statuta, ordinationes, capitula & decreta ad ejusdem monasterii per praesentes erecti, illiusque personarum, rerum & bonorum, spiritualium & temporalium curam, regimen, gubernium, directionem, & administrationem, ac Monialium praedictarum receptiones, admissiones, aetatem, qualitates, vitam, amicum, instructionem, directionem, & disciplinam, modumque & formam recitationis divinarum officiorum, precum, orationum, & aliorum suffragiorum pertinentia, ac alias utilia & necessaria, licita tamen & honesta, ac sacris canonibus, decretisque Concilii Tridentini, ac constitutionibus Apostolicis, & institutis regularibus praedicti Ordinis Sanctae Clarae non contraria, ab ipso Urbis Vicario pro tempore existenti, vel Caesari Cardinale praedicto examinanda & approbanda faciendi & edendi, ac quoties pro eorum temporum qualitatibus, seu aliis expediens videbitur, cum interventu tamen, & consilio, ac praevio examine & approbatione Vicarii, aut Caesaris Cardinalis eorundem illa immutandi, corrigendi, moderandi, reformandi, ac etiam alia ex integro condendi.

*Statuta &  
ordinationes  
firmandi.*

§. 16. Necnon Vicario, aut Caesari Cardinali praedictis pro Monialium in dicto Monasterio per praesentes erecto pro tempore introducendarum felici directione, ac in ritibus, moribus & institutis regularibus instructione, duas vel tres ejusdem Sanctae Clarae, si commodè fieri poterit, alioquin alterius Ordinis regularis Observantiae Moniales, quas ad id voluntarias repeterit, ex earum monasteriis haec prima vice, sed necessitate ad hoc urgente, semel atque iterum dumtaxat de Superiorum suorum licentia assumendi, & in dicto monasterio per praesentes erecto, ita ut illae eò se transferre, ac perpetuo vel ad tempus ipsi Vicario, aut Caesari Cardinali beneficium permanere. Et si alterius Ordinis fuerint, se in habitu & regularibus institutis ejusdem Ordinis Sanctae Clarae conformate possint & debeant, introducendi.

*Moniales  
duas vel  
tres alimen-  
de assumendi  
pro dirigenda  
Monasterio.*

§. 17. Eisdem

CLEMENS OCTAVUS.

§. 17. Eisdem Abbatisse, & Priorisse officia que ad triennium duraverat juxta dicti Concilii dispositionem durare valeant distribuendi.

§. 18. Necnon Fundatoribus, Gubernatoribus, & Administratoribus predictis, & aliis quibusvis personis, quibus opus fuerit, ut septa monasterii per presentes erecti in casibus necessariis, & a dicto Concilio permittis tantum ingredi valeant permittendi.

§. 19. Ipsumque monasterium per presentes erectum, per se, vel alium, seu alios idoneos sacerdotes, vitæ, morumque probitate, ac rerum gerendarum experientia probatos visitandi, illudque in capite & in membris, sacrorum Canonum, & generalium Conciliorum decretis inhaerendo reformandi, abusus quoscumque tollendi, regularemque observantiam, & disciplinam quoties illæ ibidem exciderint, modis congruis restituendi & reintegrandi.

§. 20. Ac cum eisdem abbatisse seu Priorisse, & Monialibus, quarum infirmitas vel imbecilla valetudo, aut corporis, hebetudo jejunium seu carniæ & lacticio-rum abstinentiam, vel rituum & institutorum dicti Ordinis Sanctæ Claræ observantiam ferre non poterit, aut aliàs prout occasio, rerumque qualitas & necessitas exegerit, desuper dispensandi, ac observantiam & instituta hujusmodi relaxandi, omniaque & singula alia ibidem faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & procurandi quæ ipse Vicarius Urbis & locorum Ordinarii, etiam quamvis prædictæ Sedis delegati, necnon Generales Ministri, & alii Superiores quoruncumque Ordinum in monasteriis monialium sibi subjectis, de jure vel consuetudine, seu ex privilegio vel auctoritate dicti Concilii, ac aliàs quomodolibet facere, dicere, gerere, exercere, & procurare possunt & poterunt quomodolibet in futurum.

§. 21. Præterea omnes & singulas lites, causas, & differencias, tam civiles, quàm criminales & mixtas super monasterii per presentes erecti, illiusque Abbatisse, seu Priorisse, monialium & personarum hujusmodi bonis, rebus, juribus & actionibus quibuscumque, necnon locationibus, venditionibus, donationibus, legatis, fideicommissis, testamentis, hæreditatibus, & illarum discussionibus, ac quibuscumque aliis dispositionibus, juriumque & actionum cessionibus, & aliis quibuscumque intervivos ac causa mortis, vel quasi contractibus, & vim obligationis cameralis habentibus, interesse ejusdem monasterii per presentes erecti, tanquam principaliter, ac etiam per viam necessariorum defensionis, & aliàs quomodolibet concernentibus, inter dictum monasterium per presentes erectum, sive illius Abbatisse, seu Priorisse & Moniales, Gubernatores & Administratores, officiales & ministros pro tempore existentes, & quascumque alias personas, tam laicas quàm Ecclesiasticas, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis vel præminentie, etiam Cardinalatus honore fungentes, Universitates, Congregationes, Collegia, ac tam virorum quàm mulierum Monasteria, Hospitalia, & alia pia loca, tam conjunctim, quàm divisim, ac tam activè quàm passivè, ultro citroque ad invicem, vel alias quomodolibet motas vel movendas, ac etiam per appellationem, & in quacumque instantia coram quibusvis Judicibus introductas & indecisas pendentes, etiam illas ab ipsis Judicibus avocandi & reassumendi, per se vel ejus Vicegerentem, aut alium, seu alios, quem seu quos ad hoc duxerit deputandos, etiam summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, sed sola facti veritate inspecta, ac etiam manu regia, cum omnibus & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & conexis, ac toto negotio principali, etiam privativè quoad omnes & singulos alios Iudices, ordinarios & delegatos, eorumque Curias & Tribunalia Ecclesiastica vel secularia audiendi, cognoscendi, decidendi, & sine debito terminandi. Necnon quoscumque interesse habentes, tam in dicta Curia quàm extra eam, etiam per edictum publicum, confito sibi summarie de non tuto accessu in Romana Curia, citandi & inhibendi, ac quibusvis etiam ejusdem Curie Judicibus & personis, quibus & quoties opus fuerit, sub sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis inhibendi, & in eventum non partitionis ad declarationem incursum censurarum & pœnarum hujusmodi procedendi, ac sententias desuper ferendas

debitæ executioni demandandi, seu demandari faciendi, contraditores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras & pœnas, aliaque opportuna jura & facti remedia, appellatione postposita compescendi, ac etiam auxilium brachii secularis ad hoc invocandi, necnon quæcumque dubia & difficultates, si quæ præmissorum occasione quomodolibet oriri contigerit, declarandi, & interpretandi, omniaque & singula in eisdem præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna faciendi & exequendi, etiam omni & quacumque appellatione remota, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem perpetuò tribuimus & impartimur.

§. 22. Insuper eidem Monasterio per presentes erecto, ac illius Ecclesie & Christi fidelibus eam pro tempore visitantibus, illiusque Abbatisse seu Priorisse, Monialibus & quibuscumque aliis personis, ut omnibus & singulis privilegiis & immunitatibus, exemptionibus, favoribus, concessionibus, indultis, indulgentiis, ceterisque gratiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibusvis aliis Monasteriis & Ecclesiis Monialium dicti Ordinis Sanctæ Claræ, illorumque Abbatisse, Monialibus, personis, & Christi fidelibus eisdem Ecclesiis visitantibus, in genere vel in specie, etiam per viam simplicis communicationis, ac aliàs quomodolibet nunc & pro tempore concessis, & quibus illa & illi de jure vel consuetudine, privilegio vel aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, etiam uti potiri & gaudere liberè & licitè valeant, non solum ad eorum instar, sed pariformiter & æquè principaliter, absque ulla prorsus differentia, in omnibus & per omnia, perinde ac si illa monasterio per presentes erecto, illiusque Abbatisse, seu Priorisse, Monialibus & personis hujusmodi specialiter & expressè concessa essent, indulgemus.

§. 23. Necnon presentes literas, ac in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore, etiam pro eo quod causæ propter quas emanarunt, coram quibuscumque locorum Ordinariis, etiam tanquam à Sede Apostolica delegatis, vel alibi examinatz, verificatz & approbatæ, ac dictorum Ordinum Protectores & generales Ministri, alique Prælati & Superiores, ceterique interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, nec eisdem præmissis consenserint, sive aliàs ex quibuscumque causis, quantumvis legitimis & juridicis, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, retractari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, vel adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse, neque sub quibuscumque similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per nos vel alios Romanos Pontifices successores nostros, sub quibuscumque verborum expressionibus & formis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore factis comprehendendi, sed tanquam pro fundatione dicti Monasterii per presentes ad religionis, divini que cultus, ac piorum operum augmentum erecti concessas, ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & cum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de novo etià sub data per Rectores, Administratores, ac Abbatisse, seu Priorisse & Moniales pro tempore existentes prædictas quomodocumque eligenda, de novo concessa esse & fore, suumque plenarium effectum sortiri debere, nec quemquam ad eadem presentes, & desuper conficiendas literas in Camera Apostolica juxta constitutionem felicis recordationis Pii Papæ Quarti prædecessoris nostri desuper editam, vel aliàs quomodocumque presentandi, insinuandi, & registrari faciendi teneri, neque illas propterea irritas esse, sed omninò valere & suffragari perinde, ac si constitutio prædicta, vel alia contraria non emanassent, sicque per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, etiam de latere Legatos, in quavis causa & instantia judicari & definiri debere, necnon si secus super his à quoquam quavis auctoritate scièter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Abbatissa & Priorissa officium ubi Administratores hujusmodi dandi de egressu de monasterio.

Illudque visitandi & reformandi.

Cum Monialibus circa jejunia, seu usum carniæ, & lacticio-rum dispensandi.

Jurisdictionem in causis Monasterii, omnesque personarum & honorum plurimam eisdem cœdit, cum facultate eia.

Summarie procedendi.

In Curia & extra eam citandi & c.

Contraditores vel rebelles.

Dubia declarandi.

Concessio-nium gratiarum, & privilegiorum Monialium Ord. S. Claræ.

Causas præsumptivas.

Executores  
huius consti-  
tutionis,  
faciant.

§. 24. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Hiero-  
solymitano & Alexandrino Patriarchis, ac dilecto filio  
causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali Auditori  
per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo  
aut unus eorum, per se vel alium, seu alios eisdem literas  
& in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fue-  
rit, ac quoties pro parte Cesaris Cardinalis, ac Admini-  
stratorum & aliorum prædictorum fuerint requisiti, solè-  
niter publicantes, ac eis & eorum cuilibet in præmissis  
efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctori-  
tate nostra præsentibus literas, ac omnia & singula in eis  
contenta firmiter observari, non permittentes eos & eor-  
um quemlibet desuper per quoscumque quomodolibet  
indebitè molestari. Contradictores quoslibet & rebelles,  
per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque  
opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita  
compescendo. Necnon legitimis super his habendis ser-  
vatis processibus, illas sententias, censuras & pœnas in-  
currille declarando, ac eos etiam iteratis vicibus aggra-  
vando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio  
brachii secularis.

Clausula de  
regatione,  
Sanctis per-  
nalis.

§. 25. Non obstantibus priori voluntate nostra præ-  
dicta, ac de gratis ad instar non concedendis, necnon  
Lateranensis Concilii novissimè celebrati, uniones per-  
petuas nisi in casibus à iure permissis fieri prohibentis.  
Necnon ejusdem Pii Papæ prædecessoris de gratis inter-  
esse Cameræ huiusmodi concernentibus infra certum  
tunc expressum tempus in ea registrandis, aliisque Apo-  
stolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, & Univer-  
salibus Conciliis editis generalibus vel specialibus consti-  
tutionibus & ordinationibus. Necnon Ordinis Sanctæ  
Clare, & illius Monasteriorum, ac Urbis prædictorum ju-  
ramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis  
quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam illis, necnon  
dilectis filiis Protectoribus, Generalibus, Ministris,  
Provincialibus, Superioribus, Conventibus & perso-  
nis, necnon prædictis Vicario, Gubernatori, Auditori,  
Senatori, Conservatoribus, Reformatoribus, Ordina-  
riis locorum, eorum Locatenentibus, Vicisgerentibus,  
Vicariis, & Officialibus, ac aliis quibuscumque  
Judicibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac  
cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-  
que efficacioribus & insolitis clausulis, in genere vel in  
specie, ac aliis quomodolibet concessis, confirmatis &  
innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti  
derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus spe-  
cialis, specifica, expressa, & Individua, ac de verbo ad  
verbum, non autem per clausulas generales idem impor-  
tantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut  
aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illo-  
rum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præ-  
sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in  
suo robore permansuris, hac vice dumtaxat speciali-  
ter & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque.  
Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit  
Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excom-  
municari non possint per literas Apostolicas non facien-  
tes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de in-  
dulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo, &c.

Dati. P. An. 9.  
21. Febr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarna-  
tionis Dominiæ millesimo sexcentesimo, Non. Kalend.  
Martii, Pontificatus nostri Anno nono.

LXVII. Quod in partibus Indiarum in Ordine Fratrum  
Minorum Ordinis S. FRANCISCI de Observan-  
tia, non possint assumi ad munus Provincia-  
latus, & aliorum officiorum, nisi filii, aut in-  
corporati in illis Provinciis.

Hujus Ordinis materiam dixi supr. ad constitut. 23. Leonis X.  
Ite, lib. 1.

Edita Ap. D.  
1600.

CLEMENS PAPA VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

His quæ ad regularium personarum statum & com-  
modum providè sunt ordinata, cum à nobis peti-

tur, Apostolicæ confirmationis robur libenter adjici-  
mus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius noster  
Hieronymus tituli Sancti Pancratii presbyter Cardina-  
lis Mattheus nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum  
Sancti Francisci de Observantia Protector, ad quem nos  
supplicem libellum nobis pro parte dilectorum filiorum  
Ministorum Provincialium, & fratrum Ordinis Sancti  
Francisci in partibus Indiarum Occidentalium existen-  
tium potestatem remiseramus, quo quidem supplici  
libello nobis exponeretur, nonnullos Commissarios ge-  
nerales ex Hispaniis, ad prædicti Ordinis Provincias  
in partibus Indiarum huiusmodi proficiscentes, maxi-  
meque ad Provinciam Limesem, quæ in Regno del  
Peru sita est, privatis affectionibus motos, non autem  
communi religioni utilitati inservientes, illos qui se-  
cum ex Hispania accesserant, ad ministratus Provincia-  
les & alia Ordinis officia promovere consuevisse, non  
in modicum earundem Provinciarum, & præsertim Li-  
mensis detrimentum, Nobisque humiliter supplicaba-  
tur, ut huic malo occurrere dignemur: maturo con-  
silio & deliberatione præmissa, Religionis Seraphi-  
cæ, dictarumque Provinciarum utilitati, necnon Reli-  
giosorum omnium, & præcipuè eorum qui in remotis-  
simis Orbis partibus, doctrinæ, exemplarique vitæ  
splendore Catholicam fidem propagare nituntur, ho-  
nori prospicere volens, ejusdemque Religionis statu-  
tis generalibus in hærens decreverit & statuerit, ut in  
Provinciis ejusdem Religionis, in partibus prædictis  
Indiarum, & præsertim in Limesi Provincia ad mini-  
stratus Provinciales, seu quodlibet aliud dignitatis offi-  
cium assumi non valerent alii dicti Ordinis Religiosi,  
quàm illi qui ejusdem Provinciæ alumni essent, vel ad  
eam expressè, ac nominatim missi ex Hispaniis cum Mi-  
nistri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Ca-  
tholici Hispaniarum Regis curiam assistentis literis obe-  
dientialibus in illis Provinciis incorporati fuissent:  
quod si secus fieri contingeret, irritum & inane omnino  
esset, & tam electores, promotores, & fautores, quàm  
electos quoslibet privationis ab eorum officiis, ac inha-  
bitatis ad similia & alia in posterum obtinenda pœnas,  
quas tunc infligit, ipso jure incursums declaravit, prout  
in eisdem Hieronymi Cardinalis Protectoris patentibus  
literis, sub Datis die ultima Januarii proxime præteriti  
expeditis plenius dicitur contineri.

Cardinalis  
Mattheus  
protector Or-  
dinis fratrum  
Minorum S.  
Francisci de  
Observantia  
statuit, quod  
in partibus  
Indiarum non  
possit ad ef-  
fectum admitti  
nisi filii illa-  
rum Provin-  
ciarum, aut  
illi incorpora-  
ti.

§. 2. Cumque firmiora sint ea, quæ Apostolicæ con-  
firmationis robore muniuntur, propterea pro parte Pro-  
vincialium & fratrum Provinciarum prædictarum nobis  
humiliter supplicatum fuit, ut patentes literas  
prædictas confirmare, ac alias in præmissis opportu-  
ne providere, de benignitate Apostolica dignemur.

Ordo suppli-  
cavit Papa  
pro confirma-  
tione.

§. 3. Nos igitur earundem patentium literarum teno-  
rem præsentibus pro expressè habentes, Ministros Pro-  
vinciales, & fratres dictarum Provinciarum speciali-  
bus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum  
singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis  
& interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis & pœnis  
à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis,  
si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum  
præsentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-  
solventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi sup-  
plicationibus inclinari, ejusdem Hieronymi Cardinalis  
Protectoris literas patentes prædictas, omniaque & sin-  
gula in illis contenta, auctoritate Apostolica tenore  
præsentium perpetuè confirmamus & approbamus, illis-  
que perpetuè, atque inviolabilis Apostolicæ firmitatis  
robur adjicimus, omnesque & singulos juris & facti de-  
fectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus: &  
nihilominus omnia & singula præmissa de novo statui-  
mus & ordinamus, ac in Provinciis prædictis observari  
debere volumus & mandamus, præcipientes in virtute  
sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis supradictis eo ipso in-  
currendis, tam Commissariis quàm aliis Superioribus  
& fratribus ad quos spectat & in futurum spectabit, ut  
præmissa omnia & singula inviolatè observent, & ob-  
servati curent & faciant.

Qui ideo il-  
lud decretum  
approbat, &  
assensus sup-  
plet.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi-  
bus Apostolicis, ac Ordinis & Provinciarum prædicta-  
rum

Contrariis  
derogant.

CLEMENS OCTAVUS.

rum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. R. A. 9. die 4. Martii

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die quarta Martii, millesimo sexcentesimo, Pontificatus nostri Anno nono.

LXVIII. Ordinationes pro bono regimine Fratrum Ordinis B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, & electione ejus officialium.

Alias ordinationes vide supra in consuet. 30. his qua, ubi notavi. Aliasque reformationes habes infra in consuet. 112. Decet.

Edita An. D. 1600.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam vel memoriam.

Proemium.

EX Pastoralis nostri muneris debito cunctorum Religiosorum statui prospere dirigendo salubriter intendentes, ea nostræ confirmationis robore libenter communimus, quæ pro eorundem Religiosorum recto gubernio & felici directione providè sunt ordinata, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

Capitulum generale infra scripta condidit Statuta.

§. 1. Nuper liquidem pro parte dilectorum filiorum Magistri generalis, & Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, per dilectum filium Fratrem Bernardum de Vargas, Vicarium & Procuratorem generalem ejusdem Ordinis, nobis expositum fuit, quod in Capitulo generali ipsius Ordinis mense Maio anni proxime præteriti, in Civitate Vallisoleтана celebrato, Definitorum, Præsidentum, ac alii Patres ibidem intervenientes, pro bono ejusdem Ordinis, ejusque Monasteriorum, & Locorum, ac personarum regimine, inter alia infra scripta statuta, ordinationes, & capitula condiderunt.

Festum Beatæ Mariæ de Mercede die festo Nativitatis eiusdem in tota Religione celebrari iussit.

§. 2. Quod nimirum singulis annis, die festo Nativitatis Beatæ MARIÆ Virginis, octava Septembris universaliter in tota dicta Religione festivitas Beatæ MARIÆ de Mercede institueretur, & maxima solemnitate cum Missa, Processione, & Concione celebraretur.

Impositiones quomodo distribuere debeant, diffiniuit.

§. 3. Quod sub formali præcepto, nullus deinceps Provincialis, Visitator aut Vicarius generalis possit distribuere per provincias impositiones & taxationes, nisi prius consuleret duos Definidores & Provinciales illius Provincie, & si aliter fieret, dicta distributio non solveretur per domos.

Provincialis & Visitator quid pro visitatione percipiant. Causas decidas quando revocare possint.

§. 4. Quod nullus Provincialis, nec Visitator, sub pœna suspensionis officii, possit accipere pro sua visitatione, & viatico, nisi necessarium pro sumptibus & expensis de uno Conventu ad alium.

Dispensationes super celebratione Missarum tollantur.

§. 5. Quod nullus Provincialis, aut Visitator possit causas jam decidas præteritorum Prælatorum qui domos gubernarunt, sub alio Provinciali cognoscere, si à Prælatis & Commendatoribus gubernantibus fuit facta visitatio & Capitulum provinciale.

Magister generalis tantum utatur nomine Magistri in subscriptionibus.

§. 6. Fuerunt abrogatæ omnes exemptiones & dispensationes super celebratione plurium Missarum ad intentionem celebrantium, quam permittunt Ordinis constitutiones.

§. 7. Quod omnibus privilegiis & exemptionibus, quæ hæcenus habuerunt Magistri & Præsentati, in quantum Magistri & Præsentati illis frui & potiri, juxtaque tenore litterarum à nobis in forma brevis concessarum dicto Ordini, circa ipsos Magistros & Præsentatos, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die octava Novembris, millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, deberent observari.

§. 8. Quod sub formali præcepto obedientiæ, & pœnis ad arbitrium Magistri generalis, deinceps nullus Provincialis, quamvis esset Magister, possit subscribi Magister Provincialis, nec uteretur hoc titulo in sub-

scriptionibus litterarum, & aliis provisionibus & patentibus, sed solum hoc posset facere Magister generalis.

§. 9. Quod deinceps Prior Domus Barchinonæ, quæ est prima Ordinis, & Religionis caput, non solum haberet vocem in electione Magistri generalis, sed etiam illam haberet in omnibus actis, & Congregationibus Capituli generalis, & in dicto Capitulo haberet Sædem post omnes Provinciales, & Vicarios provinciales, & ante Definidores.

Prior Domus Barchinonæ habet Sædem in Capitulo generali, & vocem in omnibus eius actibus.

§. 10. Quod in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis officiorum, Commendator quando daret suis subditis vestimenta, tunicæ quas Hispani vocant sayas, essent ex panno, non autem de staghena.

Vestimentorum qualitas.

§. 11. Quod Commendatores, sub pœna privationis officiorum non possent nominare Depositarios, sed nominarentur per vota libera ipsius Conventus.

Depositarii nominatio ad quem spectet.

§. 12. Quod nullus Definitor Capituli provincialis, sub pœna privationis officiorum, durante suo officio posset esse Commendator.

Definitio Capituli provincialis non potest esse Commendator.

§. 13. Quod Commendator alicujus domus, si per triennium foret Prælatus, non posset in futuro triennio in eadem domo reeligere, bene tamen in alia, si reperiretur idoneus.

Commendator ultra triennium in eadem domo non eligatur.

§. 14. Quod Magister generalis, Provincialis, & Visitator, sub pœna suspensionis officii, quando visitarent domos Ordinis, non confirmarent præcepta, ordinationes & mandata præteritorum Visitatorum per suos prædecessores factarum, nisi eis visis.

Magister generalis, Provincialis, & Visitator non confirmat ordinationes non visas.

§. 15. Quod deinceps, sub formali præcepto, ad præsentaturam, ut aliquis veniret præsentandus, non admitterentur cursus, quos non legisset in domo studiorum Ordinis, in Collegio vel in Univeritate ex approbatis.

Præsentandi non computantur nisi in domo studiorum extra loca Ordinis.

§. 16. Quod in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, bibliothecæ, & libri Religiosorum qui ex hac vita decederent, nullo modo venderentur, sed applicarentur domui Religionis in qua tales Religiosi decederent, & reponerentur in Bibliotheca communi, & ex illo loco nullus liber sub eisdem pœnis extrahi posset sub pœna privationis officii Prælato extrahenti, inferiori verò extrahenti, sub pœna gravioris culpæ per sex menses.

Libri Religiosorum applicentur domui in qua decedunt.

§. 17. Quod in nulla re haberent vocem Fratres sacro ordine non insigniti.

Tu scias hic infra hoc à Papa declarari.

§. 18. Quod Religiosi de foris venientes se coram suo Prælato præsentare deberent, ut Prælatus sciret qua revertentur hora.

Sacris iniuncti statum vocem habent.

§. 19. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Magister generalis, & Fratres cupiant statuta & ordinationes hujusmodi, pro illorum firmitate validitate confirmationis Apostolicæ robore communiti, ac alia etiam infra scripta in ipso Ordine observanda, Apostolica auctoritate statui & ordinari. Propterea dictus Bernardus Vicarius & Procurator generalis, nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Redeunt ad domum Prælato se præsentent.

§. 20. Nos igitur eorundem Magistri generalis & Fratrum votis, præsertim eorum Ordinis prosperam directionem concernentibus, quantum cum Domino possumus benignè annuere volentes, atque eosdem magistrum, necnon Vicarium & Procuratorem generales, ac singulares ipsius Ordinis Fratres à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, hæc serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sæcæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super consultationibus & negotiis Episcoporum, & Regularium deputatorum, supradicta statuta, ordinationes, & capitula auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuè confirmamus & approbamus, illisque perpetuè & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus.

Magister generalis, & Fratres supplicanti Papæ pro confirmatione prædictorum & aliorum infra scriptorum. Qui ea omnia approbat & confirmat.

§. 21. Præter



Ordinatio...  
S. Laurentii...  
Anniversarium...  
Magister generalis...  
Ordinatio...  
Discretarii...  
Executores...  
Contrarii...

§. 21. Præterea statuimus & ordinamus, ut diebus festivitatum Sancti Laurentii Martyris, quo die fundatus, & Sancti Antonii Abbatis, quo die per fel. record. Gregor. Papam nonum prædecessorem nostrum confirmatus fuit ordo prædictus, in fundationis & confirmationis hujusmodi memoriam festivitatem hujusmodi in toto Ordine solemniter celebrentur.  
§. 22. Quodque singulis annis infra hebdomadam mortuorum in toto Ordine Anniversarium pro animabus Captivorum, qui in infidelium potestate Catholicam fidem retinentes mortui sunt, fiat.  
§. 23. Quodque Magister generalis ejusdem Ordinis, pro tempore existens, nullo modo commissarium generalem Indiarum nisi de Sedis Apostolicæ licentia eligere & creare valeat, & si ab eo hujusmodi electio fiat, electio ipsa nulla & irrita sit, ipseque Magister generalis ab officio sui Generalatus suspensus existat eo ipso, & subditi officium hujusmodi procurantes, pœna gravioris culpæ per sex menses minimè relaxandæ, puniantur.  
§. 24. Quodque nullus Generalis vel Provincialis, sub pœna suspensionis ab eorum officiis, possit mittere ad visitationem aliquas domos vel domum, seu Conventum ejusdem Ordinis, nisi Religiosum ex peritioribus ipsius Ordinis expertum & doctum, præsertim casuum conscientiarum & sacrarum literarum præstantem  
§. 25. Declaramus autem quoad ordinationem disponentem libros Religiosi decedentis extrahi non posse ex domo in qua decesserit, intelligi debere, si obiret & decederet in aliquo Conventu magno & principali, ubi Religiosi Conventuales commorari possunt, non autem si in aliquo Cœnobio & domo exigua, ubi libri remanentes diligenter custodiri non possent, & in hujusmodi eventu solum Magistrum generalem cum Provinciali illius Provinciæ ubi sunt libri, posse illos transferre, & applicare alicui Collegio illius Provinciæ, & Conventui in quo Religiosus defunctus professionem solemnem emisit, si ipse Conventus fuerit principalis.  
§. 26. Quocirca eisdem Magistro & Vicario generalibus, aliisque dicti Ordinis Religiosis nunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in supradictis statutis & ordinationibus contentis per præsentem mandamus, ut omnia & singula supradicta statuta respectivè, perpetuò observent & observari curent & faciant.  
§. 27. Quocirca venerabilibus fratribus Toletan. Hispanen. & Cesaraugustano Archiepiscopis per præsentem committimus & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Magistrum & Vicarii generalis, & aliorum Religiosorum prædictorum, aut alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra statuta & ordinationes prædictas ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, perpetuò inviolabiliter observari, contradicentes quoscumque per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.  
§. 28. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac aliis ejusdem Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Magistro, Vicario & fratribus prædictis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vicedumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die decima Martii, millesimo sexcentesimo, Pontificatus nostri Anno nono.

Ceremonialis Episcoporum ad officia divina ritibus celebranda, aliasque functiones itidem peragendas, reformatio, & approbatio, cum antiquorum permissione in his quæ illi non contrariantur.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

L. XIX.  
Edita An. D. 1600.

Cum novissimè Pontificale antea mendosum & corruptum, à piis & eruditis viris emendatum & restitutum, & denum ad Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Prælatorum communem usum & commoditatem divulgatum, & in universali Ecclesia ab omnibus observari mandaverimus, operæpretium  
§. 1. Visum fuit, Cæremionale Episcoporum omnibus Ecclesiis, præcipuè autem Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis perutile ac necessarium, in quo ritus & cæremoniæ celebrandi missas, vespers & alia divina officia, ac in aliis Ecclesiæ functionibus & actibus ab eisdem Episcopis ac aliis Prælatibus inferioribus in eisdem observandæ, ac modus etiam procedendi, tam inter personas ipsas Ecclesiasticas, quam etiã inter eas & laicos similiter servandus continetur, quodque pridem multis mendis reserptum fuerat similiter reformari, & restitui curavimus. Ea propter in idipsum Cæremionale Episcoporum, à nonnullis piis ac eruditis, in hisque sacris ritibus, & cæremoniis apprime versatis viris examinari, corrigi, & in optimam, ipsique Pontificali reformato maxime congruentem formam redigi mandavimus. Quod opus cum ea qua decuit fide & diligentia jam absolutum fuisse accipimus. Porro reliquum est, ut hujus operis labor cum ad quem directus est finem consequatur.  
§. 2. Idcirco Cæremionale Episcoporum hujusmodi jussu nostro emendatum & reformatum, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuò approbantes, illudque in universali Ecclesia ab omnibus & singulis personis ad quas spectat, & in futurum spectabit perpetuò observandum esse præcipimus & mandamus.  
§. 3. Ac Cæremionale hujusmodi sic emendatum & reformatum, nullo unquam tempore, in toto vel in parte mutari, vel ei aliquid addi, aut omnino detrahi posse.  
§. 4. Ac quæcumque personas prædictas, quæ sacerdotalia munera exercere, aut alia quæcumque in ipso Cæremionali contenta facere, aut exequi debent, ad ea peragenda & præstanda juxta hujus Cæremionalis formam, & præscriptum teneri, neminemque ex iis quibus ea exercendi & faciendi munus impostum existit, nisi formulis quæ hoc Cæremionali continentur servatis, satisfacere posse perpetuò statuimus & ordinamus.  
§. 5. Per præsentem autem antiqua Cæremionalia, in his quæ prædicto Cæremionali reformato sunt conformia, minimè aboleri, aut abrogata censeri volumus, sed illorum etiam usum (salva reformatione prædicta) permittimus.  
§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac etiam in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus, necnon quarumvis Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.  
§. 7. Volumus autem, & pari motu, & auctoritate decernimus, ut qui in Romana Curia sunt præsentem, lapsis duobus mensibus; qui verò intra montes, octo; & qui ultra ubique locorum degunt, duodecim integrè excurtis vel aliis ubi venalium hujus Cæremionalis voluminum notitiam, & facultatem habuerint, sacras cæremoniæ & ritus in eodè Cæremionali præscriptos, juxta illius modum & normam, in quibuscumque actibus exercere & observare teneantur.  
§. 8. Ipsarum autem literarum exempla manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut illius Curie obsignata, vel in ipsis voluminibus absq; prædicto, vel alio quopiam adminiculo Romæ impressa eam ubique locorum & gentium fieri faciunt

Hic Pontificale reformatum adit, ut supra in eius bulla 38. Ex quo.  
Ceremoniale nunc Episcoporum restitutum.  
Nullus f. vari præcipi.  
Et immutari vetas.  
Nec aliter debent cæremoniæ sacre fieri de cetero.  
Antiqua Cæremionalia hinc non contra rita permitte.  
Claufulas derogatorias apponit.  
Tempus quo hæc observantia ligat, declarat.

faciant, quam presentes facerent si essent exhibitæ vel ostense.  
Dat. R. A. 9. die 14. Julii. 1600. Pontificatus nostri Anno nono.

Publ. Die 9. Augusti 1600. supradicta littera affixa & publicata fuerunt ad valvas Curie, & in acie Campi Flora, per me Alexandrum Agazzarium S.D.N. Papa Curs. Jacobus Brambilla mag. Curs.

LXX. Institutio duorum Novitiarum in duobus Conventibus Fratrum Eremitarum S. Hieronymi, Congregationis B. Petri de Pisis, cum licentia recipiendi venientes ad Religionem. Et ambitus prohibitio, cum pœnarum impositione.

Alia de hac congregatione scripta ad constit. 12. Eugenii IV. Provent. lib. 1.

Edita An. D. 1600. CLEMENS PAPA VIII. Dilectis filiis Bernardino Veron. Priori Generali, & Antonio Verucio Vrbinate. Vicario generali Ordinis pauperum Eremitarum S. Hieronymi Congregationis S. Petri de Pisis.

§. 1. Ordinis vestri conservationi, & propagationi, quantum cum Domino possumus, prospicere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, in Conventu S. Sebastiani Venetiarum, ubi trigintaquinque Fratres, comprehensis duodecim Novitiis de familia, manere volumus, ac in Conventu S. Mariz Gratiarum Neapolitanæ, ubi quinquaginta fratres, comprehensis sexdecim Novitiis de familia, similiter manere volumus, Novitiatum vestri Ordinis prædicti auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus & instituímus.

§. 2. Vobisque ut in primò dicto S. Sebastiani duodecim, & in secundò dicto Conventibus S. Mariz Gratiarum sexdecim Novitios, qui qualitates requisitas juxta constitutionem nostram super receptione Novitiarum nuper editam habeant, ac servata in omnibus & per omnia dictæ constitutionis forma, ad habitum per fratres vestri Ordinis gestari solitum recipere, ita tamen, ut aliquod signum à Professis distinctum juxta dispositionem vestri Capituli generalis gerat, & deinde lapsò probationis anno ad professionem per eosdem fratres emitti consuetam regulares admittere libere & licite possitis & valeatis, auctoritate Apostolica & tenore prædictis licentiam & facultatem concedimus & impartimur.

§. 3. Non obstant prohibitione nostra novissimè facta, constitutionibusque, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 9. die 4. Sept. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 4. Septembris millesimo sexcentesimo, Pontificatus nostri Anno 9.

Subsequitur ambitus prohibitio.

Edita An. D. 1600. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Ambitiosam honorum, & dignitatum cupiditatem Ecclesiasticos omnes, sed Religiosos præsertim, qui in humilitatis spiritu Deo servire tenentur, ita evitare decet, ut ipsi Prælaturas minime requirere, sed ad eas vocati, ut Aaron obedienter suscipere, & humiliter administrare studeant.

§. 1. Hujus siquidem ambitionis malum à Congregatione B. Petri de Pisis Ordinis Eremitarum S. Hieronymi procul abesse cupientes, Motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos Fratres prædicti Ordinis & Congregationis, cujuscumque ætatis, gradus, & conditionis, præcipientis & literaturæ existentes, qui nimirum pro quibuscumque Prælaturis, dignitatibus, muneribus, & officiis, etiam iis quæ obtinent majoribus, in dicta congregatione consequendis, sive pro remissione pœnarum eis impostarum, aut aliis quibuscumque gratiis impetrandis, ad principum quorumcumque, tam Ecclesiasticorum, etiam Sanctæ Romæ Ecclesiæ Cardinalium, quæ secularium, ac Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non existentium favores recurrerint, eosque equaliter

Damnatio ambientis favore extra ordinem pro Prælaturis acquirendis.

vel aliis etiam sponte delegatis, aut ab aliis etiam inficiis procuratis usi fuerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis, directè vel indirectè, palam vel occultè, ad dignitates seu officia in congregatione præfata obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere procuraverint, illorum complices & fautores ad quascumque prælaturas & dignitates, gradus, honores & officia, tam spiritualia, quam temporalia, & præsertim in ipsa Congregatione obtenta vel obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, administrationibus, vel officiis eo ipso privamus, ac privatos voce activa & passiva carere, pœnasque hujusmodi à nobis tantum & Romanis Pontificibus successoribus nostris remitti posse decernimus, & declaramus, omnes & singulas supradictas pœnas ad eos etiam extendentes, qui ne ex aliquo Monasterio removeantur, seu ut in alterius Monasterii familia deputentur, contra Capituli, seu Superiorum voluntatem supradictas litteras, seu favores exquirere & obtinere præsumunt.

§. 2. Quocirca in virtute sanctæ obedientiæ, ac indignationis nostræ, aliisque omnibus prædictis pœnis, dilectis filiis Visitatoribus, Definitoribus, aliisque Prælatibus quocumque titulo nuncupatis, præsentibus & futuris præcipimus, ac districtè mandamus, ne aliquos ullo unquam tempore precibus, literis vel favoribus adducti, seu aliis ad instantiam, requisitionem, vel contemplationem Principum Ecclesiasticorum vel temporalium, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum quorumcumque extra gremium dictæ Congregationis existentium, ad cujusvis generis Prælaturas, dignitates, officia, administrationes & gradus promovere, vel pœnas aliquas remittere, aut aliam quamcumque gratiam, ut præfertur, audeant facere, vel præsumant, imò promovendorum meritis & virtutibus tantum inspectis, quod Dei causam agant memores sint, quo magis puro & sincero corde, nulla privata, aut mundana affectione commoti, in electionum negotio procedant.

§. 3. Decernentes electiones & promotiones ad Monasteria, seu quæcumque alia officia dicti Ordinis, sic literis aut aliis favoribus Principum & Prælatorum quorumcumque, vel aliorum, ut præfertur, extra gremiū existentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus, injustè, ac indebitè extortas, seu alias quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, & adversus eos, qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monasteria, seu ad alia quæcumque officia se eligi, aut assumi obtulerint, per eisdem Congregationis superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, condignis pœnis, tæquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici posse & debere. Et ita per quoscumque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquâ quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac dictorum Congregationis, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis & illorum Superioribus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac sub quibusvis clausulis & decretis concessis, & confirmatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat, Motu & scientia similibus latissimè derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Congregationibus & Fratribus, vel quibusvis aliis communitet, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel

Prohibitio admittendi ambientis ad officia & dignitates.

Annulatio admittendi ad officia & dignitates.

Clausula.

vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Insuper bullam publicandi in Capitulis.

§. 5. Ac ut literarum hujusmodi notitia ad omnes dictae Congregationis fratres facilius deveniat, Volumus illas in generalibus & provincialibus dictae Congregationis Capitulis quotannis publicè legi, ibique lectas omnes sic articulare, ac si legitime uniuersis intimatae fuissent, illorumque exemplis etiam impressis, manu scribæ dictae Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Generalis ipsius Congregationis, vel alterius in dignitate Ecclesiastica constituti obliquis eandem prorsus fidè haberi, quæ presentibus habetur, si forte exhibita vel ostensa.

Dati Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris millesimo sexcentesimo, Pontificatus nostri anno 9.

**LXXI. Institutio Congregationis Italicae Fratrum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, separatæ à Congregatione Hispanica, cum facultate Novitios extra Capitulum ad habitum recipiendi.**

De hac separatione habes supr. in consue. 25. Pastoralis, ubi videas quæ tibi indicavi.

**CLEMENS PAPA VIII.**  
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1600.

Exordium.

**I**N Apostolicæ dignitatis culmine, meritis licet imparibus, divina dispenitate clementia constituti, ad ea nostræ mentis aciem libenter dirigimus, per quæ sacrarum Religionum in Ecclesia Dei piè sancteque institutarum, quantum profectores vitæ sanctitate & exemplo, ac sacrarum literarum doctrina fidei populo ad salutem prodesse student, propagationi, & incremento, quantum cum Domino possumus, intendamus.

Hic Pont. laudat in illiusm. Discalceatorum, & pro eius propagatione Conuentum in Vrbe concessit, quæ in consuetudinem sui non necessarium non possit.

§. 1. Alias liquidum cum in Italia præter Monasteriū, seu Collegium Sanctæ Annæ Civitatis Ianuæ, nullum aliud extaret virorum Monasterium, neque Conuentus, aut domus Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum nūcupatorum: Nos cupientes Ordinem prædictum (cujus profectores primitivæ regulæ à bon. me. Alberto Patriarcha Hierosolymitano ipsi Ordini præscriptæ, & à fel. rec. Innocentio Papa IV. prædecessore nostro prima Septembris anni 1248. Pontificatus sui anno 3. confirmatæ, normam tum in Regnis Hispaniarum, tum in Italia diligenter observant, & in utrumque instituti sui finem, priorem scilicet ac potiore, qui est divina unio per orationem & contemplationem; & posteriorem, qui est salus proximorum, verbo ac opere Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elifæi, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum heredes sunt, vestigiis insistentes incumbunt) in Alma Vrbe nostra propagari, unam ejusdem Ordinis domum, apud Ecclesiam B. M. de Scala nuncupatam in Regione Transyberim de eadem Vrbe, Apostolica auctoritate perpetuò ereximus, prout in nostris desuper in forma brevis expeditis literis plenius continetur.

Pro illius ergo in Italia propagatione erigit Congregationem Italianam ab omni alia separatam.

§. 2. Porro, cum præter fide dignorum testimonia, quæ de hujus Ordinis sanctitate ad Nos perlata sunt, Nos ipsi experientia cognoverimus quantum utilitatis in Ecclesia Dei piis eorum exercitiis, tum orationibus, mortificationibus, asperitate vitæ, tum predicationibus, confessionibus, & Sacramentorum administratione, ad Dei laudem & Christi fidelium animarum salutem quotidie afferat. Volentes ulteriori ejusdem Ordinis propagationi, quantum cum Domino possumus, opportunè prospicere, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tam ex prædicta in Vrbe per nos erecta, & alia supradictæ S. Annæ Ianuæ, & quibuscumque aliis domibus, seu Conventibus in Italia forsitan hæcenus erectis (quas & quos jam à Congregatione ejusdem Ordinis Hispaniarum per dictas nostras literas separavimus) quam ex aliis quibuscumque domibus & Conventibus posthac in Italia, & aliis quibusvis, præter Hispaniam locis, ac Regnis erigendis, unam Congregationem Fratrum Carmelitarum Discalceatorum à præfata Congregatione seu Ordine Hispaniarum, & quibuscumque aliis ejusdem Ordinis Congregationibus seu Provinciis, illarumque Superioribus & fratribus prorsus distinctam

& separatam, nobisque & Apostolicæ Sedi immediate subiectam, ab uno Præposito cum Definitorum interventu, juxta regularia ejusdem Ordinis statuta regendam & gubernandam, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuò erigimus & instituimus.

§. 3. Ipsique Congregationi sic erectæ, ejusque nunc & pro tempore existentibus domibus, seu Conventibus, ac Superioribus & fratribus, ut quibuscumque privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, favoribus, indulgentiis, & aliis gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus supradictæ Hispaniæ Congregationi per quoscumque Romanos Pont. prædecessores nostros, ac Nos & Sedem Apostolicam quomodolibet, etiam per viam communicationis seu extensionis, aut alias quomodocumque concessis, confirmatis, & innovatis, ac in posterum concedendis uti, frui, & gaudere possit, sine aliqua prorsus differetia, perinde ac si eidem Congregationi Italicae, ejusque domibus, Conventibus, Superioribus, & personis nominatim, & æque principaliter concessa fuissent.

Etque omnia privilegia concessa quæ Congregationi Hispaniæ, & illi, & illorumque fratribus, & personis.

§. 4. Utque novas domos & Conventus in quibuscumque Civitatibus, Terris & locis, tam Italiae, quam aliarum extra Hispaniam Provinciarum, ac Regnorum, recipere & erigere valeat, dummodo tamen in quacumque illarum duodecim Religiosorum numerus ad minus commode ali & commorari possit.

Monasteria que extra Hispaniam erigendi habent facultatem. Ad hoc vide infra consue. 99. Quoniam Bonaviam habet domum, vel legata recipiendi.

§. 5. Necnon etiam quæcumque bona stabilia & mobilia ipsi domibus ex quibuscumque piorum Christi fidelium elemosynis, largitionibus, donationibus, successioneibus, legatis, & aliis dispositionibus acquirere & recipere, ac in eorundem Conventuum & domorum usus & utilitatem convertere possit.

Novitii ad habitum recipiendi extra Capitulum prævia informatione habet descriptionem & educationem, istorum vide infra consue. 83. In supremis cum ibi nota.

§. 6. Et præterea, quia in eadem Congregatione Capitula generalia vel provincialia, juxta constitutiones quotannis non celebrantur, ut in quibuscumque domibus & Conventibus ejusdem novæ Congregationis à Superiore deputandis, Novitii ad habitum per fratres ejusdem Ordinis gestari solitū, de licentia Commissarii seu Præpositi generalis ejusdem Congregationis (servata tamen in reliquis forma factorum Canonū, constitutionumque Apostolicarum, ac decretorum nostrorum, ipsiusque Ordinis Regularium Statutorum) dummodo informationes pro Novitiis admittendis receptæ, per vota secreta per Capitula Conventus, in quo hujusmodi Novitii recipiendi erunt, approbentur, ipsaque informationes, nisi jam alias habeantur, Superior Congregationis vel Conventus aliquibus Fratribus prudentia & zelo Religionis præstantibus recipiendas committat, qui Commissarii illas recipiende de qualitatibus eorum qui recipiendi erunt ex præscripto constitutionum Apostolicarum, & si extra locum Conventus hujusmodi informationes recipiendæ fuerint, idem Superior illas modo præmissis recipiendas aliquibus personis fide dignis committat, recipi possint, & valeant, auctoritate & tenore prædictis concedimus, ac licentiam & facultatem opportunas impartimur.

Apparatus vel expulsi à Cong. Hispani recipi velati.

§. 7. Et pro majori hujus instituti conservatione, in ipsa Congregatione aliquem, etiam Discalceatorum Hispaniæ, aut ab alia quacumque Religione apostatam fugitivum vel expulsum recipi posse prohibemus. Quod si secus scienter vel ignoranter fieri contigerit, receptio & admissio hujusmodi nullius sit roboris vel momenti, & ipse receptus statim ejici debeat.

Monialium cu am. præterquam Monasterii de Jesu MARIA Ianuæ, suscipere vel habere permittimus.

§. 8. Nullum præterea hujus Congregationis Religiosum curam aut gubernationem Monialium, etiam ejusdem habitus, & regulæ existant, præterquam Monasterii de Jesu MARIA Ianuæ, suscipere vel habere permittimus.

§. 9. Ipsius autem Congregationis Italiae regimini, & prosperæ gubernationi prospicere cupientes, dilectum filium Petrum de Matre Dei, Priorem prædicti Conventus S. Mariæ de Scala de Vrbe, ejusdem Congregationis Commissarium generalē hac vice auctoritate & tenore prædictis facimus & deputamus, eidemque Congregationem Italiae prædictam, ejusque domos & Conventus quoscumque erectos, & erigendos regendi & gubernandi, ac omnia & singula alia, quæ juxta constitutiones ipsius Congregationis, ac Definitorum in eadem Congregatione facere & exercere possent, faciendi & exercendi, ac ubi censuerit, Superior res eligi faciendi per vota secreta Capituli Conventus, facultatem & auctoritatem tribuimus.

Congregationis regimib. Petrum de Matre Dei præfatis.

Qui ex illis alii duobus convocati... §. 10. At ubi alii duo Conventus jam conditi, ac decen-

Esque inter- vim decenden- te, antiquior Prior succedat. §. 11. Sed si ante expletam hujusmodi commissionem

Facultas ori- gendi Con- fraternita- tes. Ad hoc vide titulum inf. conf. 115. Quocumque. §. 12. Et ut hujus sacrae vineae fructus pluribus profint,

Clausula preservati- va. §. 13. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis vitio, seu int-

Claus. derog. §. 14. Non obstant. pia me. Bonifacii Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri, qua cavetur expresse, ne qui Fratru

Transumptio- rum fides. §. 15. Volumus autem ut harum literarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigil-

Dat. P. An. 9. die 13. Nov. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimatertia Novembris 1600. ac Pontificatus no-

LXXII. Privilegia pro agricultoribus in agro Romano. Et prohibitiones, ne Barones bannimenta circa Agriculturam promulgent, vel subditos impedi-

Quoad Clericos in Terris propriis agriculturam facientes, de quibus specificè loquitur hac bulla, vide constit. 18. Pauli V. In eminenti, ubi eorum bona à spoliis magis

Edita An. D. 1600. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices Pastoralis muneris nostri curas & sol- licitudines, ea nobis praecipue cordi est, ut Alma Vrbs nostra, ad quam quotidie tanquam ad Principis Apostolo-

peffa est, & nunc etiam patitur, & quibus Nos maximo, etiam nostro & Camerae Apost. dispendio occurrere non recusavimus, non tantum ex annorum sterilitate & su-

§. 1. Cui quidem malo quantum in nobis est occurrere & nobilem ac fructuosam Agriculturam artem in agro Romano restituere ac renovare cupientes, & ut omnes Tenutarum & Casalium Domini, necnon quicumque

§. 2. Statuimus & ordinamus, quod omnes, tam cives, quam forenses, Agricultores, Mercatores & Coloni, qui tam in propriis quam alienis, & conductis Terris, Tenutis,

§. 3. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimatertia Novembris 1600. ac Pontificatus nostri Anno nono.

Sixti IV. l. lii II. Clem. VII. & Pia V. const. in novatio, cum limitatione quod Damiani Casalium non cogant locare.

Agricultores in agro Romano proprio tempore de Statu Ecclesiastico frumentum extrahere.

Tu attende bullam S. D. N. Pauli V. 48.

Bovem & c.  
liber  
permittant  
suum Vaf-  
sallo extra  
suum fano  
suum colere,  
suum ani-  
malibus in-  
servire.

Amplius  
D.N. Paul.  
L. in rubr.

Bannimenta  
circa Agri-  
culturam  
non faciunt.

Clerici in  
Tertis pro-  
priis Agri-  
culturam li-  
cite exercere  
possunt.

Vituli nasci-  
turi in mēse  
Martii, Apri-  
lis & Maii  
pro tertio in  
parte alantur.

Bovem arato-  
rii & juven-  
ceni non ma-  
cellantur.

§.3. Et ut Agriculture exercitium omnibus liberū sit, & Agricultorum & Colonorum numerus non modo non diminuatur, sed potius augeatur, Statuimus & ordinamus quod omnes & singuli Baronum, Principum, & Domicellorum quorumcumque S. R. E. subditorum subditi & Vassalli, quascumque Terras, prædia, possessiones & Casalia eis benevisa, etiam extra Statum & Territorium eorundem Dominorū, per se, vel alios colere, laborare & seminare, seu etiam aliis ad colendum & seminandum inservire, dictasque terras, possessiones & casalia, ad effectū colendi & seminandi ad quotā, ut supra, seu aliā cōducere, & in eis Artē Agriculture exercere liberē & licitē valeant. Nullusque ex dictis Baronibus, Domicellis, & aliis quacumque dignitate, tam temporalī quam Ecclesiastica præfulgenti, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint, ac etiam Communitates, dictos eorum Vassallos, Subditos & Colonos, quavis causa, directē vel indirectē, per se vel alios, sub amissionis, & privationis feudorum, & Statuum, aliusque nostro, & successorum nostrorum arbitrio infligendis pœnis audeat, vel præsumat cogere, impedire vel prohibere, ne possint quasi ūque alias terras, possessiones & casalia, etiam extra eorum Statum, & Iurisdictionem conducere, colere & seminare, seu aliis etiam conventa concedere etiam cum eorum bobus, & animalibus inservire, etiam sub prætextu quorumcumque suorum, seu Castorum, Civitatum & Terrarum eisdem subiectarum, privilegiorum, statutorum, ordinationum, usuum & consuetudinum, etiam antiquissimarum, seu Iuramentorum eorundem Vassalorum, quæ omnia tanquam contra publicam utilitatem inducta tollimus & abrogamus, & eosdem Vassallos à quibuslibet juramentis ad effectum præfatum absolvimus & liberamus. Conventiones autem & pacta quæ inter ipsos Dominos & Vassallos in cōsignatione, seu assignatione Terrarum intercesserunt, dummodo justa sint & reciproca, & ex causa verē onerosa, quæ ipsi Domini in Camera Apostolica deducere & exhibere teneantur infra mensem à die publicationis præsentium, observari debeant.

§. 4. Volentes etiam quod omnia edicta, proclamata, ordinationes & bannimenta, quæ ipsi Barones, Principes & Domicelli ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, & illam quomodolibet concernentia hæcenus fecerint, teneantur illa Cardinali Camerario nunc & pro tempore existenti exhibere, & in futurum nulla edicta, ordinationes, & bannimenta ad Annonam, & Agriculturam pertinentia, sub antedictis, ac etiam nullitatis & invaliditatis pœnis, facere possint.

§. 5. Statuimus etiā, quod Clerici, in casalibus tamen propriis & non conductis, possint dictā Artē Agriculturæ per se vel alios exercere, & exerceri facere, nec eis vel eorum hæredibus per Cameram Apostolicā, seu illius Ministros objici, aut imputari possit quod illicitam negotiationem fecerint, aut spoliis alioqui ex causa præfata subiaceant. Declarantes dictā Artē Agriculturæ etiam ipsis Clericis in eorum casalibus licitam, & permissam.

§. 6. Et quia propter Artē Agriculturæ præfatæ intermissionem & desuetudinem, boves apprime cultivationi necessarii defecerunt, ut quanto citius eorum numerus ad necessariam quantitatem, & copiam augeatur & reducat: Volumus & mandamus, quod omnes qui habent Armenta, seu Massaritas Vaccarum, teneantur alere seu ali facere tertiam partem omnium Vitulorum, qui in Martii, Aprilis & Maii mensibus quolibet anno nascuntur, tam marium, quam foeminarum pro æquali portione.

§. 7. Et nullus macellarius juvencos, seu boves aratores, & qui apti sint ad arandum, nec etiam vacas nisi rejiciendas (quæ vulgo Cacciatore nuncupantur) seu veteres, & quæ pro massaria inutiles sint, macellare possit sub amissionis dictorum animalium, vel eorū pretii, seu aliis arbitrio Camerarii, vel Præfecti Annonæ infligendis pœnis; & si Macellarii emerint Boves veteres, qui ad arandum amplius apti minimē reputentur, aliquis tamen illis ad arandum uti velit, teneantur Macellarii tales Boves eisdem pretio convento vel soluto tradere & relaxare, & Dohanerii tam Boum quam Vaccarum prædictarum Gabellam recipere & exigere minimē valeant sub amissionis dictæ gabellæ, aliisque arbitrio Camerarii, seu Annonæ Præfecti infligendis pœnis.

Bullarii Magni Tom. III.

§. 8. Ac insuper prohibemus ne extra Territorium, & districtum Urbis, Boves & Juvenci etiam bubalini absque licentia extrahi possint, sub pœnis amissionis dictorum Animalium per quoslibet exahentes, & pro qualibet vice incurrendis.

§. 9. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices, &c. sublata, &c. judicari & definiti debere, irritum, &c. decernimus.

§. 10. Mandantes dilectis filiis Camerario, & Annonæ Præfecto, & eorum cuilibet in solidum, ut præsentibus nostras literas publicari, & ab omnibus inviolabiliter observari faciant. Dantes eis in præmissis & circa ea plenam & omnimodam, & eam, quam nos ipsi habemus, facultatem & potestatem, declarandi & decidendi si quid in præsentibus nostris Constitutione, declaratione & definitione opus esse videbitur, necnon quæcumque edicta, seu bannimenta pro præmissorum observatione, & executione necessaria & opportuna faciendi & publicandi.

§. 11. Non obstantibus constitutione & ordinationibus Apostolicis, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum & Villarum quorumcumque juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, reformationibus & decretis, privilegiis quoque & indultis Apostolicis, Communitatibus, Universitatibus, Baronibus, ac aliis præfatis à dicta Sede Apostolica, vel à nobis forsitan concessis. Quibus omnibus, etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat ad effectum præfatum specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus etiam quod præsentium Sola Signatura etiam sine data & registratura sufficiat, & tam in iudicio quam extra, regula contraria non obstante, plenam fidem faciant, & nihilominus literæ tam in forma brevis, sub Annulo Piscatoris, quam sub Plumbo cum clausulis necessariis & opportunis, in amplissima forma expediti valeant.

Placet Motu proprio H.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1600. indictione 13. die vero 4. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa VIII. Anno eius 9. supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit in acie Campi Flora, & aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me Christophorum Fundatum Cursorem Apostolicum.

Gaspar Bompiedi Magister Curs.

Institutio Collegii Scholarium nationis Scotiæ in LXXIII.

Urbe piè in orthodoxa fide, & bonarum artium studiis instruendorum, cum reddituum assignatione.

CLEMENS EPISCOPVS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In supremo militantis Ecclesiæ solio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, summa Redemptoris nostri benignitate constituti, ad ea per quæ non solum Urbis nostræ, sed exterarum quoque nationum, præsertim hæreticorum, & impiorum hominum pravitate ab orthodoxæ fidei semitis aberrantium, juvenus in pietate ac optimis moribus & disciplinis, ipsiusque fidei cultu educari & instrui, necnon congruis redditibus ad vitæ subsidium, & necessitatum suarum sublevamen confoveri valeat, libenter intendimus, ac in his pastoralis officii nostri curam & sollicitudinem, etiam per unionis beneficiorum Ecclesiasticorum ministerium, vel alias, prout rerum & temporum ratio postulat, favorabiliter interponimus.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus Monasterium S. Helie de Melicania S. Benedicti, vel alterius Ordin. Melit. diocesis, quod bon. mem. Innocentius Episcopus Portuen. Cardinalis de Aragona nuncupatus, ex concessione & dispensatione Apostolica in commendam ad ejus curā dum viveret obtinebat, commenda hujusmodi per obitum dicti Innocentii Episcopi & Cardinalis, qui nuper apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolvit, cessante, adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacaverit & vacet ad præsens, ac in Scotiæ Regno, quod nobilissi-

Et de distri-  
ctu non ex-  
trahantur.

Decretum  
irritum.

Executores  
huius consilii  
deputantur.

Class. derog.

Sola Signa-  
tura sufficit.

Papa subscr.  
Publ. Pontif.  
An. 9. die 4.  
Decembris.

Edita An. D.  
1600.

Pontificis  
Studii, quod  
inventum ex-  
terarum nati-  
onum, præ-  
sertim hære-  
ticorum, in  
Urbe piè in  
fidei cultu  
instruatur.

Designatio  
loci in quo  
Collegium  
alumnorum  
Regni Scotiæ  
in Urbe insti-  
tutum possit  
ad profectum  
animarum  
dictæ natio-  
nis.

mun exiit, & inter prima que fidem predictam susceperunt, numeratur, jam pridem heresi labefactato non desint Christi fideles, qui summis conflictati calamitatibus, fidem ipsam tamen retineant, & plerique ex eodem Regno profecti, & relegati sub obedientia & devotione S.R.E. persistentes, ad Urbem predictam, limina SS. Apostolorum visitandi, diemque Sedem amplectendi & recognoscendi gratia, confluere soleant. In ipsa vero Vrbe, nullus adhuc peculiaris locus, ad puerorum & adolescentium nationis Scotie hujusmodi, qui parentibus orbat, aut a patria exules, vel bonis suis spoliati, necessario subsidio & spiritali pabulo indigent, receptionem & educationem, atque in pietate & Christiana religione, necnon bonarum literarum studiis instructionem constitutus reperitur, aedes autem e conspectu Ecclesie B. Marie de Constantinopoli nuncupata, regionis Trivii de dicta Vrbe, juxta viam publicam a duobus, & domum dilecti filii Michaelis Sebastiani incolae ejusdem Urbis consistetes, & ad Camera Apostolicam spectantes, quas dilectus filius Andreas de Spinosa familiaris continuus commendalis noster ad praesens inhabitat, pro instituendo ibidem Collegio ad usum & receptionem puerorum & adolescentium praedictorum inservire possint. Nos fel. rec. Celestini, & Honorii, aliorumque Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, qui praecipuum hujus nationis curam habuerunt, vestigiis inherere, ac insigne pietatis opus hujusmodi promovere volentes, & sperantes omnino futurum, ut ipsius Collegii alumni tractu temporis multiplices fructus in dicto Regno ad animarum salutem producere, ac etiam eliminata haerese collapsum fidei praedictae cultum, & avitam Religionem in sua patria restituerent debeant.

*Institutio dilecti Collegii nationis Scotiae.*

*Assignatio dotis.*

§. 2. Motu proprio, non ad ipsius Nationis, vel alterius pro ea nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, ac ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestate plenitudine, in aedibus praedictis unum Collegium, Nationis Scotie nuncupandum, in quo juvenes & adolescentes ejusdem Nationis ad idonei recipi, bonisque moribus ornari, ac vera pietate, sanaque doctrina, & reliquis Christiano homine dignis virtutibus instrui debeant, Apostolica auctoritate perpetuo erigimus & instituimus.

§. 3. Illique sic erecto & instituto Pro congrua ejus dote, ac commoda illius Rectoris, Oeconomorum, Magistrorum, Praeceptorum & scholarium in eo pro tempore existentium sustentatione, Monasterium praedictum, quod cura animarum & Conventu caret, ac cujus, & illi forsan annexorum fructus, redditus & proventus, centum & quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem annuum, ut etiam accepimus non excedunt quovis modo, quem etiam si ex illo quavis generalis reservatio, etiam in corpore juris clausa resister praesentibus haberi volumus pro expresse, & ex cujuscuque persona, seu per liberam cessionem cujusvis de illius regimine & administratione in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus sponte facta vacet, etiam si tanto tempore vacaverit quod ejus provisio juxta Lateranen. statuta Concilii ad Sedem praedictam legitime devoluta existat, & illa ex quavis causa ad Sedem eandem specialiter vel generaliter pertineat, ac de illo consistorialiter disponi consueverit seu debeat, necnon super eisdem regimine & administratione inter aliquos litis, cujus status etiam praesentibus haberi volumus pro expresse, pendeat indecisa (dummodo tempore dat. praesentium praedicto Monasterio, de Abbate provifum aut illud alteri commendatum canonicè non existat) cum annexis hujusmodi, ac omnibus juribus, membris & pertinentiis suis auctoritate & tenore praedictis etiam perpetuo unimus, anneximus & incorporamus. Aedes vero praedictas similiter cum adjacentiis ac juribus & pertinentiis suis universis, necnon unam vineam prope & extra portam S. Sebastiani, etiam de Vrbe, juxta bona dilectorum filiorum Aetili Lucii Medici, & Petri Bolaclis ac Antonii Mariae de Frascato, seu forsan alios veriores confines positam, & olim ad quendam Hugonem Grephenge, nunc vero dictam Camera spectantes, ab ipsa Camera eisdem auctoritate & tenore similiter perpetuo separamus & dismembramus, illasque sic separatas & dismembratas, necnon quaecunque alia res

proprietates & bona dicto Collegio per quoscumque quomodolibet donanda, elargienda & relinquenda, eidem Collegio auctoritate & tenore similibus pariter perpetuo donamus, concedimus, applicamus & appropriamus. Ita quod liceat ipsius Collegii Rectori, alumnis, Magistris, Praeceptoribus & scholaribus pro tempore existentibus corporalem, reale, & actualem dicti Monasterii, illiusque regimie & administrationis, ac annexorum, juriumque membrorum & pertinentiarum, necnon domus, vineae, proprietatum, & aliorum bonorum praedictorum possessionem per se vel alium feudalis, eorum ac ejusdem Collegii nominibus propria auctoritate liberè apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, proventus, jura, obventiones & emolumenta ex eis provenientia quaecumque percipere, exigere, levare, recuperare, locare & arrendare, ac in eorum communes, ipsiusque Collegii usus & utilitatem convertere, Diocelani loci, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita.

§. 4. Et insuper Collegium praedictum, illiusque Rectoris, Oeconomorum, Magistrorum, Praeceptorum & scholarum pro tempore in eo existentes, illorumque domesticos, Officiales & Ministros, necnon ipsius Collegii bona mobilia, immobilia praesentia & futura, cujuscumque qualitatis & quantitatis existentia, ac tam in dicta Vrbe, quam extra eam ubicumque locorum consistentia, ab omni jurisdictione, dominio, superioritate & potestate pro tempore existentium Vicarii, Senatoris, Conservatorum & Reformatorum dictae Urbis, necnon Rectoris dicti Studii generalis ejusdem Urbis, ac Ordinariorum locorum, aliorumque Judicum & Officialium quorumcumque in ipsa Vrbe, vel alias ubicumque constitutorum, necnon idem Collegium in propriis suis bonis & rebus ac dicti Collegii ratione, scholares, personaeque in eo degentes, ac alios cum ipso contrahentes, ab omnibus & singulis Portarum, Molendinorum farinae, trium pro centenatio, ac quatuor juliorum pro quolibet vegete vini solvi solitorum, alisque datis pedagiis, vectigalibus, angariis, ac terrae marisque gabelis, dohanis, bollettis, & quibuscuque aliis oneribus ordinariis & extraordinariis, haecenus quomodolibet impositis, & in posterum quandocumque quavis occasione vel causa etiam de necessitate exprimenda imponendis, etiam ad instar exemptionis dilectorum filiorum Clericorum dictae Camerae, etiam ratione Ripae, Ripertae, dohanae terrae & Grafiae, etiam Urbis praedictae, necnon carni, vini, granorum, pannorum, lini, lanae, serici, librorum, chartarum, & aliarum quarumcumque rerum ad humanum victum & vestitum necessarium, ex toto Statu nostro Ecclesiastico, & quibuscumque aliis locis extra dictum Statum consistentibus, ad dictum Collegium tam per terram, quam per mare & aquam dulcem, & alias quomodolibet conducendarum, ac etiam jam ad urbem ipsam conductarum, & in ea existentium, ac pro eodem Collegio in magna, seu parva quantitate, tam in Barcis quam in Magazenis & aliis ubilibet emendorum, auctoritate & tenore praedictis itidem perpetuo eximimus & liberamus, ac sub S. Petri & dictae Sedis atque nostra protectione suscipimus, nobisque & eidem Sedi immediate subijcimus.

§. 5. Praeterea Collegio, illiusque Rectori, scholaribus, Praeceptoribus, Magistris, Oeconomis, officialibus, ministris, & personis praedictis, ut quibuscumque privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, gratiis & indulgentiis quibus studium generale dictae Urbis necnon alia Germanicae, Anglicae, & Graecae Nationum Collegia, in ipsa Vrbe instituta, illorumque Rectores, scholares, Praeceptores, Magistri, Oeconomis, officialis, ministri, & personae quovis modo utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere possunt & poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequè principaliter in omnibus & per omnia uti potiri & gaudere valeant, eisdem auctoritate & tenore etiam perpetuo concedimus & indulgemus. Districtius quoque inhibemus Vicario, Senatori, Conservatoribus, & Reformatoribus Urbis, ac Rectori Studii hujusmodi, aliisque Iudicibus, officialibus, Praesidentibus & Clericis praedictis, necnon pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, & quibusvis Commissariis ad executionem decimarum, aliorumque onerum praedictorum pro tempore deputatis, ne quarumvis literarum sub quibuscuque tenoribus & formis concessarum praetextu,

*Receptio in protectione Sedis Apostolicae, cum exemptione a jurisdictione & superioritate quovis iudicum & officialium, quorumcumque in quavis Vrbe, & in quavis parte eiusdem.*

*Concessio omnium privilegiorum & gratiarum quibus gaudent studia generalia Urbis & Collegia nationis Germanicae, Anglicae & Graecae in eadem Vrbe instituta. De studio Urbis vide institutionem supra in Bonifacii VIII. constit. 9. in supra. lib. 1. De dilectis autem Collegiis institutiones vide supra in constit. Gregor. XIII. n. 14. 20. & 42. lib. 2.*

textu, Collegium per presentes erectum, iusque Re-

*Deputatio  
Camilli Car-  
dinalis Bur-  
gheſii in Pra-  
ſentibus d.  
Collegii cum  
ſententiis  
hic relatis.*

§. 6. Ut autem ipſius Collegii per presentes erecti con-  
ſervationi bonoque regimini, tam in his quae ad institu-  
tionem & disciplinam, quam quae ad victum, veſtitum,  
aliaque huiusmodi neceſſaria pertinent, opportune conſu-  
latur, dilectum filium noſtrum Camillum tit. S. Joannis  
& Pauli Presbyterum Cardinalem Burghesium nuncupa-  
tum, ejuſdem Collegii per presentes erecti Proteſtorem  
& defenſorem, cujus conſilio & ope omnia ſupradicta,  
ac alia quaecumque ad eodem in ipſum Collegium per  
presentes erectum admittendos, retinendosque schola-  
res ſpectantia, ac alias quomodolibet neceſſaria agantur,  
ſtatuantur & ordinentur, conſtituimus & deputamus, ac  
Camillo Cardinali, & pro tempore exiſtenti Proteſtori  
praedicto pro ejuſdem Collegii per presentes erecti, il-  
liſque perſonarum, bonorum, rerum, iurium, tam ſpi-  
ritualium quam temporalium ſalubri directione & con-  
ſervatione, Rectores, Praeceptores, Magiſtros, Oecono-  
mos, Advocatos, Procuratores, ceterosque Miniſtros &  
Officiales in eo deputandi & amovendi, ac loco amoven-  
dorum alios ſufficiendi, necnon ſtatuta, ordinationes &  
decreta quaecumque, licita tamen & honeſta, ſacriſque  
Canonibus & decretis Concilii Tridentini, ac Conſtitu-  
tionibus Apoſtolicis non contraria faciendi & edendi,  
atque illa quoties pro eorum & temporum qualitate, ſeu  
alias expediens videbitur, immutandi, corrigendi, mode-  
randi, reformandi, interpretandi, & etiam alia ex in-  
terro condendi, quae poſtquam immutata, correctae, re-  
formata, & condita fuerint, eo ipſo dicta Apoſtolica au-  
toritate confirmata & approbata ſint & eſſe cenſentur,  
ac ab omnibus ad quos pro tempore ſpectabit, & ſub  
poenis in contravenientes ſtatuendis obſervari debeant,  
plenam, liberamque facultatem tribuimus.

*Deputatio  
clauſularum  
praſentium hu-  
iusmodi Col-  
legii.*

§. 7. Decernentes praemiſſa omnia & ſingula, ac praesentes  
litteras nullo unquam tempore, etiam pro eo quod  
cauſae propter quas haec omnia facta ſunt, coram dicto Vi-  
cario vel quocumque alio examinatae, verificatae, & appro-  
batae, ac quicumque intereſſe habentes ad ea vocati non  
fuerint, nec eiſdem praemiſſis conſenſerint, ſive alias qui-  
buſcumque cauſis, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut  
nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtrae, vel quocumque alio  
defectu notari, impugnari, retractari, ſeu etiam revocari,  
ſuſpendi, reſtringi, limitari, aut in jus vel controverſiam vo-  
cari, ſeu ad terminos iuris reduci poſſe, neque ſub quibus-  
vis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus,  
ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, dero-  
gationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per  
nos & ſucceſſores noſtros Rom. Pontifices pro tempore  
exiſtentes, ac Sedem eandem, ſub quibuſcumque verbo-  
rum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſvis clauſu-  
lis & decretis pro tempore quomodolibet factis compre-  
hendi, vel confundi, ſed ſemper ab illis excipi, & quo-  
ties illae emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum  
ſtatum reſtitutas, reſiſtas & plenarie reintegratas, ac de  
novo etiam ſub poſteriori data per Rectorem, Oecono-  
mos, Magiſtros, Praeceptores, ſcholares, & alios Mini-  
ſtros Collegii per praesentes erecti huiusmodi pro tempo-  
re exiſtentes quandocumque eligenda conceſſas eſſe &  
fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & ob-  
tinere debere, nec quemquam ad eaſdem praesentes in Ca-  
mera praedicta juxta conſtitutionem piæ me. Pii Papæ IV.  
etiam praedeceſſoris noſtri deſuper editam, aut alias qua-  
documque praesentandam, inſinuandum, & regiſtrari fa-  
ciendum teneri, neque propterea illas irritas eſſe, ſed  
omnino valere, ac ſi conſtitutio praedicta & alia contraria  
minime emanaveſſent. Sicque per quoscumque Judices,  
etiam cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores, ac ejuſdem  
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eo-  
rum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi fa-  
cultate & auctoritate, iudicari & definiſſi debere, irritum  
quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis au-  
toritate, ſcienſer vel ignoranter contigerit attentari.

*Deputatio  
excutorum  
huius conſi-*

§. 8. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiae dictae Ca-  
merae Generali Auditori, ac Archidiacono Eccleſiæ Meli-

ten, ac Vicario venerabilis fratris noſtri Epilcopi Miliſia  
in ſpiritualibus generali, per Apoſtolica ſcripta manda-  
mus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel  
alium, ſeu alios, praesentes litteras, & in eis contenta quae-  
cumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte  
Proteſtoris, Rectoris, Oeconomorum, Scholaſtarum, Magi-  
ſtrorum, Praeceptorum, Officialium & Miniſtrorum Col-  
legii per praesentes erecti huiusmodi pro tempore exi-  
ſtentium, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter  
publicantes, eiſque in praemiſſis efficacis deſenſionis au-  
xilio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra praesentes, &  
in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos ſpectat, &  
pro tempore ſpectabit, firmiter obſervari. Ipſoque Pro-  
teſtorem, Rectorem, Oeconomos, ſcholares, Praecepto-  
res, Magiſtros, Officiales & Miniſtros illis pacifice frui  
& gaudere, non permittentes illos vel eorum quempiam  
deſuper quomodolibet indebitè moleſtari. Contraſtato-  
res quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras & poenas  
Eccleſiaſticae, aliaque opportuna iuris & facti remedia,  
appellatione poſtſiſta compellendo, ac legitimis ſuper  
hoc habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras &  
poenas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, in vocato  
etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

*Deputatio  
quorum nomina  
que conſtitu-  
erunt.*

§. 9. Non obſtantibus Pii praedeceſſoris huiusmodi &  
aliis praemiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra de unionibus  
committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, & ex-  
primendo vero valore, etiam beneficii cui aliud unitur,  
necnon Lateran. Concilii noviſſime celebrati, uniones  
perpetuas niſi in caſibus à jure permiſſis fieri prohiben-  
tis, & rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter praedeceſ-  
ſoris noſtri, qua cavetur ne quis extra ſuam Civitatem vel  
Dioceſim, niſi in certis expreſſis caſibus, & in illis, non  
ultra unam dietam à ſine ſuae Dioceſis ad iudicium evoca-  
tur, ſeu ne Judices à dicta Sede deputati extra Civita-  
tem vel Dioceſim in quibus deputati fuerint, contra quos-  
cumque procedere, aut alii vel aliiſ vices ſuas commit-  
tere audeant vel praesumant, ac in Concilio generali edita  
ta de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis au-  
toritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque  
Apoſtolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & Uni-  
verſalibus Conciliis editis ſpecialibus vel generalibus con-  
ſtitutionibus, ordinationibus, necnon Monasterii & Or-  
dinis, ac Urbis, & Cameræ praedictorum, etiam iura-  
mento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmi-  
tate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privile-  
giis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, nec-  
non Vicario, Senatori, Conſervatoribus, Reformatori-  
bus, ordinariis iudicibus, Officialibus, Camerario, Prae-  
ſidentibus, ac Clericis praedictis, ac quibuſvis Dohane-  
riis, Commiſſariis, & aliis perſonis ad executionem  
Pedagogiarum, aliorumque onerum huiusmodi pro tempo-  
re deputatis, necnon dilectis filiis Populo Romano, ac  
quorumcumque locorum Communitatibus, univerſita-  
tibus & hominibus, ſub quibuſcumque tenoribus &  
formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriis  
derogatoriis, aliisque efficacioribus & inſolitis clauſu-  
lis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in  
ſpecie, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine  
ſimilibus, ac aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus  
conceſſis, approbatis & innovatis, quibus omnibus,  
etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione aliis de illis  
eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa  
& individua, ac de verbo ad verbum, non autem per  
clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu qua-  
vis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma  
ad hoc ſervanda eſſet, tenores huiusmodi ac ſi de verbo  
ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita  
obſervata inferri ſortent, praesentibus pro ſufficienter ex-  
preſſis & inferriſ habentes, illis alias in ſuo robore per-  
manſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe de-  
rogamus, & contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus  
communiter vel diſiſim ab eadem ſede indultum  
quod interdicti, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint  
per litteras Apoſtolicas non facien. plenam & expreſſam,  
ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentione.  
Proviſo tamen, quod propter unionem, annexionem &  
incorporationem huiusmodi, Monasterium praedictum  
in ſpiritualibus non laedatur, & in temporalibus detri-

menta non sustineat, sed ejus congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino, &c.  
Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1600. Non. Decembris, Pont. nostri anno 9.

LXXIV. Ordinationes circa accessum Regularium in Japonicas, & adjacentes Chinæ, & Indiæ Orientalis Insulas, prædicandi, aut docendi causa.

Edita A. D. 1600. CLEMENS PAPA VIII. Universis & singulis presentes literas inspecturis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Exordium. Onerosa Pastoralis officii cura, meritis licet imparibus, nobis divina dispositione commissa postulat, ut non solum ad proximos, sed etiam ad remotissimos Orbis Terræ populos mentis nostræ aciem dirigentes, quæ ad illorum salutem, & Christianæ Religionis propagationem pertinent, diligenter prospiciamus.

Gregor. XIII. Religiosi scilicet, & non alios, ad Provincias Japonicæ prædicandi, aut docendi causa.

Horum tam multitudinem, quæ in Japonicis, & adjacentibus Insulis, Regionibus, & Provinciis, ac finitimis Regibus Indiæ Orientalis amplissima, & populis refertissima sunt, ac pro tanta animarum multitudine ad fidem Catholicam traducenda, & spiritualibus alimentis fovenda, plures operarii, ac Ministri necessarii sunt, quàm ex sola supradictorum Religiosorum Societate Jesu haberi possint, & idcirco operæ pretium esse videatur, etiam aliorum Ordinum, præsertim Mendicantium professores doctrina insignes, & vita ac moribus probatos, ad dicta munera obeunda illuc destinari, ut auctis ibidem agri Domini cultoribus, ipsi etiam Christianæ Religionis fructus augeantur.

Ille idem Præfatus, religiosus omnium Ordinum Mendicantium ad prædicta munera accedere possit, indulget, facta à Superioribus suis licentia.

§. 1. Alias siquidem postquam Christi nomen, & Evangelium in extremis omnium Terrarum Insulis, Regionibus, & Provinciis Japonum annunciari, earumque populi pulsa ethnicae superstitionis, atque errorum caligine, Christianæ veritatis, ac fidei lumine illustrati cœperant, fel. rec. Gregorius XIII. prædecessor noster considerans, nullos verbi Dei prædicatores, præter Religiosos Societatis Jesu, ad Regiones & Provincias prædictas penetrare, illosque solos dictis Nationibus ejusdem veritatis, ac fidei amplectendæ auctores, præceptores, ac veluti parentes fuisse. His & aliis, etiam tunc expressis causis adductis omnibus Patriarchis & Episcopis, etiam Provinciæ Chinæ & Japonis, sub interdicti Ecclesiastici, & suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, ac Pontificalium exercitio, aliis verò Sacerdotibus, Clericis & Ministris Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm cujusvis Ordinis regularibus, cujuscumque status, gradus, ordinis & conditionis existerent, sub excommunicationis majoris pœnis ipso facto incurrendis interdixit, & inhibuit, ne ad easdem Regiones & Provincias Japonicæ Evangelii prædicandi, vel doctrinam Christianam docendi, aut Sacramenta ministrandi, aliæque munia Ecclesiastica obeundi causa, sine sua, & Sedis Apostolicæ expressa licentia proficisci auderent, prout in ipsius Prædecessoris desuper in forma Brevis, sub dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii, Anno Domini 1585. Pontific. sui Anno XIII. confectis literis plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut ex charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugaliæ, & Algarbiorum Regis Catholici relatione nuper intelleximus, tam Chinæ & Japonum, quàm aliæ illis vicinæ, & adjacentes Insulæ, Regiones, & Provincie, ac finitima Regna Indiæ Orientalis amplissima, & populis refertissima sunt, ac pro tanta animarum multitudine ad fidem Catholicam traducenda, & spiritualibus alimentis fovenda, plures operarii, ac Ministri necessarii sunt, quàm ex sola supradictorum Religiosorum Societate Jesu haberi possint, & idcirco operæ pretium esse videatur, etiam aliorum Ordinum, præsertim Mendicantium professores doctrina insignes, & vita ac moribus probatos, ad dicta munera obeunda illuc destinari, ut auctis ibidem agri Domini cultoribus, ipsi etiam Christianæ Religionis fructus augeantur.

§. 3. Nos pro officii nostri debito super præmissis providere volentes, dictarumque Gregorii prædecessoris literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, omnibus & singulis Mendicantium Ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus generalibus, nunc & pro tempore existentibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, concedimus & impartimus, ut cum necessitas postulaverit, quilibet Ordinis sui spectatæ vitæ, & eruditionis Religiosus, quos nimirum ad prædicta officia, & ministeria idoneos, & utiles fore in Domino judicaverint, per Lusitaniam dumtaxat, & suscepta inde navigatione in Indias, & Civitatem Goan, atque ad Superiores Ordinum in illis partibus existentes transmittere, & tam ipsi sic transmittendi, quàm alii supradictorum Ordinum Religiosi in eisdem Indiæ partibus existentes, & ad hoc munus obeundum à suis Magistris, Ministris vel Prioribus generalibus, seu aliis Superioribus electi & approbati, tam ad Japonicas prædictas, quàm ad alias proximas & adjacentes, etiam Chinæ & finitimorum, & Terræ Firmæ Indiæ Orientalis Insulas, Regiones & Provincias accedere.

§. 4. Monentes eisdem Ordinum Mendicantium Magistros, Ministros, seu Priores generales, missiones hujusmodi ita per eos fieri debere, ut futuræ sint utiles, & fructuosæ ad infidelium conversionem, & Christianæ fidei propagationem, absque ulla ministrorum inter se contentione, quæ ipsos infideles à conversionis proposito avertat, & conversis scandalum materiam præbeat.

§. 5. Ipsi verò Religiosi cum ad Provincias, & loca assignata pervenerint, in illis obedientiæ suorum Superiorum, juxta eorum Regulas, & Constitutiones subiecti permanere, ibique verbum Dei prædicare, Sacramenta administrare debeant, sub obedientia tamen circa prædicationem & administrationem Sacramentorum tantum, illius Episcopi, in cujus Diocesi, prædicabunt, & Sacramenta administrabunt, liberè & licitè valeant, nec desuper à quoquam molestari, perturbari vel inquietari debeant, & quandiu ibidem permanerint, ac eis propria Provincia à suis Generalibus constituta non fuerit, de Provincia Indiæ Orientalis sui cujusque Ordinis sint, ac esse censeantur.

§. 6. Quod si forte aliquæ controversiæ inter Religiosos dictarum Religionum (quod Deus avertat) oriantur, Episcopi locorum prædictorum pro tempore existentes, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, illa decendant, ac terminent. Si verò graviora quædam negotia occurrerint, ea ad nos & Rom. Pontifices successores nostros quantocius ab eisdem Episcopis referantur, ut quod in illis statui, ac decerni debeat, matura consulatione adhibita provideri possit.

§. 7. Ceterum omnibus, & singulis Religiosis cujuscumque status, gradus, ordinis & conditionis fuerint, sub excommunicationis majoris, à qua non nisi à nobis, & Rom. Pontifice, præterquam in mortis articulo absolvi possint, necnon privationis vocis, tam activæ, quàm passivæ, ac dignitatum, administrationum & officiorum quorumcumque, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obrinenda ac exercenda, pœnis ipso facto absque alia declaratione incurrendis interdiximus & prohibemus, ne ex Insulis Philippinis nuncupatis, sive qualibet alia Indiæ Occidentalium, vel quæ pro partibus Indiæ Occidentalium nunc habentur, parte ad illas pertinenti, in Japonicas, ac alias illis proximas adjacentes, & finitimas Insulas, Provincias & Regiones prædictas, etiam quorumcumque privilegiorum, eis vel suis Ordinibus à nobis & Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, sub quibuscumque tenoribus, & formis, in genere vel in specie, etiam super facultate prædicandi verbum Dei per universum Mundum hæcenus concessorum, seu in posterum etiam concedendorum, approbandorum & innovandorum, nisi in illis de præsentibus prohibitione, & interdicto specialis, specifica, & expressa mentio cum sufficienti derogatione fiat, aut quovis alio prætextu, & quæsito colore proficisci, & transire audeant vel præsumant. Et si qui hæcenus, vel in posterum secus fecerint, postquam moniti fuerint, statim sub eisdem pœnis, omnimoda, & excusatione cessante, ad dictas Insulas Philippinas, vel alias partes Indiæ Occidentalium reverti, & redire omnino teneantur, & ad id per quoscumque Judices Ecclesiasticos sub eisdem, & aliis eorum arbitrio inflegendis pœnis cogi & compelli possint.

§. 8. Mandantes propterea universis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac ceteris Ecclesiasticis & locorum, etiam Regularium Prælatibus per universum Orbem constitutis, ut præsentibus literis in suis quibusque Provinciis, Civitatibus, Dioc. Capitulis & jurisdictionibus ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties ab Ordinum prædictorum Religiosis requisiti fuerint, solemniter publicari curent & faciant.

§. 9. Non obstantibus interdicto & prohibitione, ac literis dicti prædecessoris, aliisque præmissis, necnon Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus & universalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, necnon prædictæ Societatis

Superiores autem missiones istas miles esse videntur.

Missi vero enumerati sunt observandi.

Religiosorum desuper contravenientes Episcopi cogentur, & graviora pœna significati.

Prohibitio ex Insulis Philippinis, & aliqua Indiæ Occidentalium parte transgredi in Insulas Japonicas.

Tuffo publico hanc bullam.

Delegatio contrariis.



ris Jesu, aliarumque Religionum, Provinciarum & Religionum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgitiis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque Prælati, Superioribus & personis, etiam particularibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in genere vel in specie, ac aliis quomodolibet concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliis de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, hac vice specialiter & expressè, in quantum nostris prohibitioni & interdicto, aliisque præmissis adversentur, harum serie derogamus, ac derogatum esse & ceteris, neque illa eis ulatenus suffragari volumus & declaramus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Et quia difficile foret præsentibus literas ubicumque usus venerit, ostendi & publicari, volumus ut earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, vel alius dictarum Religionum Secretarii subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel cujusvis ex Generalibus prædictis sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Videi exemplum.

Dat. P. A. 9. die 12. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1600. Pontificatus nostri anno nono.

LXXV. Reformatio Regulæ Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, in Hospitalibus & extra degentibus.

Istam Congregationem approbavit Sixtus V. ut sup. in ejus constit. 25. Ex omnibus, lib. 2. Et istam Regulam primò constituit Gregorius XIV. ut sup. in ejus constit. 17. Illius, lib. 2.

Edita A. D. 1600.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Superna dispositione, cujus inscrutabili providentia Sordinationem suscipiunt universa, ad Apostolicæ dignitatis apicem sublimati, ex debito pastoralis officii nobis commissi, voris illis, quæ ad pauperum Christi infirmorum necessitates sublevandas, ac felicem progressum ad hoc institutarum Congregationum faciunt, libenter annuimus, & quæ propterea per Christi fideles piè facta & ordinata fuerunt, ut firma, perpetua & illibata persistant, Apostolico munimine roboramus, aliasque desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Præmissum.

Sixtus V. istam Congregationem approbavit in ejus constit. cit. in rub.

Greg. XIV. eius Regulam confirmavit supra in ejus constit. 17. Illiuslib. 2.

In qua particulariter declaratur.

§. 1. Dudum siquidem felic. record. Sixtus Papa V. certis causis adductus, ex certa sua scientia Congregationem sub vocabulo, seu nomine Ministrantium Infirmis in Urbe constitutam, per quasdam in forma Brevis confectas literas confirmavit.

§. 2. Et deinde piæ memoriæ Gregorius Papa XIV. prædecessor noster, cum accepisset dilectos filios Camillum de Lellis modernum dictæ Congregationis Præfectum Generalem, & alios ejus socios, ad perficiendam & conservandam unionem dictæ Congregationis quamdam vivendi formulam, juxta ea quæ ad propositum sibi finem conducere usu didicerant edidisse, dictam vivendi formulam Motu proprio per alias literas approbavit, prout in singulis prædictis.

§. 3. In quibus, videlicet dicti Gregorii prædecessoris, inter alia statutum fuit, quod paupertas dictæ Congregationis ita interpretaretur, ut religiosorum esset paupertas

mendicantium eorum, qui nec singuli, nec universi seu-ctus ullos, ac redditus caperent, quæ verò necessaria essent, ea ex humili exercitio ostiarum emendicando, vel ex elemosynis fidelium eis sponte oblatis compararent.

§. 4. Præterea totius Congregationis Superioris Præfecti Generalis officium perpetuum esset, quoad viveret, ac Socios haberet quatuor, qui Consultores dicerentur, quique pariter officium perpetuum gererent, dum Generalis Præfectus esset superstes.

§. 5. Necnon, quod longè major esse deberet laicorum, quàm Sacerdotum numerus, ac ii tantum Sacris ordinibus destinandi essent, quos Præfectus Generalis, & Consultores, vel de eorum licentia alii Superiores, non aptos modò ad ipsos sacros ordines, sed etiam ad ministerium dictæ Congregationis, ex constitutionum præscripto congruentes ac necessarios judicarent, plenius continetur.

§. 6. Cum autem, sicut accepimus, multæ difficultates hæcenus circa formulam, & vivendi modum, & præsertim circa ministerium, & servitium infirmorum, necnon regimen, gubernium, manutentionem, & conservationem dictæ Congregationis ortæ essent, & res multò aliter quæ putabatur evenisset, & propterea statutis dicti Gregorii prædecessoris, quæ præsentibus expressa sunt deroganda, seu illa, & forsitan alia immutanda, seu abroganda in toto vel parte essent, dilectus filius Magister Antonius Seneca Notarius noster, ac Prælati Congregationis in Reformationis Apostolicæ, cui hoc universum negotium examinandum commissimus, cum dicto Camillo, ac dilectis filiis Blasio Oppertis, & Sanctio Cicatello, ac Octaviano Variano, & Chromatio de Martino Consultoribus generalibus dictæ Congregationis stabilierunt, & nobis retulerunt, seu proposuerunt unam formam sequentium statutorum, quorum tenor talis est.

§. 7. Cum omnis instituti nostri ratio posita sit in operibus misericordie, tam corporalibus, quàm spiritualibus exhibendis, in iis præcipue quæ spectant ad ægrotos in Nosocomiis, carceribus, & privatis civium domibus laborantes, in Domino expedite judicavimus, ut Patres, fratresque nostri in Nosocomiis (ubi licebit, & commodè fieri poterit juxta constitutiones edendas) ægrotis, tam in spiritualibus, quàm in corporalibus deserviant, atque in eisdem Nosocomiis dies noctesque degant, & habitent: nunc verò Superiores nostræ Religionis dabunt operam, ut à Nosocomiorum Gubernatoribus, seu Administratores dimittantur alii Sacerdotes & mercenarii ministri, quo factò, in eorum locum nostri Patres & Fratres substituantur, ut in Nosocomiis diversentur, & succedant ad prædicta misericordie tam spiritualia, quàm corporalia munera obeunda. Quod si aliquando illud tempus incideret (quod Deus avertat) ut ad tollenda delictorum, vel dissensionum semina, quæ ex humana imbecillitate suboriri possunt, sanctitas D.N. perpetuam illam habitationem, & ægrotorum curam, ut supra dictum est, in aliquibus, aut in omnibus Nosocomiis removendam censeret, tunc Patres, fratresque nostri omninò obstricti sint, ac teneantur sui instituti vim incolumem custodire, quæ sita est in eo, ut ægrotis spiritualiter & corporaliter deserviant, cum solitis visitationibus, ac excubiis nocturnis diurnisque, juxta constitutiones edendas.

§. 8. Ut autem hoc ægrotorum spirituale, & corporale servitium, & ministerium constans & perpetuum sit, ac quemadmodum religiosus decet, illud exequamur, Volumus, ut antequam in aliquod Nosocomium nostri ad ægrotos inserviendum recipiantur, inter alias conditiones, ac pactiones, quæ cum ejus loci Gubernatoribus, ac Dominis conveniendæ erunt, illa sit præcipua, ne patres, fratresque nostri, qui suam operam circa illius loci ægrotos impendent, aliorum quorumcumque, etiam Superiorum, ac Dominorum eorundem Nosocomiorum, quàm Religionis nostræ obediencie subiecti sint. Igitur ad nullum laicorum auctoritas deferenda est præcipiendi nostris, aut quoquo modo sese ingerendi in ea quæ pertinere ad personas, ministeriumque nostrorum videbuntur. Quia verò prædictum ministerium, & perpetua nostrorum in Nosocomiis habitatio, non ex nostræ Religionis voluntate, sed ex Dominorum Præsidum & Gubernatorum externorum auctoritate dependet, idcirco statuimus, ut si eam

qua esse pauperum Constitutum.

Quodque officium præfecti & Consultoribus.

Et esse major numerum laicorum quàm Sacerdotum.

Difficultates autem multæ circa formulam & regimen & regulam d. Congregationis. Idò de mandato huius Pont. infra scripta reformatio instituta fuit.

Constatet servare debet infirmis, tam circa spiritualia, quàm corporalia opera misericordie huiusmodi.

Et si hoc servitium in Nosocomiis fiat, Fratres non sint subiecti Superioribus illorum, sed sua Religionis.

quam

quam diximus causam, dicti ministerii nostri munus exequi nequiverimus, nihilominus tamen nostra Religio obstricta tenetur, ac inserviendi Nosocomiorum aegrotis utroque misericordiae ministerio ex instituti nostri obligatione permaneat, ut supra demonstratum est.

*Emittentes professionem quatuor solemnibus vota emittunt.*

§. 9. Omnes & singuli Patres, fratresque, qui posthac ad habitum, & disciplinam nostrae Religionis admittentur, postquam emisserint illa tria solemnia ceterorum religiosorum vota, Paupertatis videlicet, Castitatis, & Obedientiae, debebunt quartum praeterea solemne votum emittere, quo nimirum voto Deo promittant se infirmis, & praecipue in Nosocomiis degentibus, in spiritualibus & corporalibus necessitatibus servituros, in quo tanquam in fundamento instituti nostri ratio constituta est: hoc verò quartum votum aequè volumus omnibus nostris, tam Sacerdotibus, quam fratribus esse commune, sic ut omnes qui in hoc instituto Deo vitam suam dedicare voluerint, hujus quarti voti religione teneantur: ejus autem formula erit haec, quae sequitur, eamque in Professione facienda singuli pronunciant.

*Formula 4. Professionis.*

§. 10. Ego N. professionem facio & promitto Omnipotenti Deo, coram ejus Virgine Matre & universa caelesti Curia, ac omnibus circumstantibus, & tibi admodum Reverendo Patri Generali Religionis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, locum Dei tenenti, & successoribus tuis, (vel tibi Reverendo Patri Provinciali, vel Praefecto talis loci, &c. nomine & vice Praefecti Generalis, & successorum ejus locum Dei tenenti) perpetuam Paupertatem, Castitatem & Obedientiam, & perpetuè inservite, (quod est praecipuum nostri instituti ministerium) pauperibus infirmis, quos etiam pestis incesserit, secundum formam vivendi contentam in literis Apostolicis nostrae Religionis Ministrantium Infirmis, & in ejus constitutionibus, tam editis jam, quam in posterum edendis. Lecta professione à novo Professo, admittens ad professionem dicat: Et ego N. auctoritate, qua fungor, accepto professionem tuam, & unio te corpori mystico nostrae Religionis, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Vel, Ego N. nomine, & Vice Reverendi Patris nostri Praefecti Generalis, auctoritate qua fungor, accepto professionem tuam, & unio te corpori mystico nostrae Religionis, in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

*Vota simplicia quatuor renovanda.*

§. 11. Illud praeterea statuimus, ut omnes & singuli Patres ac fratres, sive qui nunc in Religione sunt, sive qui in posterum futuri sunt, post quatuor haec solemnia vota, statim & immediate alia quae sequuntur simplicia vota emittant, quae semel suscepta semper observent, nec per quemcumque Jubilaeum, etiam Anni Sancti, à Sanctissimo Domino Nostro concessum, aut concedendum, nec ob causam quamcumque à sequentibus votis simplicibus absolvi possint, quae de more quotannis renovare debebunt eo die, qui Sanctae Crucis inventioni sacer est.

*Primum votum simplex non immutandi praescriptum modum inserviendi infirmis in Nosocomiis.*

§. 12. Primum igitur simplex votum est, quo spondent se nunquam acturos, nulloque tempore quantum erit in ipsis, assensuros, ut mutetur vel aleretur praescriptus aegrotis inserviendi modus in Nosocomiis, tam in spiritualibus quam in corporalibus, ut superius dictum est, nisi justis de causis fieret, ut validius & vehementius adstringendus (auctoritate tamen Apostolica) videretur.

*Secundum votum simplex non recipiendi ad ministrandum reddendum Nosocomiorum.*

§. 13. Secundum, se nunquam duros operam, nulloque modo consensuros, ut reddituum administrationem aut Nosocomiorum dominium habeant atque possideant, quo majori cum animi puritate se totos in aegrotantium ministerium spirituale convertant.

*Tertium votum simplex non procurandi Praelaturarum.*

§. 14. Tertium, se nunquam curaturos, ne indirectè quidem, ut in aliquam praelationem, vel dignitatem in Religione, & neque acturos, nec quantum in se fuerit, consensuros, ut extra Religionem in praelationem aliquam vel dignitatem eligantur vel promoveantur, nisi sub poena peccati à summo Pontifice coacti.

*Quartum votum simplex manifestandi procuratus eas.*

§. 15. Quartum, singuli promittent se Religioni vel Consultae generali manifestaturos, si quem ex nostris scirent aliquid praedictorum duorum, praelationem videlicet, seu dignitatem intra vel extra Religionem curare, seu praetendere.

§. 16. Quoniam verò nostrorum religiosorum est, ceteris curis praetermissis, propter divinum dumtaxat amorem, nudo ac puro ministerio misericordiae spiritualis pariter & corporalis erga aegrotos in Nosocomiis defungi, ideirò nequando nostrum hoc institutum convelli, aut labefactari possit, quo dominorum etiam Gubernatorum Nosocomiorum omnis suspicio collatur, decernimus ad validiorem firmitatem hujus Ordinis obtinendam sub poena excommunicationis latae sententiae, cujus absolutio Sedi tantum Apostolicae reservetur, ne quisquam ex nostris Patribus & fratribus, sive Generales sint, sive Consultores, sive Provinciales, vel quacumque dignitate fungens, sive per se, sive per alios, directè, vel indirectè recipere Nosocomiorum dominium, aut jus ullum, vel quamlibet eorum administrationem veatigalium, seu reddituum audeat, vel praesumat: immò quantum erit in ipsis, nunquam assentient, ut hujusmodi curae vel administrationes à Religione admittantur, cum nudum ac purum animarum & corporum aegrotantium ministerium sit tantummodò à nostris amplectendum.

*Excommunicatio latae sententiae reservata contra procurantes ad ministerium reddituum Hospitalium.*

§. 17. Quamquam Sacerdotes ex officio (quod illorum est proprium) ad Sacramenta Ecclesiae administranda incumbere debebunt, utpotè ad aegrotorum confessiones audiendas, ad Sacratissimam Eucharistiam conferendam, ad Extremam Unctionis Oleum aegrotantibus adhibendum, ad Sacrum Missarum Sacrificium faciendum, ad mortuos sepulturae mandandos, & ad agonizantium animas diu nocturne Deo commendandas, tamen ut voto satisfaciant, quod corporale & spirituale ministerium amplectitur, manus etiam ad aliquas corporales misericordiae functiones afferant, cujusmodi sunt illae, aegrotantibus cibum subministrare, pituitosas linguas eorum detergere, ora colluere, confovere frigida membra, ceteraque hujus generis charitatis officia. Conceditur etiam iisdem Sacerdotibus, (quibus tamen per Superiores licebit,) ut reliqua quoque fratrum ministeria corporalia, quae eorum propria sunt officia, circa aegrotantium necessitates exercere possint.

*Sacerdotum munus circa infirmos.*

§. 18. Item quoniam ad proprium fratrum officium pertinet infirmis in ministerio corporali servire, videlicet aegrotantibus adesse, vigiliis & excubiis consuetae peragere nocturnas atque diurnas, lectulos sternere, mēsas escariae apponere & amovere, cibos & fercula deferre, illos cibatu reficere, cibum si sit opus in os ingerere, linguas repurgare pituitosas, infirmos attollere, subditis si necesse fuerit ulnis, algentes calore confovere, medicaras potiones, syrupos & pharmaca suis temporibus offerre, corporis cauteria curare, Medicos, aut Chirurgos comitari, & cetera id genus officia praestare, ut tamen ipsorum fratrum voto satisfiat, quo ministerium etiam spiritualis misericordiae continetur (ad quem finem potissimum omnia nostrorum consilia referenda sunt, quandoquidem animarum curatio verus est instituti nostri scopus) ideò fratres ad peccatorum exactam confessionem & communionem infirmos praeparabunt, eosque ad patientiam, & ad bene moriendum disponent. Praeterea quaedam alia Sacerdotum propria ministeria, à Superioribus tamen obtenta facultate, praestare poterunt, uti pauperes infirmos Christianam doctrinam docere, eosdem in articulo potissimum mortis ad fidei protestationes faciendas hortari, & agonizantium animas Deo commendare, aliaque similia pietatis officia eisdem impendere.

*Fratrum ministeria circa infirmos.*

§. 19. Atque ut facilius impleatur ministerium nostrum, quibus in Nosocomiis, vel propter rei familiaris angustias, vel propter aliam quamlibet difficultatem necessarius patrum, ac fratrum numerus ad praedicta charitatis officia obeunda ali & sustentari non potest, cum major numerus nostrorum esse debeat ministrorum mercenariorum numero, qui in ipsis Nosocomiis haberi solitus est, saecularium enim corpora robustiora sunt, atque validiora quam Religiosorum: statuimus ut Pater Generalis & Consultores vel Provinciales, seu alii Religionis Superiores diligentiam adhibendam curent, ut necessaria vitae praesidia, victus, vestitusque nostris patribus & fratribus supra numerum praedictum mercenariorum in eisdem locis degentibus subministrantur. Decernentes praeterea, ut ministri saeculares, & mercenarii advocentur,

*Qui numerus istorum ministrorum debet fieri in Hospitalibus, & qui saecularium mercenariorum.*

Nosocomiorum mercede conducti, ut molis onera tolant, graviorisque pondetis vasa, vel aenea, vel lignea, crateres, curricula, lebetes & labra, grabatos, culcitras, paleatas, anaclintaria, accubitorias spondas transportent, prunas in clibanum, & in focum ligna componant atque succendant, aquam potioriam excoquant, fasciculos, sive sarcinas indumentorum aegrotantium portent, sordidas vestes abluant, & ad sceminarum lavacra deferant, demortuos effertant, & sepeliant, capsulas & unguentorum ac oleorum repositoria, Chirurgo atque unctores sequendo circumferant, Nosocomiorum pavimenta verant atque lavent, aenea, vel lignea vasa tergant, polubra, matulas, catillos, & alia hujusmodi purgamentorum vasa egerant, nec quisquam ex nostris ad praedictum ministerium genus exequendum teneatur, nec compellatur, cum robustiorum opera sint, quae quidem a praedictis mercenariis melius exiguntur.

Hi Ministri officia hic enunciatum in Hospitalibus non exercent.

§. 20. Statuimus etiam, ne quisquam ex nostris in Nosocomiis munere Unctoris, Clysterarii, Coqui, Cannavarii, Dispensatoris, Custodis vestium, Pharmacopoli fungatur, neque stultorum, seu dementium curam gerat, neque ceteris omnino hujus generis muneribus praeficiatur. Quod si morbi difficultas aliqua major, vel alicujus gravioris impedimenti necessitas patresque, fratresque nostros urgebit, ita ut explere officii sui partes, & ministerium hoc spirituales & corporales misericordiae exequi non possent, tunc ut in supplementum ad tempus Nosocomiorum impensis mercenarii conducantur, quoad ea necessitas urgebit, qua cedente, succedant iterum nostri, mercenarii vero dimittantur.

Continua habitatio fratrum in Hospitalibus, eorum curam.

§. 21. Constituitur etiam ut omnes & singuli tantummodo fratres, qui aegrotantium curam in Hospitalibus destinati fuerint, debeant in eisdem Hospitalibus, habitare, deo mens per tres hebdomadas commorari, habitare, degere, pernoctare, & alimoniam, ac cibum sumere: at quartam vero uniuscujusque mensis hebdomadam in Professorum nostrorum Domibus, aut in locis animi relaxationibus assignatis, Praefecti arbitrio consumant. Permittitur tamen quod si aliquis ex praedictis fratribus pro sua devotione, & pia voluntate voluerit totum ipsum mensem apud eosdem Nosocomiorum aegrotos explere, id efficere possit ex dicti Praefecti licentia. Quod si acciderit, ut in aliqua nostrorum Domo major numerus degat, quam Nosocomiorum ministeria postulant, in hoc casu liberum erit Praefecto illius domus fratrum vias permutare, quemadmodum, & quo tempore convenire judicaverit. In quibus Urbibus, Oppidis & locis (ut sunt initia rerum recenter inchoatarum) nostri nondum Domum formatam, sed habitationem tantummodo intra Nosocomia habebunt.

Sub obedientia tamen Superiorum Congregationum.

§. 22. Volumus ut in his locis per id tempus diversentur, & degant sub Praefectorum, & aliorum officialium obedientia, quos ad hujusmodi officia exequenda nostra Religio in Domibus formatis creare consuevit.

Qui deputandi sunt in Hospitalibus, & a quibus.

§. 23. At in quibus Urbibus, Oppidis, locisque non solum formatam Domum, sed etiam certam habitationem nostri in Nosocomiis habebunt, praedictarum Domorum Praefecti eligent Superiores, nimirum Sacerdotem unum, penes quem regimen & cura ceterorum Sacerdotum, ac fratrum in eisdem Nosocomiis commorantium erit: fratrem item unum Infirmarium, cujus officium erit ceteris fratribus praesse in iis dumtaxat rebus, quae ad functiones pertinent corporales circa aegrotos. Intelligat tamen dictus frater Infirmarius sibi nullum jus esse datum cui libet ex fratribus injungendi poenas, quas si necesse fuerit, praedictus Pater exiget, qui patrum & fratrum omnium curam geret.

Officiis recipi possunt ab aliquo auctoritate praesens.

§. 24. Nequando vero charitatis fervor intepescat, aut impediatur in nostris fratribus in ministerio pauperum aegrotantium destinatis, nec sollicitudinibus domesticis, nimirum occupationibus, (ut usu multorum annorum compertimus) eorum spiritus obruatur, statuimus ut ad haec domesticorum negotiorum, & familiarium ministeriorum munera peragenda, devoti ac pii homines sub Oblatorum nomine cooptentur, qui sine ulla votorum nostrorum promissione, nec professione, voluntarii se totos praedictis in Domibus nostris ministeriis impendant.

§. 25. Volumus etiam, Deo adjuvante, ut in illis dumtaxat Nosocomiis, ubi nostris, ut supra dictum est, certus habitandi locus erit, foeminis aegrotantibus Sacramenta diu nocturne nostri administrent, sed agonizantium praedictarum animas interdum tantum, non noctu commendent, juxta constitutiones edendas.

Familia aegrotantibus Sacramenta quomodo administranda.

§. 26. Verum quia patres & fratres, qui hoc tempore in Religione vivunt, ob superiorum temporum labores infirmi, & quasi inhabiles reperiuntur ad haec onera modo praescripto sustinenda, ad quae prius ex instituti obligatione minime tenebantur, propterea decernitur, ut Praefecti, Superioresque majores nostrae Religionis dispensare debeant, ac teneantur cum omnibus praedictis patribus, & fratribus praesentibus, qui ad praedictos labores denud adjunctos circaministerium spirituale, & corporale Hospitalium exequendos non seipso aptos sentient, nec habiles judicabunt. Decernentes tamen omnes patres, & fratres praesentes teneri ministerium corporale, & spirituale aegrotantium in Hospitalibus dies noctesque exequi, quemadmodum obstricti teneantur illis patres & fratres, qui mittentur a nostris Domibus ad aegrotos inferendum in Nosocomiis, in quibus tamen non habitant, ut supra constitutum est.

Capitulum generale sexies quoque anno celebrandum est, & ad hunc officiales hinc enumerantur.

§. 27. Capitulum generale ordinario sexto quoque anno celebretur, cui Capitulo interesse debent Pater Generalis, Consultores generales, Arbitri Consultae generalis, Procurator generalis, Secretarius dictae Consultae & Provinciales, praeterea ex suis quibusque Provinciis singuli cum duobus sociis vocabilibus, quorum alter Sacerdos, alter frater erit a suis Provincialibus Capitulis electi & attributi. Statuimus etiam ut fratres professi, qui hoc tempore in nostra Religione vivunt, & sacris ordinibus initiati, seu initiandi sunt, eligi possint, & in hoc generale Capitulum convenire eo jure, quo patres: verum in posterum qui futuri sunt, hujus juris erunt expertes, & in illis eligendis modus praescriptus observandus est, id est unus Sacerdos, & unus frater.

Generalis per sex annos praefectura geret.

§. 28. Praefectus Generalis post mortem hujus, qui perpetuus est, sex annos praefecturam geret, quae quidem praefectura semel una tantum vice, cum auctoritate Summi Pontificis prorogari in alterum sexennium possit, qui exacto generalatus sexennii tempore, nisi ad aliud officii munus eligatur, ad suum privati, subditique locum redibit, nulla praerogativa, nulloque titulo honoris, aut nominis insignitus.

Consultores generales sexies quoque anno eligantur.

§. 29. Ex quatuor Consultoribus Patris Generalis duo Sacerdotes erunt, & duo fratres, qui quidem Consultores id officium quemadmodum Generalis Praefectus sexennium obtinebunt. Similiter etiam, ut supra definitum est, quoad superstes erit praesentis temporis Praefectus Generalis, cujus item Generalatus perpetuus est, tam dictum Capitulum, quam electio dictorum Consultorum sexto quoque anno faciendae est.

Electioque semper fiat in Capitulo generali.

§. 30. Item decernitur, ut supra dicti Pater Generalis, Consultores & Arbitri Consultae, semper in generali Capitulo eligantur.

Defuncto Generali, primus Consultor erit: Vicarius Generalis &c.

§. 31. Quod si Generalis intra prius triennium suae praefecturae mortem obibat, qui primus Consultor generalis erit eo tempore, succedat in ejus locum in tres illos priores annos, unius tantum suffragii jure, & Vicarii generalis nomine contentus, in Consultoris autem succedentis locum substituat Arbitri, qui in ordine suae praefecturae sententiae confessus ultimum locum inter Consultores Sacerdotes tenebit, circumactis autem prioribus tribus annis, Capitulum generale cogendum est, quo in Capitulo novi Generalis electio faciendae est. At vero si intra posterius triennium Generalis Praefectus a vita decesserit, decernimus ut idem primus generalis Consultor Vicarii generalis nomen & personam gerat in sex tantum menses, quo tempore teneatur indicere & cogere generale Capitulum, in quo Generalis Praefectus creandus est. Simul illud ad verti debet, ut quotiescumque novi Generalis fiet electio, creari pariter debeant Generales Consultores, & Consultae generalis Arbitri, ex quibus si aliquis intra supra dictum sexennium decesserit, observetur quod in Capitulis generalibus statutum, vel statuendum erit.

Defuncto Capitulo Generali, quae munitur.

§. 32. Praeterea in Capitulis generalibus quatuor Definitores ex antiquioribus, & expertioribus Patribus,

& fratribus Capituli eligantur ex partibus Sacerdotes duo, totidemque ex fratribus, qui simul omnes una cum Patre generali veluti Præsidente, debent examinare, pendere, approbare, vel improbare res que suggerentur ut ad Capitulum referri debeant, & nemini liceat, nec quisquam possit quicquam ad Capitulum referre, quod non ante cognitum, examinatum & approbatum à supradictis Patre generali, & Definitoribus fuerit. Quocirca post obitum hujus Patris generalis, præter quatuor supradictos Definidores, eligendus erit etiam Præsident Capituli, qui una cum Definitoribus cognoscat, expendet, approbabit vel improbabit res ad Capitulum aut referendas, aut secus, ad quas approbandas vel refutandas ea ratio suffragiorum habenda est, ut id fiat, quod major numerus suffragiorum faciendum esse censuerit.

*Superiores Religionis sunt eligendi ex numero vocalium Sacerdotum.*

§. 33. Sancitur etiam ut Præfectus generalis, Arbitrarius Consultæ, Procurator generalis, Secretarius dictæ Consultæ, Provinciales, Visitatores, Præfecti Domorum professorum, & Novitiatum, & generalium Valetudinariorum, & Præsident Capituli generalis omnino cooptentur, & eligantur ex corpore & numero vocalium Sacerdotum. At verò ceteri subordinati Officiales, cujusmodi sunt Ministri, subministri, rerum domesticarum Providitores, ac elemosinarum Procuratores, Sacristæ vel ædificii, constitui poterunt ex numero fratrum, etiam non vocalium, dummodo propter has occupationes nihil earum rerum omittatur, quæ circa curam ægrotorum ex dictorum fratrum sedulitate requiruntur.

*Consultores Provinciarum & Præfectorum.*

§. 34. Omnes Provinciales, item Præfecti Professorum Domorum & Novitiatum, & Valetudinariorum generalium, singuli binos Consultores, Sacerdotem unum, alterum fratrem habebunt, quorum Consultorum vota dumtaxat consultiva erunt, non decisiva.

*Frater præcipuus dicitur qui Sacerdos non fuit, Præcedentia qua sit inter eos.*

§. 35. Animadvertendum tamen est, quoties mentio fit fratrum eligendorum, illos tantum fratres à nobis intelligi, qui ad Sacrosanctum destinati non sunt.

*Præcedentia inter Sacerdotes.*

§. 36. Statuimus etiam ut inter fratres, ad quorum numerum referuntur omnes quicumque Sacerdotes non sunt, nullus præcedendi & subsequendi ordo servetur, præterquam in Capitulis, tam generalibus, quam Provincialibus & localibus, in quibus habenda est ratio dignitatum & personarum.

*Examinatores Novitiorum, ipsorumque numerus & suffragia.*

§. 37. Idem decernimus de Patribus, hoc est Sacerdotibus, hos enim tantummodò Patres appellari & nominari, & sic in nostra Religione intelligi perpetuò volumus, inter quos Patres nullum observabitur dignitatis, aut loci discrimen, nec præcedentia, nisi in supradictis Capitulis, in quibus si loquimur de Patribus, & fratribus præsentis temporis, primum sententiæ locum, & primi loci dignitatem obtinebunt, qui Religionem prius sunt ingressi; si verò de futuris, præcedere debent, qui primum professionem ediderint.

*Ætas Novitiorum.*

§. 38. In Domibus professis, in quibus Novitii erunt admittendi, quatuor examinatores Novitiorum eligantur à Patribus, & fratribus vocalibus simul, sine suffragiorum distinctione, quorum Examinatorum duos Sacerdotes, & duos fratres esse oportebit: quod si venerit dum de aliquo Novitio approbando suffragia feruntur, ut æqualis esset suffragiorum numerus, in eo casu Præfectus quinti suffragii jus habebit, ad eamque partem accedet, quæ melius sentire, & judicare videbitur, & quod ita constituetur, firmum erit.

*Novitii ex ætate biennio ad studia promoventur.*

§. 39. Nullus posthac Novitius ad Religionem minor octodecim annis natu, nec quinque & quadraginta grandior admittatur, nisi tamen habito ad majorem aliquam, evidentemque Religionis utilitatem respectu, secus Patri generali, ejusque Consultoribus videretur.

§. 40. At si cum aliquibus octodecim annis natu minoribus esset dispensandum, id nullo modo concedi debet, nisi quibus saltem sextus decimus annus expletus erit. Si porro Novitii ad habitum Religionis admitti, ut ad studia, si linguam Latinam intelligant, destinentur, postquam biennium in Novitiatu peregerint ad Religionis studia promoveantur, quæ erunt Humaniores literæ, Logica & Casus Conscientiæ, quæ quidem studia cum perfectione sunt à prædictis addiscenda, cum illud præcipue requiratur in nostris, ut promptissimi, perfectissimi, & Casuistæ sint, præsertim qui-

bus ex officio convenit Domi docere discipulos nostros, & foris sine ulla dubitationis hæsitacione conscientiæ nexus exsolvere, & Sanctissima Ecclesiæ Sacramenta fidelibus ministrare, cum hoc potissimum nostri instituti ratio requiratur. Simul illud volumus ab iis qui vigesimum primum annum excedentes ad Religionem admitti putent, ut in iis ea sit literarum facultas, ut continuo possint ad Conscientiæ casus discendos applicari. Qui verò Latinam linguam non intelligent, in fratrum numerum literas non discendum cooptentur.

*Novitiorum birtum.*

§. 41. Nulli Novitiorum, tam eorum qui literis operam daturi sunt, quam eorum qui Domino in simplicitate absque literis servient, gestare liceat pileum quadratum Presbyteralem, quoad in Novitiatu legitimum tempus exegerit, fratribus sacris ordinibus initiatis exceptis.

*Omne literarum studium interdicimus Novitiis ante biennium.*

§. 42. Interdicimus præterea omnibus Novitiis, qui studiis sunt applicandi, ut supra diximus, omnem studiorum tractationem, nisi Novitiatum ante peregerint, qui quidem exercitandi sunt non solum in functionibus spiritualibus, sed etiam indistinctè in Nosocomiorum exercitationibus, juxta consilium & auctoritatem Superioris, qui in Novitiis instituendis respicere & consulere debet institutionis formulam illam, quæ ad Novitios in Domino & spiritualiter, & corporaliter dirigendos tradetur.

*Examen Novitiorum fiet quoque mense pat.*

§. 43. Præfecti Domorum professorum, cum suis Consultoribus, item Examinatores & Magistri Novitiorum, si tamen erunt, cum Patre & fratre Infirmario Superioribus nostrorum qui in Nosocomiis cohabitant, si minus prædicti absque dictis Patre, & fratre Infirmario, sexto quoque mense congregentur, & in singulorum Novitiorum, quos instituendos acceperint, vitam & mores inquirent: deinde de singulis secreta vota decisiva ferantur, ut illi dumtaxat in Novitiatu retineantur, aut inde dimittantur, quos retinendos, aut dimittendos votorum major pars in Domino judicaverit. Veruntamen Præfecti Domorum professorum, aliisque majoris potestatis Superioribus liberum esse volumus, ut è Novitiatu dimittere possint per seipso, quos dimittendos censuerint, nullis initiis suffragiis ceterorum, si intra quodlibet sex mensium spatium in aliquo Novitio aliquod publicum vel occultum delictum compererint, aut aliud quodpiam impedimentum, quo satis constaret illum minime futurum ad Religionem idoneum. Si tamen illorum examinibus intervenire Superiores majoris potestatis voluerint, hoc est Pater generalis, Consultoresque generales, qui cum eo illo tempore reperirentur, aut Provincialis, aut Visitator generalis, præmonitis antè Præfectis, tum illorum Conventus expectetur, etiam si semestre spatium prorogandum esset, maxime verò si proximum professioni semestere in illorum adventum incidere, si nimirum Superiores majoris potestatis cura supradictis Superioribus deputatis convenire debent ad suffragia ferenda, & quod major pars faciendum censuerit, id fiat.

*Habitatio Novitiorum communis.*

§. 44. Omnes Novitii, tam illi qui literis operam navare debent, quam qui non debent, in Novitiorum Domibus habitabunt, atque hæc habitatio communis erit utriusque status, & in Novitiatu communis omnium erit cura, & disciplina, sub regimine eorum, qui Magistri pariter & Præfecti, & Superiores illarum Domorum erunt.

*Quartum votum indistinctè emittendum absque Novitiatu.*

§. 45. Omnes ii qui ad Religionem admittentur, absoluto Novitiatus sui tempore, si apti judicati fuerint, quartum votum solemne ægrotatibus serviendi spiritualiter & corporaliter, ut supra dictum est, indistinctè emittant, quo facto, ad id exequendum sese accingant, quod Superiores, qui locum Dei obtinent, ipsis injungent.

*Fundatio domorum Novitiorum.*

§. 46. Novitiorum nostrorum Domus in illis potissimum Civitatibus, Oppidis & locis constituantur, ubi nostra Religio commodum habebit in Nosocomiis habitandi locum, ut infirmis ministret. Relinquimus tamen Patri generali & Consultoribus generalibus, aut quibus ipsi mandaverint, liberam potestatem fundandi hujusmodi Novitiatus in aliis etiam Civitatibus & locis, in quibus intra Nosocomia neque ministerium, neque habitatio nostrorum collocata esset, aut collocari posset, modo tamen in illis Civitatibus, Oppidis & locis Nosocomia

foecomia reperiantur, in quibus nostri integre exercere possint instituti ministeria.

§. 47. Nullus ex Patribus & Fratribus, qui nostrae Religionis ministerio sese in posterum mancipare voluerint, jus utriusque suffragii activi vel passivi consequetur, nisi post decem annos in professione transactos in bono exemplo, & mortificatione, si tamen habiles, idoneique judicabuntur à Patre Generali ejusque Consultoribus, qui ob Religionis necessitates dispensare poterunt cum iis, quos idoneos judicabunt, modò non prius id fiat, quàm post expletos quinque professionis annos.

§. 48. Statuimus, ne posthac ulla in Domo, quæcumque illa sit, & cujusvis Provinciae, major nostrorù numerus alatur, quàm quotidianarum elemosynarum largitas patiatur, in numero verò nostrorum constituendo illa cautio adhibenda sancitur, ut in aliquibus locis plures Sacerdotes quàm fratres, & è contra in aliis, plures fratres quàm Sacerdotes constitui debeant, prout ipsorum locorum conditio postulabit, quo liberius & perfectius instituti nostri ministeria exequantur non solum in ægrotis Hospitalium in necessitatibus spiritualibus & corporalibus curandis, sed etiam in iis visendis qui spiritum in civium privatorum Domibus, & Carceribus ægrotant, & in agonizantium animis Deo ritè commendandis: quod omninò observandum, & in Religione nostra posthac semper custodiendum statuimus, non obstante clausula Bullæ felicis memoriæ Gregorii Decimiquarti Pontificis Maximi, ad ea verba: Noltri instituti ratio postulat, ut longè major esse debeat Laicorum, quàm Sacerdotum numerus.

§. 49. Omnes professi fratres, tam illi qui nunc vivunt, quàm qui venturi sunt in Religionem nostram, quadrato Presbyterorum pileo uti possunt, non autem tonsura Clericorum, iis exceptis, qui aliquem ordinem consecuti, deinde ad Sacerdotium præparantur.

§. 50. Tunica & pallium nostrorum Patrum, & fratrum, ex ejusdem qualitatis panno, eademque forma, & proximate esse debeant, induentes se uti pauperes & honesti Sacerdotes.

§. 51. Etenim quia multorum annorum experientia compertum est, professorum nostrorum Domos alere, sustinere, ac manutene non posse Novitios, nec alios infirmos ad obeunda nostri instituti munera inhabiles, sancitur ut nostra Religio posthac in singulis quibusque Provinciis possit erigere unum, vel plures Novitios, necnon unum, vel plura valetudinaria generalia pro nostris professis infirmis & inhabilibus, pro quorum dumtaxat Novitiatuum, & generalium valetudinariorum sustentatione & manutentione, ipsa Religio capax sit omnium bonorum stabilium, censuum, reddituum, legatorum & aliarum subventionum, tam temporalium, quàm perpetuorum. Generalis autem & Consultores facultatem habebunt mittendi in dicta Valetudinaria generalia eos infirmos & inhabiles, quos ipsi, vel alii Superiores de eorum licentia judicaverint esse mittendos, modo & forma in constitutionibus præscribendis. Statuimus etiam ex iisdem Novitiatuum, & valetudinariorum redditibus, Præfectos, cæterosque Officiales, ac personas eorundem locorum vivere debere.

§. 52. Volumus autem, ut ex iisdem redditibus Novitiatuum & Valetudinariorum generalium, elemosynæ nomine, si necessitas flagitabit, necessaria subministrentur particularibus Domorum professorum Valetudinariis. Præterea si religioni nostræ donatione, vel testamento census, redditus, stabilia bona, sive mobilia, sive alia quæcumque legata perpetua distributa, vel assignata, vel quoquo modo relicta fuerint, decernimus eorum bonorum dominii Religionem nostram esse capacem, ad effectum dumtaxat eadem bona applicandi quibusvis Valetudinariis generalibus nostrorum professorum, vel nostris quibusque Novitiis, arbitrio & iudicio Patris Generalis, ejusque Consultorum.

§. 53. Animadvertendum est, omnes Domos nostras Professas debere tantùm de elemosynis vivere, prout paupertatis nostræ votum exigit, idcirco caveant nostri professi, ne prædictis Valetudinariis, seu Novitiatuum redditibus, seu aliis quibuscumque perpetuis fructibus alantur, nisi quibus permillum est, modo quo supra.

Bullæ Magni Tom. III.

§. 54. Quotidianarum & temporalium Missarum obligationes facillè non suscipiantur, ne nostræ Domus intolerabili persolvendi debiti necessitate graventur, quæ circa perpetuæ necessitates, sive obligationes ejusmodi Missarum persolvendarum suscipi non poterunt à nostris quibuscumque, nisi Pater Generalis, ejusque Consultores propter aliquam evidentissimam utilitatem secus judicaverint. Explicamus tamen, legata aut bona quæ cum prædictis oneribus relinquuntur, converti debere in tot census, redditus, & bona stabilia, ut si perpetua obligationis Missarum necessitas fuerit, fructus etiam reddituum perpetuus esto: quæ de re ad primum generale Capitulum plenam rationem referendam volumus, ad quod pertinere debet ea restituere quæ diximus bona, quotiescumque minimè videretur expedire hujusmodi perpetuis oneribus obligari. Quæ verò bona stabilia, sive redditus ob illas Missarum necessitates & obligationes ad nostros pervenerint, ea Pater Generalis, ejusque Consultores, applicandi assignandique potestatem habeant iis Valetudinariis nostrorum, aut Novitiis, quorum majores videbuntur esse rei familiaris angustia.

§. 55. Statuimus præterea, ut Patres qui senes sunt, aut inhabiles ad instituti prædicti ministeria, tam in hospitalibus quàm in privatis civium ægrotantium domibus atque carceribus impendenda, necnon Patribus qui suam hebdomadam in Hospitalibus, & sui partes officii in agonizantium animabus commendandis expleverint (juxta constitutiones quæ super his ministeriis edentur) possint vacationis suæ diebus, de præfectorum, vel aliorum Superiorum facultate, in Ecclesiis fidelium confessiones audire, & in illis etiam publicè sermocinari (non autem concionari) possintque alia devota Ecclesiastica exercitia in iisdem Ecclesiis exercere, quas tamen exercitationes ad eum finem assumi, & dirigi volumus, ut velut mediis, & instrumentis necessariis promptiores, instrumentoresque ad animarum & corporum ægrotantium salutem procurandam nostri reddantur.

§. 56. Quam ob rem decernimus, ut Pater Generalis, sive quicumque alius Superior, nulla causa possit cum aliquibus ex nostris Patribus dispensare, ut suum diem, vel suam hebdomadam in ministrando Nosocomiorum infirmis intermittant, ut fidelium etiam quorumcumque benefactorum, vel benefactricum confessionibus audiendis operam dent, qui si confessariis nostris uti volent, hoc modo contenti erunt. Quod si bina hæc pietatis officia simul in idem tempus inciderent, id est hebdomada vel dies, quo nostri Patres in Nosocomia mittendi sunt, & officium in Ecclesiis confessionum audiendarum, tunc potius confessionum officium, quàm Nosocomiorum ministerium, omittendum est.

§. 57. Nullus ex Superioribus ad habitum nostræ Religionis admittere poterit ullum Novitium, nisi facultatem expressam à Patre Generali, ejusque Consultoribus habuerit.

§. 58. Quorum etiam intererit dispertire atque describere Provincias, & Valetudinaria generalia, & Novitiatuum itidem applicare, seu convertere & constituere, per quos administratores, & quo pacto supradicti Novitiatuum & Valetudinariorum generalium redditus, aliaque sive mobilia, sive stabilia bona, quæ nostræ Religioni vel dono, vel testamento relinquenda sunt, impendi & tractari debeant.

§. 59. Similiter Patris Generalis, & Consultorum erit admittere, sive remittere quemvis locum, aut domum, aut Nosocomii cujuslibet habitationem.

§. 60. Simul illud explicamus & definimus, ad prædictos spectare declarationem, interpretationem, & decisionem (non autem immutationem) earum rerum, de quibus super prædictis omnibus vel capitulis, vel statutis dubitatio fuerit orta.

§. 61. Cum autem hujusmodi formam statutorum à nobis examinatam ad prosperum regimen, & felicem progressum dictæ Congregationis, quem enixè exoptamus, necessariam & opportunam fuisse & esse cognoverimus, Nos dictarum literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, ac Camillum, & Blasium, ac Sanctium & Octavianum, ac Chromatium prædictos, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis

Perpetua Missarum obligationes non suscipiantur, nisi Pater Generalis, ejusque Consultores propter aliquam evidentissimam utilitatem secus judicaverint. Explicamus tamen, legata aut bona quæ cum prædictis oneribus relinquuntur, converti debere in tot census, redditus, & bona stabilia, ut si perpetua obligationis Missarum necessitas fuerit, fructus etiam reddituum perpetuus esto.

Patres possint in Ecclesiis fidelium confessiones audire, publicè sermocinari, & omnia alia Ecclesiastica exercitia in illis exercere.

Prohibetur dispensatio à ministerio serv. ordinis firmis in Nosocomiis.

Novitii à quibus recipiendi.

Provincia à quibus dirigi debeat.

Demusquæ & Hospitalia à quibus admittenda. Generalis est tollere dubitationes in prædictis.

Statuta prædicta hic confirmat.

ut suffragii...

In omnibus...

Idem in...

Patres pro...

Patres om...

De habitu...

Profecto...

Deo Reli...

Domus an...

CLEMENS OCTAVUS.

110

de interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa...

Constitutionem Gregorii XIV. & suam circa Novitiorum receptionem...

Sixti V. & Gregorii XV. constitutiones in ceteris confirmat. Claus. pref. apponit.

Executores deputat.

Contrarius detegat.

presentium ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac dictorum Sixti, & Gregorii prædecessorum, ac nostris...

§. 67. Volumus autem quod eadem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici...

§. 68. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam absolutionis, approbationis, suppletionis, mandatorum, inhibitionis, facti, revocationis, abrogationis, decretorum, inhibitionis & voluntatis infringere...

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo, quarto Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno nono.

In causis ad Sanctam Inquisitionem hæreticæ pravitatis spectantibus Judices, & Officiales gratis omnia expediant. Et mandata Universalis Inquisitionis Romanæ omnino exequantur...

De institutione hujus Congregationis Universalis Inquisitionis vide sup. in Pauli III. const. 34. Licet ab, lib. 1. Et de ejusdem facultatibus habes etiam in const. 74. Sixti V. Immensa, in Congregat. 1. lib. 2.

Huic autem constitutioni consonat bulla 1. Pii V. Editæ A. D. 1601. Sanctissimus, lib. 2.

Sanctissimus Dominus Noster volens, ac intendens providere, ut causæ & negotia quovis modo spectantia ad Sanctam Inquisitionem cognoscantur & expediantur...

§. 2. Ac eorum Secretarii, Cancellarii, & Notarii pro scripturis processuum informativorum, seu repetitionis testium Fisci, quas mittunt ad Sanctam & Universalem Inquisitionem Romanam, nihil penitus exigant, sed gratis illas mittant.

§. 3. Insuper mandavit omnibus supradictis, eorumque Vicariis, & Officialibus, ut cum aliquid eis significatur, nomine supradictæ Inquisitionis, quamprimum literis rescribant, & negotia injuncta executioni demandent.

§. 4. Et hoc Decretum, tam ipsi Prælati inviolabiliter observent, quam ab aliis observari curent, & ejus exemplaria in eorum Cancellariis affixa retineri, ut omnibus innotescat, & in Archiviis registrari faciant, sub pœna indignationis Sanctissimi Domini nostri, & aliis arbitrio Sanctitatis Sux infligendis.

§. 5. In generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum, coram Sanctissimo D. ac Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, Nonis Januarii, Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1601. Quintilianus Adrian, Not.

Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici...

Sanctissimus, etiam impressis, manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ...

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo, quarto Kalendas Januarii, Pontificatus nostri anno nono.

LXXVI.

Editæ A. D. 1601.

Officiali Sanctæ Inquisitionis gratis omnia expediant.

Secretarii & Notarii nunc recipiant & his que mittunt ad Inquisitionem Romanam...

Hoc decretum affixum retineant, & in Archiviis registrantur.

Decreta A. D. 1601.

Canonizatio

LXXVII. Canonizatio S. Raymundi Barcinonensis, professoris Ordinis FF.S. Dominici, ejusque relatio in numerum SS. Confessorum. Et institutio suae festivitatis pro die 7. mensis Januarii.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Romana Catholica Ecclesia, quae supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu aedificata, divinitus à Spiritu sancto regitur, & ineffabili ejus aeternae sapientiae providentia mirabiliter gubernatur, in eadem unitate fidei & doctrinae veritate, quam à Christo suo sponso, & Apostolo accepit, perpetua consensione perseverans, à Deo Patre misericordiarum continuis gratiae caelestis benedictionibus cumulatur, ac veluti fecunda mater multiplici sanctorum prole aucta eorumdem meritis ac virtutibus illustratur. Atque hanc fidei Catholicae unitatem unus, idemque spiritus per multas gratiarum divisiones in corpore Christi, cujus nos membra sumus, antea operatus est, & nunc etiam operatur. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundum Prophetas, tertio Doctores, qui unum Dominum, unam fidem, unum baptismum praedicarunt, ac veritatem facientes in charitate, creverunt in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum est per omnem juncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri. Praecipua vero hujus mystici corporis membra sunt viri sancti, quos elegit Deus, & praedestinavit in vitam, qui eandem fidem semper tenuerunt, & pro ejus defensione legitime certantes adepti sunt repromissiones, & in caelis cotinari meruerunt.

Omni tempore quo Ecclesia Catholica Tyrannorum & haereticorum perturbacionem passus est, Deus ipsos sanctos qui fidem propagavit.

Raymundus Barcinonensis Ordinis S. Dominici vir sanctus & virtutibus clarus, operibus multis fidelibus ad fidem reduxit.

Gratia cu-

§. 1. Hujus autem fidei unitatem, in qua unum corpus in uno spiritu efficiuntur, jam ab ipsius Ecclesiae nascentis initio ad haec usque tempora, Principes & Potestates tenebrarum multis haeresium procellis, ac turbinibus excitatis, labefactare & convellere tentarunt, sed divina Christi sapientia, qua Ecclesiam suam supra firmam petram fundavit, adversus quam portae inferi prevalere nunquam poterunt, potenti sua dextera eam semper defendit, & usque ad consummationem saeculi conservabit. Atque in hoc admirabilis Dei providentia maxime elucet, quod omnium penè saeculorum aetatibus, & iis praecipue temporibus, quibus religio catholica Tyrannorum atrocitate, & haereticorum perfidia impugnata est, invictos martyres, athletas fortissimos, gloriosos confessores, & viros sanctos, magnos in virtute, ac prudentia praeditos, adversus Tyrannorum saevitiam, atque haereticorum iniquitatem excitavit, qui suo sanguine fidem Christianam decoratam, ac vitae integritate, doctrinis, virtutibus & miraculis confirmatam latissime propagarunt.

§. 2. Ac superioribus quidem saeculis ex gloriosi Patris Sancti Dominici familia Beatus Raymundus à Peniafort Barcinonensis extitit, qui amator verae sapientiae, quae nunquam marcescit, spreto omnibus mundi divitiis dives factus est in gratia Dei, quae data est in Christo Jesu in omni verbo & scientia, dives in humilitate & virtute, dives in bonis operibus, in quo denique Deus ostendit abundantes divitias gratiae, & gloriae suae. Nam vocavit eum in partem sortis Sanctorum, & implevit agnitione voluntatis suae in omni sapientia & intellectu spirituali, ita ut plenus Spiritu sancto & fide, in medio Regum & Magnatum sapientiam loqueretur, non sapientiam hujus saeculi, neque Principum hujus saeculi, qui destruuntur, sed Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est à sapientibus hujus mundi, & revelata parvulis, nimirum vetus Dei minister in paupertate, in omni patientia, in orationibus, in laboribus Dei gloriam querens, ac mysterium fidei in conscientia pura fidelibus, & infidelibus summa charitate patefaciens, permultos in caecitate cordis à via salutis aberrantes, verbo veritatis & innocentia vitae in rectam mandatorum Dei semitam traduxit, & adversus haereticorum impetum & audaciam, se tanquam murum fortissimum & inexpugnabilem opposuit.

§. 3. Insuper Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, de-

Bullarii Magni Tom. III.

dit ei gratiam curationum, ac sanctitatem ejus in virtute Spiritus sancti, per signa & prodigia, cum in ejus vita, tum post obitum ita manifestavit, ut ejus gloria per amplissima Hispaniarum Regna permanarit. Haec enim est summa Dei benignitas, qua sanctos suos, qui in contemplatione bonorum, in omni rerum humanarum despicientia, & in Cruce Domini nostri gloriantes, in hac vita ejus laudem & honorem amplificaverunt, nunc eosdem glorificans, à quibus ipse honorificatus est, veluti quadam vicissitudine honoris, omnium bonorum felicitate in caelis remunerat, & tribuit eis nomen sempiternum, quod nunquam interibit. Quamobrem ad eorum virtutes imitandas vehementer incitari debemus, cum hujusmodi homines avertos ab honoribus, in tribulationibus, in angustiis tantam adeptos esse gloriam videamus, ut sua tenuitate & humilitate, omnium Regum amplitudinem, omnem hujus mundi exultationem, & dignitatem longè superarint. Nam diversae sunt viae Dei à viis hominum, qui in vanis cogitationibus & curis inanibus occupati loquuntur sublimitia gloriantes. Deus autem sedes Ducum superborum destruxit, & cessare fecit memoriam eorum à terra, memoriam vero humilium sensu reliquit, & maximis honoribus, amplissimisque monumentis consecravit.

ratione vita iustitiae

Miraculis claruit, unum autem max. rectorum.

Qui natus in Barcinonia.

plures gratis docuit.

Bononiam professus, ubi publice docuit, & creatur a publico doctore canonico.

Creatur Canonici Barcinonensis.

§. 4. Quare Beatum Raymundum merito laudamus, & Deum in eo benedicimus, qui singularibus gratiarum donis, & summis virtutibus eum ornavit, de cujus vitam, morum sanctitonia, fidei puritate, & admirabilem signorum multitudine pauca scilicet ad communem totius Ecclesiae utilitatem proponimus, ut omnes intelligant quibus tandem ille gradibus in caelum ascenderit, ac Deo gratias immortales agant, ejus nomen in Ecclesia Dei publico hoc nostro, & Sedis Apostolicae decreto numero Sanctorum fuisse adscriptum.

§. 5. Beatus Raymundus Barcinonensis, ex nobili familia de Peniafort originem duxit. Prima in pueritia religionis Christianae rudimentis imbutus, jam magnum aliquid portendere videbatur, cum esset eximia corporis & animi indole, & naturae quodam instinctu ad virtutem & pietatem in dies magis propenderet.

§. 6. Adolescens humaniores literas tam avidè arripuit, ut exiguo tempore maximos progressus fecerit, & eas artes, quas planè didicerat, Deo adjuvante, summa cum laude plurimos Barcinone gratis docuerit.

§. 7. Atque ut è talentis sibi à Domino concreditis lucrum faceret amplissimum, Bononiam, velut ad communem bonarum artium domicilium, & disciplinarum emporium, profectus est, ubi tempus sibi ad negotiationem sapientiae datum, non insumpsit in vanis, & carnalibus desideris, quibus aetas illa juvenilis à studio virtutis abripi saepe solet, sed pietatis officii, ac Pontificio, civilique juri toto pectore incubuit, ac tandem Doctoris laurea, ceterisque doctrinae insignibus decoratus, sacros Cartones publicè magna cum omnium admiratione absque ullo stipendio est interpretatus, cui postea cum Senatus Bononienensis ob praecellam ejus eruditionem honorarium exere publico decrevisset, ipse labores suos Domino sanctificans, data sibi à Senatu pecuniae, omniumque rerum quas sua industria comparasset, Deo in primis, ac suo Parrocho Decimas fideliter offerebat.

§. 8. Quo in munere docendi cum aliquot annis egregiam navasset operam, & jam ejus eruditionis fama per Italiam increbuisse, Berengarius Barcinonensis Episcopus ejus virtutibus, ac scientia permotus, Roma suam ad Ecclesiam rediens, Bononiam iter instituit, ubi Beatum Raymundum convenit, ac multis ultro citroque sermonibus habitis, Berengarius virum admiratus, ac secum ipse reputans eum ingenti Ecclesiae suae ornamento & utilitati futurum, vehementer insistit, ut secum ad Ecclesiam Barcinonensem, ubi educatus fuerat, reverteretur: quod tandem magnis ab eo precibus obtinuit, quem etiam aliquanto post ejusdem Ecclesiae Canonicatu, & quadam Praepositura addita ornavit. Hoc beneficio, & dignitate auctus, omnibus Canonicis, & universo illius civitatis populo integritatis, ac doctrinae splendore praefulgebat, etaque tanta ejus in omni gestu motuque corporis modestia, & totius vitae consuetudine suavitas, ut omnium aetatum atque ordinum homines in amorem sui raperet & admirationem. Deiparam Virginem singulari pietatis affectu

venerabatur, ejusque honorem & cultum pro viribus semper auxit.

*Annun-  
tationis Beata  
Maria fe-  
stem sole-  
mner cele-  
brari curat.*

§. 9. Nam cum festus Annuntiationis ejusdem Vir- giniis dies ea in Ecclesia minus celebris haberetur, ipse ab Episcopo & Capitulo impetravit, ut duplici ritu so- lemniiter perpetuo coleretur, atque ex Præposituræ suæ redditibus censum annum attribuit Canonicis in di- stributiones erogandum, qui sacris officiis eo die inter- essent.

*Magna fuit  
apud omnes  
B. Raymun-  
di auctori-  
tas, & san-  
ctitatis opi-  
nio.*

§. 10. Magnam hac ratione apud omnes auctoritatem & sanctitatis opinionem sibi conciliarat, totiusque civi- tatis oculos, animosque omnium, ac præcipue Prælato- rum & Principum in se converterat, cum inanem mundi gloriam instar fœni-arefcntis decussio flore marcescen- tem apud se ipse contemnens, ad sublimiorem vitæ sta- tum aspiraret. Venerant tunc in eam urbem receniter Fratres Ordinis Prædicatorum, qui Apostolicum in mo- rem Evangelium Christi prædicando populum docebant, & ad cultum Dei, studiumque pietatis incitabant, quo- rum usu & consuetudine primum delectati Beatus Ray- mundus, deinde etiam ad idem vitæ institutum ample- tendum vehementer cepit inflammari: neque anceps ea difficiliter cogitatio fuit. Nam inclinatum ejus ani- mum in via salutis ambulanti, speciosissimi pedes evan- gelizantium pacem, in montem Domini, perfectionis nimirum Evangelicæ apicem, facile deduxerunt.

*Ordinem  
Fratrum Præ-  
dicatorum  
ingreditur,  
& in eo pro-  
fessionem emittit.*

§. 11. Itaque jam matura ætate annum circiter quintum supra quadragimum agens, abdicatis honoribus, spre- tisque omnibus divitiis, assumpsit pennas ut columbæ, atque in requiem Domini evolans, in Ordine Fratrum Prædicatorum solemnem professionem emisit. Quod ut omnibus admirationi fuit, hominem genere nobilem, doctrina præstantem, affluentem bonis, dignitatis & fama celebrem, suscepto religiosæ vitæ instituto, spontaneam paupertatem opibus, sui que contemptum honoribus & commodis prætulisse: ita ejus exemplo complures lite- rati, ac studiosi, doctrinisque dediti, nobiles viri eundem Ordinem sunt amplexi, ac propterea magnum ea Religio in dicta civitate suscepit incrementum.

*Præcipuas  
Religiosorum  
virtutes am-  
plexatur.*

§. 12. Hic jam novus Christi miles adversus humani generis hostem fortiter dimicare apud se statuens, ac tur- rim æternæ salutis ædificans, ut sapiens architectus, hu- militatis religiosæ, quæ ceterarum est parens custosque virtutum, fundamenta jacere decrevit.

*Humilitatis  
fuit tenacis-  
simus.*

§. 13. Itaque etsi omnibus eruditione & prudentia ante- celledbat, hoc tamen ipso demissius sentire de se, aliis omnia, sibi nihil tribuere, singulos honore debito pro- sequi, denique libentius delitescere quam in lucem pro- ducere consueverat, cujus ille virtutis tenacissimus in omni vita fuit: & quoniam obedientia humilitatis vita est, ad hanc tuendam atque conservandam, exemplo mediatoris, & Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi, qui humi- liavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, vir justus die ac nocte meditabatur obedientiam, ac sepulto propriæ voluntatis arbitrio, mortuus huic sæculo vitam cum Christo in Deo absconderat, ac totus à superiorum nutu pendebat.

*Paupertatem  
toto pectore  
amplexus est.*

§. 14. Beatam paupertatem regni cælorum præmio dig- nam, & Christi ore laudatam, toto pectore amplexus est, ac eam veluti fraternæ pacis fundamentum, mundi- tiam vitæ, curarum hujus mundi abdicationem, proximi- tiam denique, & quasi compendiarium ad Deum viam studiosissime semper coluit, ac semetipsum, tanquam aurum igni probatum, in camino paupertatis expurgabat.

*Castitatis  
amantissi-  
mus fuit.*

§. 15. Castitatis, quæ cælestis & Angelicus thesaurus est, amantissimus fuit, ac præcinctus lumbos, & lucernam boni operis in manibus habens, eam in fictili corporis vase, in sanctificatione, & honore portans, incorruptam & integram usque ad extremum vitæ diem conservavit.

*Dei Matrem  
intemeratè  
Virg. Mariæ  
assiduo in-  
vocabat.*

§. 16. Et qua erat in Dei Matrem, & intemeratam Vir- ginem Mariam pietate, in cujus fidem & clientelam se jamdiu antè contulerat, nullum firmius ad dæmonis vires conterendas, quam ejusdem Virginis præsidium inveniri posse certum exploratumque habens, ejus patrocinium assidue invocabat, ac tantus erat ejus in oratione fervor & perseverantia, ut ex variis occupationibus se ipse fre- quenter colligens sederet solitarius, & levans se super se divinæ contemplationi vacaret, in qua cælestes planè

spiritus hauriebat, & de fontibus Salvatoris aquas sapientie salutatis accipiens, tanto gratiarum imbri om- nes vitæ suæ actiones irrigabat, ut flumina aquæ vivæ de ventre ejus in aliorum utilitatem promanarent.

*Pauperum  
& captivorum  
curam gerit.*

§. 17. In pauperes, ac præcipue captivos, dura, & serjente ab infidelibus detentos propensissimus erat, nullumque officii genus unquam prætermisit, quo eos liberari posse existimaret, quorum hoc etiam majorem curam, & solici- tudinem gerendam esse censebat, quo in graviore pericu- lo Christianæ fidei abjurandæ, & amittendæ salutis æter- næ versarentur. Cum itaque ejus hortatu Petrus Nolus- cus, natione Gallus, cujus confessiones beatus Raymun- dus audiebat, vir opibus florens, & insigni pietate præ- ditus, ad inopes alendos, & maxime ad captivos ex Bar- barorum vinculis redimendos suas copias, & opes cum alacritate ac libenti animo conferret, egregium pii ac liberalis animi officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit. Nam proxima nocte insequente, Beatissi- ma Virgo Dei mater eidem Petro, qui sanctis meditatio- nibus, & orationi vacans, cogitabat qua ratione calami- tatis Christianorum in captivitate degentium succurri posset, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptis- simum sibi, ac unigenito Filio fore dixit, si suum in ho- norem institueretur Ordo religiosorum, quibus cura in- cumberet captivos à tyrannide Turcarum liberandi, ac illa ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima beato Raymun- do, & Jacobo primo Aragoniæ Regi apparuit, id ipsum de religiosi admonens.

*Ordinis Re-  
demptionis  
Captivorum  
statuta pro-  
scripsit, &  
primum Ma-  
gistrum gene-  
ralem creavit.*

§. 18. Quare hi collatis inter se consiliis, & consen- tientibus animis, Ordinem B. Mariæ de misericordia, seu de Mercede Redemptionis Captivorum fundaverunt, cui beatus Raymundus certas vivendi leges præscripsit ad illius Ordinis vocationem accommodatissimas, quarum approbationem aliquot annis post à felice record. Gre- gorio Nono prædecessore nostro impetravit, & dictum Petrum, qui eidem Ordini omnia sua promptè dederat, primum etiam Generalem Ordinis Magistrum, suis ipse manibus habitu eodem indutum creavit.

*Cum Joanne  
Card. Epif-  
cupo Sabini  
in Hispaniâ  
proficiscitur,  
prædicatque  
et c.*

§. 19. Hæc beatus Raymundus, quæ ad unius Dei glori- am, & proximi utilitatem gesserat, etsi occultissima esse volebat, tamen ardentem illius in egenos charitatem, & vitæ sanctimoniam jam ubique fama vulgaverat, & san- ctæ doctrinæ odorem manifestabat in omni loco. Quam- obrem bonæ memoriæ Joannes Cardinalis Episcopus Sabi- nensis eruditionis & pietatis laude clarissimus, ab eodem Gregorio Nono prædecessore nostro in Hispaniam ad crucem adversus Saracenos prædicandam, aliaque Sedis Apostolicæ negotia pertractanda Legatus de latere mis- sus, multorum sermonibus singularem ejus integritatem intelligens, cum sibi legationis accepit adiutorem. Quo in munere beatus Raymundus tanta cum prudentia, tanta humilitate & charitate versatus est, ut omnibus esset bonus odor Christi ad vitam. Nam etsi honestissimo loco natus esset, & jam ætate proventus, multisque virtutibus cumulatus, magna apud omnes auctoritate polleret, in hoc tamen longinquo & difficillimo itinere nullis unquam ab eo precibus obtineri potuit ut equo veheretur, sed verus Christi discipulus calceatus pedes in præparatio- nem Evangelii pacis, & assumpto spiritus gladio, quod est verbum Dei, iter suis comitatus locis pedibus facie- bat, & Cardinalem quod erat venturus prævertens, quasi viam ante faciem ejus in benedictione præparans, Evan- geliū Christi prædicando permultos, adjuvante Domino, ad arctam salutis semitam, à via lata & spatioſa traducere, & confessiones audiendo, à censuris & à peccatorum nexibus liberabat. Quodque omnibus mirum fuit, eoque illo itinere nihil unquam de solita ciborum obſipientia, vigiliis, jejuniis, prædicationibus, toriusque religionis severitate remisit, sed observantissimus constitutionum sui Ordinis, ne latum quidem unguem ab illius statuti- bus & legibus discedebat. Quare suscipiebant ipsum universi, colebant omnes, Joannes Cardin. summopere diligebat, qui perfunctus legatione ad Urbem rediens, cum beatum Raymundum unà secum adducere decrevisset, nunquam id tamen ab eo potuit impetrare.

*A Gregorio  
Nono voca-  
tus Roman-  
venit.*

§. 20. Sed cum ad eundem Gregorium Nonum præde- cessorem nostrum de rebus legationis referret, tam multa, & eaque præclara de hujus beati vitæ virtutibus dixit, ut



ut idem Gregorius prædecessor illius videndi desiderio incensus, eum ad se confestim evocavit, cuius ille dicto audiens, quamquam religiosæ quætu avidissimus, Romam venit.

§. 21. Excepit eum amanter & benigne prædictus Gregorius prædecessor, ac brevi perspectis & exploratis ejus animi dotibus, summisque virtutibus, Capellani sui officio, quod tunc temporis idem erat, quod nunc est causarum Palatii Apostolici Auditorum, & pœnitentiarii dignitate ornavit, ac tanti semper fecit ut non nisi adhibito ejus consilio graviores causas tractaret, quem cum etiam à sacris sibi confessionibus præfecisset, is qua erat in egenos charitate, pœnitentiæ loco illi injungebat, ut inopiam preces, & justas petitiones statim audiret, eorumque negotia expediret, & quamcitissime conficeret, quare ab eodem Gregorio prædecessore.

§. 22. Pater pauperum est appellatus. Decreta Romanorum Pontificum, quo quæque tempore condita erant, diversis in Epistolis & Conciliis sparsa, quæ obscuritatem & incertitudinem inducere videbantur, ad commune omnium, & maxime studentium utilitatem, in ordinem & compendium redigi jamdum omnibus ferè placuerat, sed tanto operi vir idoneus quærebatur. Itaque Gregorius prædecessor beatum Raymundum huic muneri aptissimum esse ratus, id oneris ei imposuit, quod tandem ipse ingenti labore trium annorum spatio feliciter absolvit, quemadmodum in ipso Decretalium præloquio gravissimo ejusdem Gregorii testimonio est comprobatum. Hisce lucubrationibus, & assiduo humilitatis studio quamdiu Romæ vixit, contra otiosam mentis evagationem, & inanis gloriæ cupiditatem se ipse tuebatur diligentissime.

§. 23. Quare oblatos etiam honores, & amplissimas Ecclesiarum Cathedras omni conatu repudiavit. Nam cum Gregorius Archiepiscopatum Tarraconensem ei deferre decrevisset, id ille aded graviter & molestè tulit, ut illied febri correptus aliquot dies ingenti corporis animique dolore torqueretur. Itaque ab hujus mundi gloria alienissimus omni ope contendit, ut eam à se dignitatem averteret, quod cum per se non posset, adhibitis multorum precibus, & quorundam Cardinalium auctoritate, ejusdem Gregorii prædecessoris animus ita inflexit, ut illius Ecclesiæ onus in eum transtulerit, quem ei muneri B. Raymundus aptissimum esse judicavit.

§. 24. Hac difficultate perfunctus exultabat in Domino, ac veluti suo juri redditus, gratis Deo peractis, ad solitos labores sese contulit, quorum tandem magnitudine & diuturnitate confectus, in tam gravem morbum incidit, ut illi certam mortem medici denuntiarent, nisi patrium solum repeteret. Itaque dimisso confessarii ejusdem Gregorii prædecessoris munere, & obtenta ab eundem facultate, Barcinonem rediit, atque ita rediit ut eum animi candorem ab omni ambitionis labe intactum & illæsum, quo imbutus ad Urbem venerat, in patriam reportavit.

§. 25. Vix ab Urbe recesserat, cum statim ei divinitus per spiritum data est gratia sanitarum, atque operatio virtutum. Nam cum ad eum Cataloniæ portum, quem Tossa vocant, appulisset, advectum ad se levi cybala quemdam ejus loci incolam, Barcelo de Faro nuncupatum (qui dum in messum incumberet, aded gravi & repentino correptus erat morbo, ut statim omnibus orbatus sensibus, nullos neque clamores, neque ad motos corpori stimulos perciperet, sed humi jacens exanimis, mortuus esse crederetur.) Beatus vir miseratus, Deum qui dives est in misericordia, ardentissime est deprecatus, ut ei vitam, quæ satis esset ad confitendum peccata, produceret: tum magna in Deum fide nixus, infirmum proprio compellans nomine rogavit, an vellet peccatorum sordes sacra confessione diluere? Confestim ille velut è somno excitatus oculos sustulit, receptoque vocis usu, id velle se, ac vehementer optare dixit, & confessione facta, atque exonerata peccatorum conscientia, perceptorque absolutione, nihil amplius elocutus spiritum Deo reddidit. Id circumstantes admirati glorificaverunt Deum, quod talem hominibus dedisset potestatem.

§. 26. Atque ubi Barcinonem appulit, confirmatis paulum viribus, statim ad res divinas & celestes contemplandas animum adiecit. Ejus verò Barcinonem adventus, si-

mul atque per Hispaniam innotuit, ingens hominum concursus ad eum fieri coepit, partim visendi gratia, partim consulendi (nam Pœnitentiarii potestatem concessu ejusdem Gregorii, etiam ab Urbe absens exercebat) quos omnes consolabatur in Domino, & spiritualibus monitis mirificè recreabat: ejus enim scientia, quasi inundatio in omnibus abundabat, & consilium ejus, licet fons vitæ salutem animæ plurimis afferebat. Hac autem Pœnitentiarii potestate, quo liberius Deo, libique vacaret, sponte se abdicavit, quamquam ejus etiam absentis opera idem Gregorius prædecessor, ceterique Romani Pontifices, qui eum secuti sunt, prædecessores item nostri utebantur, ut ex ipsorum literis facillè constat, quibus ei gravissima negotia committebant. Conscriptit etiam summam casuum conscientiarum, qui solent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ, atque auctoritatis, & tam confessariis quàm contentibus valde utilem, & necessariam.

§. 27. Dum sacris & suavis hisce studiis, & juveni proximi occupationibus distinctur, anno humanæ salutis millesimo ducentesimo trigésimo octavo, Jordanus ejusdem Ordinis secundus Generalis magister, ex hac vice excessit. Quare novo Generali magistro deligendo Capitulum generale Bononiæ est congregatum, ubi cum dissidentibus sententiis, non satis Patribus inter se veniret, ad Sancti Dominici corpus preces indictæ sunt, atque inde ad suffragia ventum, quibus omnibus, nullo penitus refragante, beatus Raymundus absens Generalis magister est declaratus, cujus rei nuncio percussus, atque animo perturbatus, primò repugnare vehementer coepit, sed provectoribus ætate, ac sapientia Patribus Bononia Barcinonem adventantibus, qui eam omnium & Dei voluntatem esse confirmarunt, ægrè tandem acquievit, ac magistratum inivit. Itaque aliorum precibus, & auctoritate victus, animum ad regendam eam familiam adiecit.

§. 28. Quam cum integro biennio sanctissime, & magna cum laude administrasset, factò, ipso postulante superiore anno, ex communi Patrum sententia decreto, ut liceret Magistro generali officium magisterii renunciare, proximo insequente Capitulo Bononiæ item habito affectam ætatem, infirmamque valetudinem inculans, pristinæ miram quietis, vitæque privatæ avidissimus, Magistratum merentibus omnibus sponte se abdicavit, quo veluti onere deposito, latus & alacer ad consuetas pietatis exercitationes, & proximi ad virtutem incitandi studium se quam diligentissime retulit, ac nihil unquam antiquius habuit, quàm ut religionem Catholicam longè lateque propagaret, & pro viribus ab hæresum labe vindicaret.

§. 29. Quamobrem claræ memoriæ Jacobo Regi Aragoniæ ejus nominis primo in primis suasit, ut sacrum Inquisitionis officium suis in Regnis institueret, ad hæresum videlicet, quæ tunc ex nefaria Vvaldensium secta recenter exorta erat, omnesque alias procul à finibus ejus Regni arcendas, atque hanc ob causam Concilio Provinciali Tarraconæ adversus eosdem sectarios habitò, jussu ipsius Jacobi Regis interfuit.

§. 30. Sub idem verò tempus Saraceni, qui nobilissimas Hispaniæ civitates, & finitimas insulas impia sui generis stipe multò ante infecerant, armata manu vehementer etiam infestabant, quibus ut in suis Regnis Evangelium Christi prædicaretur, eidem Jacobo Regi auctor fuit. Hunc etiam ad majorem insulam ex Balearibus proficiscentem, ejus rogatu comitatus est, tum ut ei à sacris confessionibus esset, tum etiam ut verbo Dei prædicando, fideique Catholice mysteriis explicandis Hebræos & Arabianos, qui ibidem magno numero erant, ad Christianam religionem adduceret, ubi cum idem Jacobus Rex vesano amore captus, cujusdam fœminæ consuetudine uteretur, beatus Raymundus, qua erat dicendi libertate & prudentia, illum blando primùm sermone ab ea coartatus est revocare, verum ubi se nihil proficere animadvertit, tum orare, proque sua in Deum fide precibus omnibus coepit obtestari, ne ob exiguum corporis voluptatem male seipsum perderet: sed neque preces quidquam profuerunt.

§. 31. Hic tum beatus Raymundus animi dubius, & incertus quò se verteret, consulto tandem precibus divino numine, statuit nihil gravius sibi faciendum, quàm ut

Capellanus Pœnitentiarii con-

Pater pauperum appellatus

Archiepiscopus Tarraconensem

Barcinonem rediit

B. Raymundus data fuit gratia sanitarum

Barcelo de Faro semimortuus B. Raymundi precibus vitam qua factis suis ad confitendum peccata, obtinuit.

Pœnitentiarii munere, quo etiam ab

Urbe summo b. cur. Pontio se ab aliena vlt.

Magister generalis Ordinis Prædicantium absens Bononia declaratus.

Bisno elapso Magistratu sponte se abdicavit.

Tarcho I. Regi Arag. ut officium Inquisitionis in suis regnis institueret suasit.

De Saracenis Evangelium Christi prædicaretur eidem Jacobo Regi auctor fuit. Vix cum eodem Jacobo Rege ad marem infirum ex Balearibus proficiscentem.

Miraculum tractatio. B. Raymundi ex- panno super

Aquis pallio centum sexaginta miliaria sex horis conficiens Barcinonem appropinquavit.

ex insula discederet, ne libidinem ejusdem Jacobi Regis, qua ferre amplius non poterat, probare sua praesentia videretur. Itaque cum adit, serioque se vere admonitum suae voluntatis certiore fecit. Jacobus vero Rex ejus apud se retinendi cupidus, nautas omnes praemoneri jussit, atque capitali edicto prohiberi, ne ullus eum trajiceret. Interim ignarus hujusce consilii beatus Raymundus in portum perrexit, ubi ab omnibus navicularibus communi consensu rejectus, cognita Jacobi Regis voluntate, in portum Sollar profectus est. Inter sui comiti hoc unum firmissime asseverans, ibi aeternum Regem sibi non defuturum: at cum neque in eo portu a nautis admitteretur, id secum ipse demiratus, hoc magna fide pronunciauit, Regem quidem mortalem ita statuisse, sed Regem aeternum aliter provisurum. Itaque omnibus in litore salutatis, per quasdam rupes, & praerupta saxa in mare porrecta aliquantulum progressus in mare descendit, ac locium allocutus, videbis, inquit, quemadmodum Deus optimam nave providebit. Quare fiducia plenus, expanso super aquis pallio, reductaque ejus ora instar veli ad baculum, quo tamquam malo uteretur, Dei opem invocans, ac signo Crucis se muniens, relicto in insula suo modice fidei, ac dubitante socio, mari se commisit, ac leni prosperoque flante vento, perambulans semitas maris, ac benedicens Deum, qui dominatur potestati ejus, centum sexaginta miliaria sex horis confecit, omnibusque circum littora insolitum navigandi genus admirantibus, Barcinonem appulit, ubi relumpto pallio, quod ne quidem aqua perfusum erat, ad Monasterium sui Ordinis sub meridiem se contulit, quodque non minus admirandum est, januis clausis illud ingressus, populi acclamationes evitans ad gratias Deo peragendas in templum secessit, cujus rei fama tota Urbem, sinefque illius brevi pervasit. Auxit etiam hujus miraculi magnitudinem ejusdem Jacobi Regis emendatio subsecuta, extant autem usque in hunc diem vestigia turris & capellae eo in loco, ex quo in mare descenderat, extructae, atque ipsum etiam pallium, ut continuata apud eos populos traditione receptum est, cujus contactu multi a variis corporis infirmitatibus quotidie liberantur.

Seminarium in quo sui Ordinis Religiosi Hebraico, & Arabico sermone erudientur instituit, & Neophytorum eorum suscepit.

§. 32. In procuranda Hebraeorum & Saraceno rum salute magno charitatis ardore semper incensus fuit, omnemque operam dedit ad eos fidei Christianae documentis excolendos, ac pro viribus adjuvandos, quod ut ei facilius esset, Seminarium in quo nonnulli sui Ordinis religiosi Hebraico, & Arabico sermone erudirentur, Castellae, & Aragoniae Regum impensis instituit, quod opus toti Hispaniae ornamento, atque infidelibus adjumento fuisse ex eo satis constat, quod illius ope atque auxilio, ingens eorum multitudo Christianam religionem amplexa sit. Neophytos non minori charitate doctrinae Christianae praerceptionibus imbuebat, atque tam assiduus erat in illis instituendis, ut eorum parens esse videretur, & ne alimenta eis ad vitam necessaria decissent, undique elemosynas corrogabat.

Beneficus erat in omnes.

§. 33. De rebus dubiis saepe consultus, singulari prudentia, ac divina plane sapientia omnibus respondebat, atque inter cetera beneficia quae accepit, hoc praecipue donum a Deo est consecutus, ut eos quibuscum ageret, mira consuetudinis suae dulcedine, ac voluptate perfunderet.

Orandi, contemplandi, quo summo adeptus est facultatem.

§. 34. Orandi, contemplandique summam diuturno usu adeptus est facultatem: nam etsi variis, gravibusque negotiis distineretur, tamen ubi se ad orationem compo-luerat, tanta subito divini spiritus suavitate rapiebatur, ut omnium rerum mortalium cura exutus esse videretur, ac saepe intempesta nocte clam observatus est in secretiori templi recessu, tam crebra, altaque suspiria inter orandum edere, ut audientes ad lachrymas commoveret. In divinis officiis erat assiduus, atque incredibilem psallendo capiebat voluptatem.

Magna eius fuit in sacrificando animi puritas, & devotionis fervor.

§. 35. Sacrosanctum Missae sacrificium saepe quotidie celebrabat: quanta vero esset ejus in sacrificando animi puritas, ac devotionis fervor, vel ex eo facile existimari potest, quod astantes ex ejus solo aspectu ad orationem incitarentur, ac petita a Deo Patre misericordiarum beneficia ejus precibus impetrarent.

P. Martinus eiusdem Ordinis Conventus, cum antequam suavi se Christi jugo subiceret, voluptatibus carnis liberis indulgeret, ac tunc eorum re-

rum quibus ante assueverat, recordatione, sui que corporis illecebris, quasi quibusdam stimulis agitatus, mirum in modum vexaretur, omnem hujus tentationis propulsandae spem in beati Raymundi meritis collocavit. Igitur ejus sacrificiis saepe interesse, ac summis precibus a Deo flagitare coepit, ut tanto suo malo remedium aliquod afferret, quod dum perseveranter peteret, quodam die ex manibus beati Raymundi celebrantis, ac sacrae hostiam populo ostendentis, Christus Dominus sub augustissima pueri specie clarissima luce radiantis spectandum ei se praebuit, quo viso tanto est repente gaudio delibutus, ut ex eo tempore ad extremum usque diem, divina gratia & bonitate, ab omni concupiscentiae carnis commotione fuerit preservatus.

bus B. Raymundi, in sacrae hostiam ostendentis, Christum sub augustissima pueri specie clarissima luce radiantis spectandum ei se praebuit, quo viso tanto est repente gaudio delibutus, ut ex eo tempore ad extremum usque diem, divina gratia & bonitate, ab omni concupiscentiae carnis commotione fuerit preservatus.

§. 37. Cum caelestis militiae Angelo tanta inerat ei familiaritas & amicitia, quae maximum est puritatis & sanctimoniae argumentum, ut ab eo frequenter ad orandum a somno excitatus invitaretur.

Magna familiaritas & amicitia, quae maximum est puritatis & sanctimoniae argumentum, ut ab eo frequenter ad orandum a somno excitatus invitaretur.

§. 38. Cibi potusque parcissimus fuit, totam enim hebdomadam, excepto die Dominico, jejunabat.

Totam hebdomadam, excepto die Dominico, jejunabat.

§. 39. Nullum unquam in eo contumaciae vel arrogantiae vestigium animadverti potuit, quinimo lenitate, ac patientia fuit maxima, & in Deum tanta charitate, ut ejus amore omnia arbitratus sit ut stercora, ex qua etiam egregia illa in proximos charitas redundabat.

Lenitate, ac patientia fuit maxima, & in Deum tanta charitate, ut ejus amore omnia arbitratus sit ut stercora, ex qua etiam egregia illa in proximos charitas redundabat.

§. 40. Omnibus demum virtutibus cumulatus, de vix jam aetate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominum ut ad caelestes nuptias ab eo vocaretur.

Omnibus demum virtutibus cumulatus, de vix jam aetate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominum ut ad caelestes nuptias ab eo vocaretur.

§. 41. Igitur annos fere centum natus, cupiens dissolvi, & esse cum Christo, in lethalem morbum incidit, atque Sacramentis omnibus rite imunitus, orantibus ad lectulum fratribus, deficiente sensum omni vitae sensu, ipso die Epiphaniae Barcinone obdormivit in Domino, salutis humanae anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

Annos fere centum natus, cupiens dissolvi, & esse cum Christo, in lethalem morbum incidit, atque Sacramentis omnibus rite imunitus, orantibus ad lectulum fratribus, deficiente sensum omni vitae sensu, ipso die Epiphaniae Barcinone obdormivit in Domino, salutis humanae anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

§. 42. Vulgata ejus morte, ingens hominum concursus ad Monasterium videndi causa repente factus est, ac tanta fuit ejus sanctitatis apud omnes opinio, ut multi Episcopi, complures Praelati, ac nobiles viri, clerus etiam & populus Barcinonensis universus funus ejus summa doloris significatione sint prosecuti. Communem vero illam ejus sanctitatis famam auctoritate sua magnopere auxerunt Alphonsus Castellae, & Jacobus Aragoniae Reges, qui ad ejus exequias sua praesentia cohonestandas, comitantibus filiis, ac domesticis omnibus, summa cum veneratione & fama sanctitatis beati hujus viri convenerunt. Itaque corpus ejus magno totius Civitatis luctu, ac Principum virorum dolore honorifice humatum est, quod paucis annis post in sepulchrum marmoreum translatum fuit.

Alphonsus Castellae, & Jacobus Aragoniae Reges, qui ad ejus exequias sua praesentia cohonestandas, comitantibus filiis, ac domesticis omnibus, summa cum veneratione & fama sanctitatis beati hujus viri convenerunt. Itaque corpus ejus magno totius Civitatis luctu, ac Principum virorum dolore honorifice humatum est, quod paucis annis post in sepulchrum marmoreum translatum fuit.

§. 43. Barcinonensis populus beato Raymundo vita functo, quasi totius patriae lumine extincto, mœrore afflictus graviter angebatur, atque ob recentem virtutum ejus, ac beneficiorum memoriam, eo carere omnibus acerbissimum erat: sed pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui secundum multitudinem dolorum consolationibus suis timentium se corda lætificat, beati Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo, plebem suam mirifice recreavit. Nam fidelissimi hujus servi integritatem & sanctimoniam, multis quidem in vita miraculis clarum, pluribus signis post obitum ingenti omnium lætitia comprobavit. Atque ut omnes etiam intelligerent quam Deo placita esset anima ejus, eo ipso tempore quo ex hac vita migravit ad Dominum, insigni miraculo est declaratum.

Barcinonensis populus beato Raymundo vita functo, quasi totius patriae lumine extincto, mœrore afflictus graviter angebatur, atque ob recentem virtutum ejus, ac beneficiorum memoriam, eo carere omnibus acerbissimum erat: sed pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui secundum multitudinem dolorum consolationibus suis timentium se corda lætificat, beati Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo, plebem suam mirifice recreavit.

§. 44. Erat in ea Civitate Guillelmus de Villaragut, qui in veterata corporis lepra graviter laborabat, neque cum fœditas morbi, dolorive acerbitas in publicum prodire, solitasque exercitationes, & negotia obire patiebatur. Medici adhibitis frustra medicamentis omnibus, deplorata re animum desponderant; ipse vero, Deo ita disponente, qui Sanctum suum clarificaturus erat, in ædes quasdam Monasterio Ordinis Praedicatorum vicinas, ea ipsa nocte qua beatus Raymundus excessit a vita, diverterat, ubi cum gravissimo elephantiae dolore torqueretur, a pio quodam viro, Bernardo de Molendis nuncupato, Canonico Barcinonensi admonitus est, ut beati Raymundi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis se commendaret,

Guillelmus de Villaragut, qui in veterata corporis lepra graviter laborabat, neque cum fœditas morbi, dolorive acerbitas in publicum prodire, solitasque exercitationes, & negotia obire patiebatur. Medici adhibitis frustra medicamentis omnibus, deplorata re animum desponderant; ipse vero, Deo ita disponente, qui Sanctum suum clarificaturus erat, in ædes quasdam Monasterio Ordinis Praedicatorum vicinas, ea ipsa nocte qua beatus Raymundus excessit a vita, diverterat, ubi cum gravissimo elephantiae dolore torqueretur, a pio quodam viro, Bernardo de Molendis nuncupato, Canonico Barcinonensi admonitus est, ut beati Raymundi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis se commendaret,

mendaret, quod ille recuperandæ valetudinis cupidissimus, simul atque diligenter præstitit, confestim omnis lepra ex ejus membris collapsa est, ac sanum corpus reliquit, in cuius rei signum, & accepti beneficii memoriam idem Guillelmus monumento suspensio in templo, rem omnibus testatam esse voluit, & posteritatis memoriz commendavit.

Margarita Joannis Phisici filia morina vita restituitur.

§.45. Illud verò maximum est ejus sanctitatis argumentum, quod mortuos etiam ad vitam revocavit. Nam quædam puella Margarita nomine, Joannis Phisici filia, quatuor, aut circiter annos nata, diuturna febre, continuifque alvi fluxionibus exhausta diem obierat extremum, eaque verè mortuam esse pallor ipse vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes, ceteraque indicia confirmabant, quin & idem Joannes pater medicæ artis expertissimus, asseruit omnia mortis, nulla vitæ vestigia in ejus corpore extitisse: honesta interim mulier Romea ejusdem Margaritæ mater, quæ paulò ante ad beati Raymundi sepulchrum accesserat, & auxilium ab eo, filizque valetudinè precabatur, ubi de morte filiz certior à Ioanne ejus marito facta est, ab eodem sapiens domo revocata fuit, quo illa nuncio percussa tanto filiz recuperandæ desiderio inflammata est, ut neque inde se abituram, neque domum reversuram affirmaret, nisi beati hujus viri meritis & intercessione Margarita ejus filia vitæ restitueretur. Itaque lachrymis ac lamentis omnia miscere, & ardentius orationi instare, atque à Deo per beati viri merita summis precibus flagitare cœpit, ut filiam vitæ, sibi que redderet, cujus perseverantem firmissima fide orationem respexit Deus, nec sprevit deprecationes ejus. Nam sub occasum Solis Margarita filia paulò post meridiem defuncta, non modo vitæ, sed etiam integræ valetudini est penitus restituta, quæ postmodum in templum pedes adiit ad gratias pro tanto beneficio agendas, & decem & quatuor annos supervixit.

Romea Michaelis de Sala uxor, tantum fecit ut dicitur, & quibusdam precibus suis intercessit.

§.46. Altera item honeste conditionis scæmina, Romea appellata, Michaelis videlicet de Sala hominis pii uxor, beati Raymundi opem experta est, nam cum maturo jam factu acerbissimis pariendi doloribus premeretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluso corpore, tribus integris diebus ac noctibus gravissimo cruciatu torquebatur, nihil propius factum est, quam ut ex hac vita decederet, nam ob languentis stomachi fastidium cibos omnes, haustusque respuebat, atque à sensibus alienata, vocis que usu privata jacebat exanimis, quo tam præsentis uxoris suæ periculo prædictus Michael vehementer animo consternatus, ad templum illico excurrit, beati Raymundi opem, subsidiumque implorans, qui simul ac domum rediit, Romea felicissimè partum edidit, atque omni dolore est liberata.

Juvenis quidam nam ager in terra valetudinis est restitutus.

§.47. Præterea juvenis quidam continuos viginti dies acutissima febre agitatus, viribusque exhaustis in superiorem ædium partem à suis delatus fuerat, ut aura puriore frueretur, animusque relaxaret, quo ex loco deorsum in lapides & saxa corruens, ita convulsus fractusque membris fuit, ut immotus humi prostratus ab omnibus mortuus esse putaretur. Et, ut sit, cum multi videndi & juvandi causa accurrissent, astantium quidam pulveres ex Beati Raymundi sepulchro desumptos, quos religiose ac pie secum gestabat, in jacentis ac moribundi os injecit, colloque appendit, atque æger ille continuò valetudini est integræ restitutus. Et illa quidem, aliaque quamplurima multo ante tempore contigerunt, hæc verò recentiora sunt.

Michael pestilentia correptus omni morbo liberatur.

§.48. Anno millesimo quingentesimo octogesimo nono, dum pestilentia Barcinone grassaretur, atque ingenti hominum clade invalesceret, quidam probus vir, Michael Amat appellatus, peste mortifera correptus, ac desperata valetudine à medicis destitutus, Sacramentorum, atque extremæ unctionis susceptione ad mortem se cõparabat, sensim verò per omnia corporis membra serpente morbo in eas redactus erat angustias, ut præclusis faucibus loqui amplius non posset. Quare intimo cordis & animi affectu beatum Raymundum est deprecatus, ut eam à se infirmitatem depelli precibus suis impetraret, qua in oratione beatum Raymundum sibi videre visus est, atque extensa manu se contingere, quo ex facto ita omni repente morbo levatus est, ut eodem ipso die convalesceret.

§.49. Hoc aliquanto recentius est. Nam anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, pia quædam mulier Anna Beneta vocata, Barcinone honestis parentibus orta, ipso Epiphaniæ festo copioso sanguinis profusio in summum vitæ periculum adducta erat, neque adhibita medicorum remedia sanguinem ullo modo sistere poterant, neque ipsa in proximum diem vitæ pura baratur. Quare eorundem hortatu, cum Sanctissimæ Eucharistiæ, atque extremæ unctionis Sacramenta piè, & devotè sumpsisset, mortem expectabat. Interim in beati Raymundi præsidium toto animo confugit, ac pulveres ex ejus sepulchro ad se deferri, atque in cyatho misceri sibi iussit, quibus epotis melius se habere cœpit, & absque ullo profusio alio pharmaco vitæ discrimen evitavit.

Anna Beneta sanguinis profusio laborans, pulvis ex S. Raymundi sepulchro adhibito, vitæ discrimen evitavit.

§.50. Illud verò perpetui cujusdam miraculi vim obtinet, quod ex primo ejus sepulchro terra quædam tenuis, seu pulvis saluberrimus enascitur, qui licet magna in copia inde exportetur, nunquam tamen deficit, ac multæ magnæque corporis infirmitates eo curantur.

Ex eius sepulchro terra quædam tenuis enascitur, qua infirmitates curantur. Ludovicus odoratus solum recuperavit.

§.51. Anno itidem millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, cum Judices constituti ad explorandas beati hujus viri reliquias, arcam ubi erant reconditæ, aperuissent, tætu illic odor ex ejus corpore, qui vivēs in odorem suavitatis Dei se consecraret, exhalavit, ut multi qui eò confluerant, nihil eo percipi posse jucundius affirmarent, quinimò egregius vir Ludovicus de Claramont, ex gravi morbo sensu odoratus à sexdecim annis orbatus, cum in ea hominum multitudine videndi desiderio incitatus propius accessisset, cum etiam odorem suavissimum sensit, quo repete ita recreatus est, ut lachrymas præ gaudio continere, nec ullam vocem emittere ullo modo posset, verum tacitus apud se cogitans dubitabat, num itius solūmodò odoris olfactum recuperasset, an etiam rerum aliarum, sed domum reversus ubi se varios odores percipere animadvertit, miraculum subito evulgavit.

Ex eius sepulchri materia sua vis odor effluat.

§.52. Neque verò hæc odoris fragrantia eo solum tempore ex ejus corpore emanavit, sed ex aperto quodam ejus sepulchri meatu idem suavis odor quandoque afflatur, qui ab his sentitur, quos divina bonitas communcere dignatur.

Reges, Episcopi, & populi Aragon, & Prælati, populi que integri Regni Aragoniæ divinitus excitati, una voce & consensu à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris frequenter petierunt, ut Beatus Raymundus in Sanctorum numerum referretur.

§.53. His, pluribusque aliis miraculis, quæ referte longum esset, corda Regum inclinata, plurimique Ecclesiarum Antistites, & Prælati, populi que integri Regni Aragoniæ divinitus excitati, una voce & consensu à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris frequenter petierunt, ut Beatus Raymundus in Sanctorum numerum referretur.

Et Archiepiscopi, Tarraconensis, Episcopi, & Abbat. in Conc. Provinciali Tarracon. congregati idem à Nicolao III. petierunt.

§.54. Et quidem quarto ab ejus obitu anno, salutis videlicet humanæ millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Archiepiscopus Tarraconensis, ac decem Episcopi Regni Aragoniæ, multi que Abbates in Concilio Provinciali Tarraconæ congregati, literas ad fel. recordat. Nicolaum Papam Tertium prædecessorem nostrum dederunt, quibus singularem ejus in Deum charitatem, vitæque innocentiam coram Deo & hominibus testificati, ut eum prævia virtutum ac miraculorum ejus inspectione Sanctorum numero adscribere vellet, humiliter supplicarunt.

Præfati Civitatis Regni Aragon. Principat. Cathalonie Civitatis Barcinonensis, & Fratres Ord. Præd. idem à Bonifacio VIII. petierunt.

§.55. Cum autem ipse Nicolaus III. prædecessor è vita migrasset, Præfati Civitatum Regni Aragoniæ, & Principatus Cathalonie, totaque civitas Barcinonen. quin & Priores, ceterique Fratres Ord. Præd. qui eas Provincias incolebant, idem à fel. recordat. Bonifacio VIII. etiam prædecessore nostro enixè flagitarunt.

Conc. Provinc. Tarraconensis à Joanne XXII. & Petrus Aragoniæ Rex à Clem. VI. idem petierunt.

§.56. Verum ipso Bonifacio prædecessore ab humanis etiam crepto, Concilium Provinciale Tarraconæ denuo convocatum, apud sanctæ memoriæ Joannem XXII. prædecessorem, etiam nostrum primam petitionem renovavit, quo tempore Fratres Arnaldus Burguetus Ordinis Prædicatorum, Inquisitor ac Procurator à Capitulo generali ad hanc causam prosequendam institutus, multos testes super miraculis, quæ de hoc beato viro vulgabantur, examinari curavit. Sed cum per dicti Joannis prædecessoris obitum res transigi non potuisset, clar. mem. Petrus Aragoniæ Rex datis ad fel. recor. Clementem VI. similiter prædecessorem nostrum literis vehementer instituit, ut beatus hic vir humanis laudibus extolleretur in terris, quem divinæ providentiæ sublimitas, quem modum in ejus literis habebatur, honorare voluerat in excelsis.

*Paul. III. concessit in Ver. Præd. Rom. Ag. sine off. celebrari.*

*Philippus II. Rex Cathol. in causa in Pa. celebrari.*

*Card. Greg. in causa in Pa. celebrari.*

*Frater Mi. in causa in Pa. celebrari.*

*Card. Greg. in causa in Pa. celebrari.*

*Philippus III. Rex Cathol. in causa in Pa. celebrari.*

§. 57. Cum verò hujus rei tanta sit gravitas & magnitudo, ut exiguo tempore perfici non potuerit, omnis hujus causæ tractatio usque ad tempora sanctæ memoriæ Pauli Tertii similiter prædecessoris nostri fuit intermissa, qui tandem precibus bon. mem. Fratris Joannis à Toledo tituli Sancti Sixti Cardinalis Burgen. nuncupati inclinatus concessit ut in omnibus Monasteriis & Ecclesiis Ord. Præd. in Regno Aragoniæ existentibus solemne officium de beato Raymundo celebrari posset.

§. 58. Interjecto autem diuturni temporis intervallo, cum Deus qui est gloria virtutis Sanctorum, beati Raymundi meritis, & intercessione plurima in dies beneficia toti Hispaniæ largiretur, claræ etiam memoriæ Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium de Corduba & Cardona, Suescæ Ducem, suum apud nos & Sedem Apostolicam Oratorem supplicavit, ut huic causæ sub tot Romanis Pontificibus inchoatæ ipsi vellemus finem imponere, quo sanè pio Regis studio vehementer sumus recreati.

§. 59. Nam cum ab ipso Pontificatus nostri principio nihil magis quam Dei gloriam & Catholicæ religionis exaltationem spectaverimus, gaudebamus in Domino, cum utramque hinc Regis supplicationibus promoveri cerneremus. Itaque ut religioso ejus desiderio satisfacere- mus, Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregationis factorum rituum injunximus, ut acta omnia quæ prius hac in re confecta erant, diligenter inspicerent & examinarent. Hi autem fuere ex triplici ordine assumpti; Venerabiles Fratres Episcopi Alphonfus Oltien. Getualdus, Innicus Avalos Portuen. de Aragona, Gabriel Sabinen. Paleottus, & dilecti filii nostri Alexander Sanctæ Mariæ Transyberim Medices, Franciscus Sancti Petri ad Vincula de Joiosa, Augustinus Sancti Marci Veronen. Dominicus Sancti Chrylogoni Pinellus, Franciscus Mariæ Sanctæ Mariæ in Ara cæli de Monte, Alcanius Sanctæ Pudentiæ titulorum presbyteri Columna, Odoardus Sancti Eustachii Farnesius, Antonius Sanctorum Quatuor Coronatorum, Fachennetus diaconi nuncupati Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales.

§. 60. Coram quibus ritè congregatis, cum dilectus filius Michaël Llot, Sacræ Theologiæ Doctor, Frater eiusdem Ord. Præd. professus, ac Procurator legitime hac in causa constitutus, pro suo munere, in quod per sex annos continuos diligenter incubuit, quasdam scripturas ad ipsam causam spectantes protulisset; quia tamen multæ probationes addi poterant, literæ ad Archiepiscopum Tarraconensem, atque ad Barcinonem. & Vicent. Episcopos cum opportuna facultate missæ sunt, ut alias omnes scripturas & probationes annis Superioribus hoc in negotio factas Barcinone extraherent, & ea denique agerent quæ ad hanc causam requiri videbantur, omniaque ad nos transmitterent, quæ tum essent omni jure confecta, summaque auctoritate firmata, & debita cum diligentia, & fide transmissa.

§. 61. Nos tribus viris doctina & integritate præstantibus, ac usu peritissimis, Seraphino videlicet Olivario Razzalio Decano, Petro Francisco Gipsio, & Francisco Peniz causarum Palatii nostri Auditoribus commisimus, ut ea summo studio, quantaque possent diligentia legerent, expenderent, ac totius causæ merita exactissime ponderarent. Quo in munere cum sedulo & accuratè versarentur, Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, cujus memoria in benedictione sit, magno in primis nostro, & totius Orbis Christiani dolore ac detrimento viam universæ carnis ingressus est.

§. 62. Quare charissimus in Christo filius noster Philippus III. Hispaniarum item Rex Catholicus ejus filius non modò regnorum, verum etiam paternarum virtutum hæres, statim à primo regni sui exordio, ut se, suaque omnia in beati Raymundi præsidium, ac patrocinium conferret literis, & per eundem Antonium Suescæ Ducem oratorem item suum nobis supplicavit, ut in hac causa progredi vellemus. Idcirco vehementer lætabamur, & benedicebamus Domino, qui pios Reges perpetuè suscitavit ad sanctos suis honoribus prosequendos, quos elegit in ædificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia.

§. 63. Cum igitur prædicti Auditores in discutiendis actis in universo processu diuturnam & assiduam navassent operam, nihilque eorum quæ ad hanc rem peragendam pertinent, prætermisissent, omnem rei gestæ seriem, suumque judicium scripto nobis tradiderunt, quorum integram relationem nos eisdem Cardinalibus Congregationis factorum rituum per eosdem Auditores tradi jussimus, atque ut plurimum judicio tota hæc causa examinaretur, alios etiam Cardinales prioribus adjunximus, nimirum dilectos filios nostros Federicum Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis Bortomæum, Antonium Mariæ Sanctæ Agnetis in Agone Gallum, Cæsarem Sanctorum Nerei & Achillei Baronium, Sylvium Sancti Salvatoris in Lautotulorum Presbyteros, Antonianum, atque Andream Sancti Angeli in foro Piscium, Perettum diaconum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, quos omnes monuimus, ut acta omnia de beati Raymundi puritate fidei, morum integritate, ac miraculorum evidentia tanto studio perpende- rent, quantum & rei gravitas requirebat, & nos merito expectabamus, qui cum privatim, multisque Congregationibus inter se habitis, dilecto filio Pompeio Molella Fisci nostri Procuratore semper citato, & partes suas diligenter præstante, singula rerum capita, & acta omnia sedulo examinassent, ac processum, testes, instrumenta, & hujus causæ monumenta cum Auditorum sententiis diligenter contulissent, eoque adducta essent omnia, ut ad nos referri oporteret.

§. 64. Nos Consistorium secretum pro more convocari jussimus, quo præfatus Alphonfus Cardinalis Gesualdus, suo & totius Congregationis nomine, primum retulit scripturas, processum, omniaque hujus causæ acta legitime confecta esse, ac maximæ auctoritatis, probatæque veritatis vim obtinere: deinde tota beati Raymundi vita, multisque miraculis enarratis, se & ceteros dictæ Congregationis Card. una voce, unaque mente in eam sententiam venisse dixit, beatum Raymundum (si ita nobis videretur) posse Catalogo Sanctorum aggregari, in quorum sententiam cum reliqui Cardinales suo quisque suffragio ex ordine ivissent, magnam animi voluptatem capiebamus, quod beati hujus viri sanctitatem in dies magis elucere videremus. Atque ut in hoc gravissimo negotio nihil de pristina nostra consuetudine, ac debita diligentia remitteremus, nos ipsi facta studiosè & accuratè perlegimus, atque eorumdem Rotæ Auditorum, & venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium relationem verissimam esse comperimus.

§. 65. Quare lapsis paucis post diebus, ex Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum instituto Consistorium publicum indiximus, in quo præter Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, nostrique familiares nobis adfuerunt, ac in eo dilectus filius Bernardinus Scottus Consistorialis Aulæ nostræ Advocatus, qui eximia beati Raymundi charitate, vitæ innocentia, & miraculis copiosa oratione explicatis, charissimi in Christo filii nostri Rodulphi Romanorum Regis Illustris in Imperatorem electi, & ejusdem Philippi III. Regis Hispaniarum Catholici, & Principatus Catalonia, totiusque Ord. Præd. nomine, ut B. Raymundum Sanctis ad jungerem vellemus, à nobis suppliciter flagitavit.

§. 66. Quæ cum audiremus, benedicebamus Domino & gratias Deo agentes lætabamur Philippum III. Regem Catholicum in ipso regnandi principio hunc sibi ad felicem regnorum suorum administrationem patrum tanto ardore postulare. Itaque respondimus sanctam ejus petitionem nobis esse gratissimam, & eam ad Dei gloriam in primis, & communem totius Christianæ Reipublicæ utilitatem pertinere, quod nimirum Deus, qui splendor & gloria Sanctorum est, in Sanctis suis magis laudatur, & Christi fideles eo faciliùs divinæ gratiæ munera, auctis intercessoribus obtinent, quo major cultus, & honor Sanctis adhibetur. Præterea singularem Regis pietatem commendantes, optare nos pio ejus desiderio satisfacere diximus: hujus tamen rei tantam esse gravitatem, ut maturius adhuc cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & ceteris Episcopis deliberandum esse censeremus. Itaque omnes eos in Domino hortati sumus, ut omnia quæ ad B. Raymundi vitam & miracula spectarent, omni studio & diligentia examina-

*Auditorum Rotæ omnia rei gesta seriem peragendam suumque judicium scripto tradiderunt. qui cum privatim multisque Congregationibus inter se habitis, dilecto filio Pompeio Molella Fisci nostri Procuratore semper citato, & partes suas diligenter præstante, singula rerum capita, & acta omnia sedulo examinassent, ac processum, testes, instrumenta, & hujus causæ monumenta cum Auditorum sententiis diligenter contulissent, eoque adducta essent omnia, ut ad nos referri oporteret.*

*Consistorium secretum pro more convocari jussimus.*

*Papa indixit Consistorium publicum in quo Bernardinus Scottus Consistorialis Aulæ nostræ Advocatus, qui eximia beati Raymundi charitate, vitæ innocentia, & miraculis copiosa oratione explicatis, charissimi in Christo filii nostri Rodulphi Romanorum Regis Illustris in Imperatorem electi, & ejusdem Philippi III. Regis Hispaniarum Catholici, & Principatus Catalonia, totiusque Ord. Præd. nomine, ut B. Raymundum Sanctis ad jungerem vellemus, à nobis suppliciter flagitavit.*

*Et Pontifex successivè ceteris aliis peractis orationibus ad Deum portigi iussit.*

tena deinde orantes in spiritu, & ipso vigilantes, quod nos facturi eramus, Deum precarentur, ut daret nobis spiritum sapientie & revelationis, quo hæc arcana celestia, quæ ratione humana comprehendere non possunt, cognosceremus, & illuminaret oculos cordis nostri, ut quid in hac gravissima causa statuendum esset, deliberare possemus.

*Secundum  
hanc Confir-  
mationem con-  
firmavit ipse  
pontifex in re-  
sponso om-  
nium votis,  
sanctissimam  
in forma  
sacramenti  
Dominicam  
Alibi.*

§. 67. His peractis sacrum aliud Consistorium indiximus, cui etiam Patriarchas, Archiepiscopos & Episcopos, qui tunc erant in Urbe, ac nostros & Sedis Apostolicæ Notarios, necnon Palatii nostri Auditores & Secretarios volumus interesse, in quo Nos ex gratiæ celestis abundantia, qua nostra requisitis in hac suprema pastorali vigilia domus Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis constituta est, ea diximus, quæ ad hanc causam spectare nobis visa sunt: deinde ab iisdem fratribus nostris petivimus, ut consideratis atque examinatis omnibus actis, id præcisè dicerent, quod Spiritus sanctus eis daret eloqui, & an B. Raymundus Sanctus adscribendus esse videretur. Itaque primùm S. R. E. Cardinales, deinde Patriarchas, tum Archiepiscopos, & Episcopos ibidem præsentibus, suo quisque loco dictis sententiis, omnes communi consensu, ex iis quæ in universo processu explorata erant, merito à nobis B. Raymundum inter Sanctos referendum esse censuerunt. Gratias igitur Deo agebamus, qui fratres nostros omnes in unitate spiritus idem sentire facit, tribuens omnibus cor unum & animam unam, eosque monuimus, ut interim precibus, jejuniis, & eleemosynis Dei gratiam & auxilium nobiscum invocarent. Cumque omnia jam ad præscriptum, & normam sacrarum Canonum confecta essent, quod supererat acturi, post aliquot menses diem canonizationis diximus tertium Kalendas Maii, Dominicam videlicet in Albis, qua Paschalis solemnitas terminatur, neophytorum habitus candore animi permittente commutatur, & Evangelium in Ecclesia legitur, quo Christus Dominus post Resurrectionem ad discipulos januis clausis ingressus, insufflato eis spiritu sancto, potestatem remittendi, & retinendi peccata est elargitus, in quo magna nobis lætitiæ materia oblata est, quia videlicet meminimus, B. Raymundum, & sacramenti poenitentiae ministrum extitisse, & post trajectory miraculum januis clausis Monasterium sui Ordinis Barcinone ingressum esse, deinde etiam quod eodem solemnitate & lætitiæ die Nos ab hinc septem annis Sanctum Hyacinthum Polonum ejusdem Ordinis Fratrum prædicatorum, B. Raymundi coetaneum in Sanctos retulimus, ad quam quidem animi nostri voluntatem non mediocri accessio facta est, quod hoc ipso die Sanctæ Catharinæ Senensis, ac Sancti Petri Martyris festum in Ecclesia solemniter celebretur, qui sub eadem Sancti Dominici disciplina vitam sanctissimè traduxerunt. Quamobrem in tam accommodata totius Ecclesiæ, ac Sanctorum ejusdem Ordinis ad hanc celeberrimam actionem festivitate, Nos beato Raymundo eum honorem decernere statuimus, qui sanctis confessoribus adhibetur.

*Qua die Pæ-  
nitem ex Ca-  
pella Pontifi-  
cia processio-  
nalis in  
Basilicam S.  
Petri descen-  
dit, & ora-  
vit.*

§. 68. Cum igitur præscripta Dominica in Albis, hodierna scilicet dies advenisset, Nos cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, qui in Capella nostra Pontificia hanc ob causam convenerant, vestibus sacris induti, hymnum Ave maris stella, inchoavimus, reliquum Capellæ nostræ choro prosequente ad B. Mariæ Virginis opem implorandam, atque ita cantantes in viis Domini, Romanæ Curie Prælatibus, officialibus & familiaribus nostris, & sæculari ac religioso clero longo ordine præcedentibus, singulis cereos accensos gestantibus, ex nostro Palatio Apost. ad augustissimam Principis Apostolorum Basilicam processimus vario ornamentorum genere instructam, eamque ingressi ad sanctissimum Evangelicæ Sacramentum genuæxi procubimus, orantes ut Deus hæc celeberrimam actionem ad laudem & gloriam nominis sui dirigeret: Inde ad supremam Ecclesiæ partem ascendimus, alto & sublimi fornice admirandam, ubi amplum, regioque sumptu suggestum erectum erat coram altar i S. Petri Principis Apostolorum, in quo sacram Pontificalem Missam celebraturi eramus, omniaque facibus, cereisque ardentibus collucebant, ac plurimæ cir-

cum imagines beatorum Raymundum erecto corpore egregiè pietæ referabant, dextera manu Clavem in potestatis atque officii Poenitentiarum memoriam, sinistra librum doctrinæ, ac decretalium monumentum gerentem, ubi statim nobis in mentem venit nos iisdem, quibus B. Raymundus, Capellani videlicet, seu causarum Palatii Apostolici Auditoris munere, antequam in numerum Cardinalium assummeretur, & in ipsa Cardinalis dignitate summi Poenitentiarum officio, quamquam non exactè ac perfecte, functos fuisse, ac propterea Deum in spiritu humilitatis non sine lachrymis precabamur, ut si quid istis in muneribus ex nostra imbecillitate à nobis omissum vel commissum fuisset, id ejus bonitas atque elementia B. Raymundi meritis atque intercessione nobis condonaret. Deinde in suggestum delati ante idem altare Principis Apostolorum oravimus, ut suo nobis auxilio præsidioque adesset, mox in excelso è regione altaris throno confidentes, eosdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos sacris indutos vestibus obedientiam nobis de more præstantes excepimus, tum dilectus filius noster Odoardus Sancti Eustachii Cardinalis Farnesius nuncupatus, Regni Aragoniæ Protector, Catholici Regis nomine semel, iterum ac tertio suppliciter à nobis flagitavit, ut B. Raymundum in Sanctos referremus, cujus singulis petitionibus opportunè respondimus, ac per interjecta totidem intervalla litanias, hymnos, precesque adjunximus.

§. 69. Denique absolutis perfectisque omnibus iis, quæ à Romanis Pontificibus hoc in genere instituta sunt, communibus precibus implorata Spiritus sancti ope, ad honorem Sanctæ & individue Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & Religionis Christianæ augmentum, auctoritate ejusdem Sanctæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus sancti, beatorum Apostolorum Petri, Pauli, ac nostra, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana curia existentium consilio, communique consensu B. Raymundum à Peniarum Ordinem Fratrum Prædicatorum expresse professum, ac in Ecclesia Sanctæ Catharinæ ejusdem Ordinis Barcinone sepultum, de ejus innocentia vitæ, & miraculis nobis planè constat, Sanctum esse definitivè, ac Sanctorum Confessorum numero, & catalogo adscribendum esse decrevimus, prout per præsentibus definitivè, decernimus, & adscribimus, statuentes ut ab universa Ecclesia quolibet anno, die 7. Januarii, festum ejus, & officium, sicut pro uno Confessore non Pontifice, ad normam in Rubricis Breviarii Romani præscriptam devotè celebretur. Insuper omnibus verè poenitentibus & confessis, qui singulis annis eodem die prædictam Ecclesiam Sanctæ Catharinæ Barcinonensis, in qua corpus ejus conditum est, piè & devotè visitaverint, easdem indulgentias & peccatorum remissiones concessimus, & elargiti sumus, quemadmodum concedimus & elargimur, quæ ceteris diebus Ordinis Monasteriis, & Ecclesiis diebus festis Sanctorum ejusdem Ordinis concessæ sunt.

*Tandem sanctissimam canonizationis præsentibus, & beati Raymundum esse definitivè, festum statuis, & indulgentias concessi.*

§. 70. Itaque omnibus, quæ ad beati Raymundi canonizationem spectabant ritè peractis, atque hymno ad Dei laudem & gratiarum actionem decantato, divinaque opte Sancti Raymundi meritis, peculiari in ejus honorem oratione, quæ nos ipsi fecimus, & clara voce recitavimus, invocata, Nos in eodem loco, & altari Principis Apostolorum Missam solemnem de octava Dominicæ Resurrectionis, cum ejusdem beati Raymundi commemoratione celebravimus, omnibusque Christi fidelibus, qui canonizationi & Missæ interfuerunt, ad Dei laudem & Sancti sui gloriam, plenariè omnium peccatorum suorum indulgentiæ concessimus. Quare Deum mirabilem in Sanctis suis benedicimus, & gratias immortales ei agamus, quia suscepimus misericordiam in medio templi ejus, novum videlicet in Ecclesia intercessorem, cujus meritis ac suffragiis in omnibus animæ corporisque periculis adjuvemur. Ac singulari planè divinæ providentiæ munere factum est, ut hæc difficillimis temporibus, quibus Religio Catholica inimicorum telis assidue impugnatur, hunc patronum & advocatum universi Christi fideles consecuti sint ad Ecclesiæ pacem in primis & tranquillitatem, ad opera Principibus Christianis concordiam, ac hæreticis in erroribus tenebris à via salutis errantibus lucem veritatis impetrandam.

*Missam sollemnem ibidem celebravit, & præsentibus plenariè indulgentiæ elargitus est.*

*idem transmissis dari mandas.*

§.71. Ceterum quia nimis difficile foret presentes no-  
stras literas ad singula quaque loca deferri, volumus ut  
earum transumptis etiam impressis, manu publici Notarii  
subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Eccle-  
siastica constitutae munitis eadem fides ubique habeatur,  
quae hisce praesentibus haberetur, si essent exhibitae vel  
ostensa.

*Quam con-  
tra aliquid  
attentatus  
indicit.*

§.72. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-  
nam nostrorum definitionis, decreti, adscriptionis, statuti,  
concessionis, largitionis & voluntatis infringere, vel  
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare  
praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac bea-  
torum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-  
surum.

*D. P. A. 10.  
die 29. Apr.*

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnatio-  
nis Dominicae 1601. 3. Calend. Maii, Pontificatus no-  
stri Anno 10.

*Papa subscri-*

Ego Clemens Catholicae Ecclesiae Episc.

*Protektor noster aspice Deus.*

*Card. subscri-*

- Ego Ptolomaeus Episcopus Portuen. Card. Comen.
- Iul. Antonius Episcopus Praenest. Card. S. Severinae.
- Hieronym. Episc. Sabinen. Card. Rusticucci.
- Alex. Episcopus Albanen. Card. de Florentia.
- Ego Ant. Maria tit. S. Mariae Transyberim presb. Card. Salvatus.
- Ego Aug. tit. S. Marci presb. Card. Veronensis.
- Ego Simeon tit. S. Laurentii in Lucina presb. Card. de Terra nova.
- Ego Dominicus tit. Sancti Chrysogoni presb. Card. Pinellus.
- Ego Fr. Hieronymus tit. S. Mariae super Minervam presb. Card. Asculanus.
- Ego Antonius tit. S. Stephani in Monte Coelio, presb. Card. Saulius.
- Ego Fr. Gregor. tit. S. Augustini Card. de Monte Elpero.
- Ego Paulus tit. Sanctae Caeciliae presb. Cardinalis Sfondratus.
- Ego Benedictus tituli Sanctae Priscae presbyter Card. Justinianus.
- Ego Franciscus Maria tit. S. Mariae in Araceli, presb. Card. a Monte.
- Ego Octavius tituli Sancti Alexii presb. Cardinalis palavicinus.
- Ego Hieronymus tituli Sancti Pancratii presb. Card. Matthaeus.
- Ego Octavius tit. Sanctae Mariae de populo, presb. Card. de Aquaviva.
- Ego Flaminius tit. S. Mariae de Pace presb. Card. Platus.
- Ego Lucius tituli Sanctorum Quirici, & Juliae presb. Card. Saxus.
- Ego Franciscus Maria tit. S. Bartholomaei in Insula presb. Card. de Senis.
- Ego Camillus tit. SS. Jo. & Pauli presb. Cardinalis Burghesius.
- Ego Caesar tit. SS. Nerei & Achillei presb. Card. Baronius S.R.E. Bibliothecarius.
- Ego Laurentius tit. S. Laurentii in Pane & Perna presb. Card. Blanchettus.
- Ego Franciscus tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Avila.
- Ego Franciscus tit. Sancti Thomae in Parione presb. Card. Mantica.
- Ego Pompeius tit. Sanctae Balbinae presb. Cardin. Arigonus.
- Ego Dominicus tit. S. Petri in Monte aureo presb. Card. Tuschus.
- Ego Arnaldus tituli Sancti Eusebii presbyter Cardin. Ossatus.
- Ego Paulus Amilius presb. Card. S. Marcelli.
- Ego Silvius tit. S. Salvatoris in Lauro Presb. Card. Antonianus.
- Ego Rob. tit. S. Mariae in Via presb. Card. Bellarminus.
- Ego Bonvisus tituli S. Blasii de Annulo Presb. Card. Bonvisus.
- Ego F. diac. Card. Sfortia S. Mariae in Via Lata.

- Ego P. S. Nicolai in Carcere diac. Card. Aldobrandinus, S.R.E. Camerarius.
- Ego Cinthius diac. Card. S. Georgii.
- Ego Barth. Sanctae Mariae in Porticu diaconus Cardinalis Caeus.
- Ego Joannes Baptista Sanctae Mariae in Cosmedin diac. Card. Detus.

Declaratio, & extensio constitutionis Sixti V. de non alienandis per subditos Sedis Apostolicae bonis stabilibus status Ecclesiastici, in forenses & non subditos, vel Castra & Fortalitia, absque dictae Sedis licentia.

LXXXVIII

*Consuetas const. 3. Clem. VI. Esti solertem, sup. lib. 1. Et praedicta constitutio Sixti V. est 3. sup. Sollicitudo, lib. 2.*

Ne hic longa, ac jam indicata otiose repetam, te remitto ad ea, quae notavi ad dictam Const. 3. Sixti V. tom. 2.

C L E M E N S [ E P I S C O P V S, *Edita An-  
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* 1601.

Romanum decet Pontificem suorum praedecessorum constitutiones innovare, ac quandoque eas declarare & extendere, ne illarum observantia propter aliquorum pravam interpretationem retardetur, vel ob hominum malitiam earundem effectus eludatur.

*Exordium.*

§. Alias siquidem fel. recordat. Sixtus Papa V. praedecessor noster, &c.

*Sixtus V. edidit. const. tit. in rubr.*

Omitteatur residuum hujus narrativae, quia ipsam bullam habes supra lib. 2.

§. 2. Cum autem, sicut experientia docuit, posteaquam praedictae Sixti praedecessoris literae emanarunt, nonnulli Status nostri Ecclesiastici habitatores & subditi, praetextu permissionis in dicti Sixti praedecessoris literis contentae, quod nimirum omni dicti Status Ecclesiastici habitatori, sive extraneo, sive subdito, licitum sit de bonis suis, stabilibus in eodem Statu Ecclesiastico existentibus, quocumque alio quam venditionis seu permutationis & donationis titulo disponere, vel in consanguineos, vel in alios de dicto Statu non existentes, qui tamen intra triennium vel in eundem Statum habitatum veniant, vel bona ipsa in alium, seu alios habitatores & subditos, ut praefertur transferant, licet iidem habitatores, & subditi non ignorent in praedicta Sixti praedecessoris permissione juxta verisimilem illius mentem, illos tantum comprehendendi qui in eundem Statum Ecclesiasticum habitatum vel venire possunt, vel verisimiliter venturi sunt, nihilominus dictas Sixti praedecessoris literas perperam interpretantes, illarumque & aliorum etiam Rom. Pontif. praedecessorum nostrorum constitutionum, contra ipsos quovis modo disponentium, effectum eludere conantes, & illarum fraudem sive amore, sive odio, in suos & alios moti, sive alia quavis ratione ducti, de suis bonis stabilibus in eodem Statu Ecclesiastico existentibus, non solum in consanguineos & alios de dicto Statu non existentes privatos, sed in quascumque etiam Communitates, Universitates, Collegia, ac etiam in Principes extraneos, tam nobis & eidem Sedi ratione feudi, aut alia quacumque causa subjectos quam non subjectos, qui videlicet in propriis ditionibus, vel alibi degentes, in eundem Statum Ecclesiasticum habitatum, vel ut praefertur venire non possunt, vel verisimiliter venturi non sunt, testamento, codicillis, legato, fideicommissio, donatione ex causa mortis, vel alia quacumque ultima voluntate liberè disponere posse praetendant, seu disponent, ea forsitan intentione, atque consilio, ut Communitates, Universitates, Collegia, ac Principes extranei hujusmodi, ad quas & quos dicta bona de jure pervenire non possunt, & qui alioqui praedictis bonis non indigent, eadem bona in fraude legis consequentes, illa vel alia illorum loco personis ad dicta bona obtinenda incapacibus, & inhabilibus, via scilicet confidentiaria, aut alia ratione tribuant, & in illas transferant, atque ita evenire possit & eveniat, ut dictae personae incapaces & inhabiles, id quod per se, ac directè obtinere non valent, per interpositam personam, & indi-

*Edita An-  
1601.*

*Exordium.*

*Sixtus V. edidit. const. tit. in rubr.*

*Dubia ex-  
ta sunt sup.  
d. const.*

rectè

re ad consequi sperent, & consequantur, contra verisimilem dicti Sixti predecessoris intentionem, qui ex predictis, atque aliis etiam causis animam suam tunc moventibus in permissione superius expressa de ipsis Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, & principibus extraneis predictis specificam mentionem non fecit, sed illas & illos in dicta permissione non comprehensas, neque comprehensos esse censeri voluit.

*Idem Pontifex d. conf. approbat.*

§. 3. Nos ad quos Pontificum spectat predecessorum nostrorum constitutiones non solum innovare, sed etiam dubia quae super illis emergunt, declarare, & hominum malitiis ac fraudibus occurrere, attendentes ad Nostrorum & ejusdem Sedis subditorum quietem & tranquillitatem, & ad bonorum eorumdem subditorum penes ipsos conservationem id magis pertinere, necnon etiam ipsius Status nostri Ecclesiastici utilitati, & commodo, ac etiam securitati maxime convenire, quibus praecipue rationibus idem Sixtus predecessor, ut supra dictum est, ad praemissa statuenda motus fuit, ut ad omnem ambiguitatem tollendam, dictam Sixti predecessoris constitutionem innovemus, declaramus, atque extendamus, & ampliemus, ac alia infra scripta ad Status nostri Ecclesiastici, nostrorumque & Apostolicae Sedis subditorum commodum, utilitatem & securitatem spectantia, necessaria, & opportuna statuamus, his, ac aliis iustis & rationabilibus causis adductis, super praemissis opportunè providere volentes, & ejusdem constitutionis Sixti predecessoris tenorem, ac si ad verbum infereretur praesentibus pro expressis habentes, habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione nostra matura, de illorum consilio & assensu, ac Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine constitutionem dicti Sixti predecessoris auctoritate Apostolica tenore praesentium innovamus, ac de cetero ab omnibus ad quos spectat, inviolatè observari volumus.

*Declaratque Communitates & Collegia extra Statum, vel non Ecclesiastica, Principesque Status Ecclesiastici, quoslibet non habitatores, non posse acquirere bona stabilia in finibus d. Status, neque in eius locis, vel in aliqua Vrbe, praeterea quam ex causis dictis. Hoc tamen mox infra declarat.*

§. 4. Insuper de consilio & assensu, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus declaramus, quascumque Communitates, Universitates, & Ecclesiastica non sunt, necnon etiam quosvis Principes extraneos, etiam Imperiales, Regales, Ducales, vel alia quacumque auctoritate, & dignitate, quae specialem, & individuum mentionem requireret, praedictos, etiam si illi aliàs Nobis & dictae Sedi ratione feudi, aut ex alia causa subditi sint, qui nimirum in propriis ditionibus, vel alibi degentes, in eundem Statum Ecclesiasticum vel habitatum venire non possunt, vel verisimiliter venturi non sunt, aut si aliquando venerint vel venient, recedere tamen solent, & postea etiam verisimiliter non reverturi, inde recesserunt, aut recedent, bona aliqua stabilia, non solum in finibus ejusdem Status Ecclesiastici, & juxta terminos ac limites ditionum eorumdem Principum, sed etiam in quacumque alia ejusdem Status Ecclesiastici parte, & in ipsa Vrbe existentia, necnon census, aliaque bona ac jura quae pro stabilibus habentur (non tamen officia Romanae Curiae, nec portiones & loca Montium) cujuscumque illa quantitatis, qualitatis & valoris sint, nullo venditionis, permutationis, donationis, aut alterius contractus, praeterquam ex causa dotis inter vivos titulo, ac ne quidem ex testamento, codicillis, legato, fideicommissio, donatione ex causa mortis, aut ex alia dispositione in ultima voluntate quorumcumque testatorum, aut de bonis stabilibus, & aliis supradictis contra praemissa in ipsorum favorem aliàs disponentium facta vel facienda acquirere, illaque habere, retinere, & apprehendere potuisse, neque deinceps posse.

*Excedit, & amplius ad omnia genera contractuum.*

§. 5. Et nihilominus constitutionem ejusdem Sixti Praedecessoris ad quascumque etiam genera contractuum, praeterquam ut praefertur ex causa dotis, & dispositionum inter vivos, ac etiam ad testamenta, codicillos, legata, fideicommissa, donationes causa mortis, & alias ultimas voluntates hujusmodi, ut praefertur, factas, & faciendas, auctoritate Apost. tenore praesentium extendimus, & ampliamus.

*Annulas dispositiones tam factas quam fieri quàm dictum.*

§. 6. Ac neminem ex habitatoribus, & subditis Status nostri Ecclesiastici, cujuscumque ille dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis, ut supra dictum est, fuerit, de suis

bonis stabilibus, & aliis supradictis contra formam constitutionis dicti Sixti predecessoris, & praesentis declarationis, & extensionis nostrae disponere potuisse & posse, ac ipsas Respublicas, Communitates, Universitates, Collegia extra dictum Statum Ecclesiasticum existentia, & non Ecclesiastica, necnon Principes extraneos hujusmodi ad bonorum stabilium, & aliorum supradictorum acquisitionem fuisse & esse omnino inhabiles, nullumque jus illis in quos dicta bona, iura, & alia supradicta praetextu ejusdem permissionis haecenus translata fuerunt, seu in futurum transferri contigerit, acquisitum fuisse, aut acquiri posse, sed ipsa bona stabilia, jura, & alia supradicta quoad dispositiones jam factas, ad eos quos illa de jure, si disponentes ab intestato decessissent, & dispositiones hujusmodi factae minime fuissent, pervenire debuissent & deberent, spectasse & pertinuisse, ac spectare & pertinere, servata in reliquis forma constitutionis ejusdem Sixti predecessoris, necnon instrumenta, contractus, testamta, legata, codicillos, donationes, & alias quascumque dispositiones in illas & illos quovis titulo, ut praefertur, factas & faciendas, sive etiam Principes praedicti aliquo consanguinitatis seu affinitatis vinculo ipsis disponentibus conjuncti sint, sive non, & inde secuta quaecumque, fuisse, & esse nulla & nullas, nulliusque roboris & momenti, ac instrumenta & scripturas desuper edita & editas, sive edenda, & edendas, etiam juramento vallata & vallatas, similiter fuisse & esse nulla & nullas, ac nullius roboris & momenti, nullamque fidem fecisse & facere, nec ex illis audiri, agi, & excipi potuisse & posse, in iudicio & extra.

*Notarii eorum dispositionum & instrumentorum exhibitionem eis praecipit. Illisque & contra omnibus contra has ordinationes puniri imponit.*

§. 7. Et ulterius, Tabelliones publicos, ac nostros & Sedis Apostolicae Notarios, etiam ex numero participantium, & alios quoscumque de instrumentis & aliis dispositionibus supradictis se rogare, aut alia conficere nullo modo potuisse & posse. Quinimo eos ipsa instrumenta & scripturas, jam facta & factas, teneri infra mensem à die publicationis praesentium computandum, Nobis & Sedi, ac Camerae Apostolicae revelare, & cum effectu exhibere. Habitatores praeterea, subditos nostros praedictos, ut praefertur, in futurum disponentes, poenas amissionis dictorum bonorum, & aliorum supradictorum, ita quod Sedes & Camera Apostolica eo ipso possit illa propria auctoritate capere, & penes se retinere, viventibus ita disponentibus, ipsis vero defunctis, eadem bona & alia supradicta, de quibus dispositum fuerit, ad eos ad quos de jure, si disponentes ab intestato decessissent, vel dispositiones hujusmodi factae non fuissent, pervenire debent, omnino perveniant. Tabelliones vero & Notarios etiam ex numero participantium, & alios quoscumque praedictos, instrumenta & scripturas hujusmodi conficientes, seu jam facta & factas, ut praefertur, non revelantes & exhibentes, poenam quoque falsi ac privationis Tabellionatus, & Notariatus, etiam ex numero participantium hujusmodi, & aliorum officiorum quae obtinent, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, & alia exercenda eo ipso incurtere decernimus.

*Declaratque has bullas circa acquisitiones Communitatum, & Principum extraneorum.*

§. 8. Ceterum declaramus dispositiones, tam factas quam pro tempore faciendas, in eorum Republicarum, Communitatum, Universitatum, Collegiorum extra Statum Ecclesiasticum existentium, non Ecclesiasticorum, necnon in Principum extraneorum hujusmodi favorem, ad quas & quos tempore obitus disponentium illorum bona aliàs de jure, si disponentes ipsi ab intestato decessissent, pervenire debuissent, seu deberent, in praesenti nostra constitutione non esse, nec fore comprehensas, pro ea tamen rata in qua dictae Respublicae, Communitates, Universitates, Collegia, & Principes praefati de jure communi, vel aliàs ab intestato, tempore mortis dictorum disponentium, & non ante fuissent & essent successuri, & tunc quoque volumus servari formam constitutionis dicti Sixti predecessoris, quod scilicet Respublicae, Communitates, Universitates, Collegia, & Principes praefati teneantur intra triennium bona ipsa in habitatores dicti Status Ecclesiastici transferre.

*Prohibet subditis solum suos supportum Communitatum, & Principibus extraneis.*

§. 9. Volumus autem ut unicuique privato, sive nostro & Status nostri Ecclesiastici subdito, sive extraneo, libere ac licitum sit in Alma Vrbe nostra, quae communis patria, & nationum omnium domicilium est, cum ejus ad decem millia passuum circuitu, non solum officia Romanae Curiae,

Curie, & portiones ac loca montium, sed quæcumque bona stabilia, & alia quæ stabilium loco habentur, tam ex quocumque genere contractus, quàm ex quavis dispositione in ultima voluntate, ac etiam ab intestato acquirere, habere, retinere, & apprehendere posse, juxta constitutionis dicti Sixti prædecessoris continenciam & tenorem. Insuper ut malitiis etiam & fraudibus, quæ in similibus extogitari aut fieri possent, occurramus, Motu & auctoritate similibus inhibemus quibuscumque subditis Status nostri Ecclesiastici supradictis, cujuscumque similiter dignitatis, ut præfertur, fuerint, ne de cætero aliquis eorum audeat vel præsumat sese, aut Civitates, Oppida, Terras, Castra, fortalicia, jurisdictiones, feuda, res, & bona stabilia in quacumque ejusdem Status Ecclesiastici parte existens, quovis modo submittere vel supponere alicui protectioni, defensionis, commendationi, sive commendigæ, salvæ guardiæ, submissioni, ac confæderationi, seu etiam custodiæ Rerum publicarum, Communiarum, Universitatum, Collegiorum extra dictum Statum Ecclesiasticum existentium, ac Principum extraneorum supradictorum, cujuscumque pariter dignitatis, ut præfertur, fuerint, aut eorum Capitaneorum & militum, seu ut submissiones, aut alia præmissa fiant auctores esse, aut consensum præstare, sub confiscationis ipsarum Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Castrorum, jurisdictionum, feudorum, & bonorum stabilium supradictorum, & aliorum quorumcumque Cameræ Apostolicæ ipso jure applicandorum, necnon criminis læsæ majestatis, & rebellionis in primo capite, eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis, quas nihilominus in supradictis omnibus casibus verè & realiter, & ipso facto incurrisse, & incurrere per præsentem declaramus.

*Aut pro eis, aut eorum contemplatione quocumque modo obligare bona in Statu Ecclesiastico existantia.*

§. 10. Præterea ut subditorum nostrorum utilitati, ac Status Ecclesiastici tranquillitati magis consulamus, quod de cætero nullus ex subditis Status nostri Ecclesiastici præfatis, aliquas fidejussiones, cautiones, promissiones & obligationes, pro Rebus publicis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, quæ extra Statum Ecclesiasticum existunt, & Ecclesiastica non sunt, necnon pro principibus extraneis quibuscumque supradictis, seu illorum, ac alicujus eorum contemplatione & intuitu facere, dare & præstare, ac aliàs quoquo modo sese, eorumque Civitates, Oppida, Terras, Castra, jurisdictiones, feuda, res & bona stabilia supradicta, in quacumque ejusdem Status Ecclesiastici parte, ac in ipsa etiam Vrbe existètia, ac jurateis quovis modo competentia, & alia bona quæ loco stabilium habentur, ut præfertur, ad ipsos quovis modo spectantia, tam pro eis & aliquo eorum, ac eorum, vel alicujus eorum intuitu & contemplatione, ad favorem quorumcumque extraneorum, vel etiam subditorum ejusdem Status nostri Ecclesiastici, quàm pro aliis quibusvis, & aliorum quorumcumque intuitu ac contemplatione, ad favorem, & commodum ipsorummet Principum extraneorum, & aliorum supradictorum obligare & hypothecare, aut etiam bona quæcumque stabilia, & alia supradicta, in commendam, aut in cessionem commendarum alicui ex militibus regularibus, quibus Reges, aut Principes extranei, nobis & Sedi Apost. non immediatè subiecti, in Administratores seu Magnos magistros deputati sunt, concedere aut ut concedantur aliquo modo consentire, sine expressa præcedente nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, sub pœna amissionis dictorum bonorum, contra tenorem præsentium, ut præfertur, obligatorum & concessorum eo ipso similiter incurrenda, & Sedi ac Cameræ Apostolicæ applicanda possit, & valeat, ita quod in casu contraventionis eidem Sedi & Cameræ Apostolicæ liceat viventibus supradictis, ita obligantibus & concedentibus dicta bona capere & penes se retinere, illis verò defunctis ad eos ad quos de jure pervenire debent, omninò perveniant. Quodque Tabelliones & Notarii, etiam ex numero participantium, & alii quicumque prædicti super præmissis scripturas & instrumenta conficientes, pœnas privationis officiorum quæ obtinent, & perpetuè inhabilitatis ad illa & alia exercenda eo ipso incurrant, & nihilominus fidejussiones, cautiones, obligationes, hypothecæ, necnon concessiones & consensuum prædicti per ipsos, ut præfertur, faciendæ, & præstandi respectivè, sint nullæ & nulli, ac nullius roboris & mo-

menti, nec alicui quovis modo profint, aut scripturæ, & instrumenta similiter super præmissis conficienda fidei faciant, vel ex illis audiri, agi, vel excipi possit in judicio vel extra, perpetuè statuimus & ordinamus.

*Decretum irritans.*

§. 11. Sicque, & non aliter, per quoscumque judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & desiniri debere, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

*Præceptum observantia.*

§. 12. Mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Judicibus, nunc & pro tempore in toto Statu Ecclesiastico prædicto existentibus, & eorum cuilibet, ut declarationem, extensionem, decretum, inhibitionem, præceptum, & mandatum, statutum, & ordinationem nostram hujusmodi in eodem Statu Ecclesiastico ab omnibus ad quos spectat & spectabit, perpetuè observari mandent & faciant, contradicentes quoscumque opportunis juris & facti remediis, appellatione postposita compescendo.

*Clausula.*

§. 13. Non obstantibus nostra de non tollendo jure quæsito, & quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quibuscumque fideicommissis purificatis & purificandis, ac ultimis voluntatibus, donationibus, & pactis quibuscumque, ac legibus, etiam municipalibus, necnon Urbis & aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac privilegiis, gratiis, & indultis eisdem Rebus publicis, Communitatibus, Universitatibus, & Collegiis extra dictum Statum Ecclesiasticum existentibus, & non Ecclesiasticis, necnon Principibus extraneis, ac etiam militibus præfatis, & quorumcumque Ordinum regularibus, Almæ Urbis, necnon Populo Romano & quibuscumque Civitatibus, Terris, & locis, nobis & Sedi Apostolicæ subiectis, etiam si tales essent, quæ sub generali expressione non venirent, sed de illis specialis, & individua mentio habenda foret, in genere vel in specie, & sub quibuscumque tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum hætenus quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis, quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quæ prædictus Sixtus prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Forma & f. factus publicacionis, quæ habet hic sine.*

§. 14. Volumus autem, ut præsentibus quæ in Consistorio nostro, & de fratrum nostrorum consilio & assensu prædicto promulgatæ sunt, quoscumque, tam præsentibus quàm absentibus, & ubicumque etiam extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes, perinde obligent, & ardeant, ac si unicuique eorum nominatim intimatæ fuissent. Et nihilominus ut illæ magis innotescant, mandamus eas valvis Ecclesiæ S. Joan. Lateran. & Basilicæ Principis Apost. de Vrbe, & in asie Campi Floræ appendi, & publicari, ac etiam volumus, ut earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, in judicio & extra habeatur, quæ ipsismet præsentibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

*Sanctio penalis.*

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationis, innovationis, declarationis, extensionis, ampliationis, decretorum, inhibitionis, præcepti, mandatorum, voluntatum, statuti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apost. ejus, se noverit incursum.

*D. P. An. 10 die 4. Julii.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1601. pridie Non. Julii, Pontificatus nostri Anno 10.



Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episc.

Proxeter noster aspice Deus.

Iul. Antonius Episcopus Card. Præst. S. Severinæ. Hieronym. Episc. Sabinen. Card. Rubicucius. Alex. Episcopus Albanen. Card. Florent. Ego Ant. Maria Card. Salvatus tit. S. Mariæ Transtiber. Ego Aug. tit. S. Marci presb. Card. Veronensis. Ego Simon Card. de Terra nova tit. S. Laurent. in Lucina. Ego Dominicus tit. Sancti Chrysogoni Card. Pinellus. Ego Fr. Hieronymus Card. Afculanus tit. S. Mariæ super Minervam.

Ego Ant. Maria tit. S. Prædix Card. Gallus. Ego Ant. tit. S. Stephani in Monte Cælio, Card. Saulius. Ego Evangelista tit. S. Marth. in Merulan. Card. Cufent. Ego Marian. tit. SS. Marcelli, & Petri Card. de Camerino. Ego Fr. Gregor. Card. de Mont' Elpero tit. S. Augustini. Ego Paulus tit. S. Cæcilie presb. Cardinalis Sfondratus. Ego Benedictus tit. S. Priscæ presbyter Card. Iustinianus. Ego Francisc. Maria tit. S. Mariæ in Araceli presb. Card. à Monte.

Ego Octavius tit. S. Alexii presb. Cardinalis Palavicinus. Ego Hieronymus Card. Mathæius tit. S. Pancratii. Ego Fiaminius tit. S. Mariæ de Pace Card. Platus. Ego Lutus Card. Saxus tit. Sanctorum Quirici, & Julitz. Ego Franciscus Maria tit. S. Bartholomæi in Insula Card. de Senis. Ego Camillus tit. SS. Io. & Pauli presb. Card. Burghefius. Ego Cæsar tit. SS. Nerei & Achillei presb. Card. Baton. Ego Laurentius tit. S. Laurentii in Pane & Perna, Presb. Card. Blanchettus.

Ego Francisc. tit. S. Tho. in Parione, Presb. Card. Mantica. Ego Pompeius tit. S. Balbinæ Presb. Card. Arigonius. Ego Dominicus tit. S. Petri in Monte aureo presb. Card. Tufchus. Ego Arnaldus tit. S. Eusebii Cardinalis Olfatus. Ego Paulus Emilius presb. Card. S. Marcelli. Ego Silvius tit. S. Salvatoris in Lauro presb. Card. Anton. Ego Rob. tit. S. Mariæ in Via Presb. Card. Bellatminus. Ego Bon. tit. S. Blasii de Annulo presb. Card. Bonvisius. Ego A. S. Laurentii in Damaso diac. Cardinalis Montaltus, S. R. E. Vicecancell.

Ego Ant. Diac. Card. Sanctorum Quatuor Coronatorum. Ego P. S. Nicolai in Carcere diac. Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius. Ego Cynthius diac. Card. S. Georgii. Ego Barth. S. Mariæ in Porticu diaconus Card. Cæsius. Ego A. S. Angeli in foro Piscario diac. Card. Perettus. Ego Ioan. Bapt. S. Mariæ in Cosmedin, diac. Card. Detus.

Anno à Nativitate D. 1601. indict. 14. die vero 7. mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papa VIII. Anno eius 10. retrospectiva litera Apostolica affixa & publicata fuerunt in valvis Basilicarum S. Iohannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorum, per nos Catherinum Menandi, & Laurentium Cecchettum Apostolic. Curf. & Augustinus Braccherius Magister Curf.

XXX. Præfinitio formæ communicationis Indulgentiarum, orationumque, &c. servandæ à Fratribus B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, statis diebus, quibus ipsi generalem benedictionem facere consueverunt.

Consimilem formam hic idem Pont. præscripsit Ordini Fratrum Sanctiss. Trinitatis simili Redemptionis, inf. in const. 85. Decet, quæ etiam huic Ordini communis est, ut ibi legitur.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum nos alias, ut in universo Ordine Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, dies festi S. Laurentii Martyris, quo die Ordo prædictus fundatus fuit, ac S. Antonii Abbatis, quo die ipse Ordo à fel. rec. Gregorio Papa Nono prædecessore nostro confirmatus Bullariis Magni Tom. III.

fuit, in foundationis & confirmationis huiusmodi memoriam, singulis annis solemniter celebrarentur, concessimus, prout in nostris sub dat. die 10. Martii 1600. expeditis literis plenius continetur.

§. 1. Cumque ex antiquo ejusdem Ordinis instituto diebus S. Catharinæ Virginis & Martyris, feriæ quartræ Cinerum, & feriæ quintæ in Cœna Domini in ipso Ordine absolutio, & benedictio generalis fieri soleat, quæ etiam per nos pridem confirmata fuit, prout in aliis nostris sub data die 20. Aprilis 1592. Pontificatus nostri Anno primo expeditis in forma brevis literis, plenius etiam continetur.

§. 2. Nos volentes Ordinem prædictum, ejusque Religiosos amplioribus favoribus & gratiis prosequi, supplicationibus dilecti filii Bernardi de Vargas, ejusdem Ordinis Procuratoris generalis super hoc nobis humiliter porrectis inclinari, ut similis absolutio & benedictio generalis, etiam supradictis duobus diebus festi S. Laurentii & S. Antonii in prædicto Ordine, ejusque Monasteriis & Conventibus fieri possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus & indulgemus.

§. 3. Non obstant. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem quæ præsentibus ipsis, fides habeatur.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 24. Julii, millesimo sexcentesimo primo, Pontificatus nostri Anno decimo.

Sequitur forma benedictionis. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ad uberes misericordie fructus, quos Ordo B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, qui divino instinctu per ejusdem Beatiss. semper Virg. Mariæ revelationem B. Raymundo de Peniafort, nuper a nobis in Sanctorum numerum relato, & cl. mem. Iacobo Aragonum Regi, ac Petro Nolasco dicti Ord. primo professori factam institutus, & à fel. rec. Gregorio PP. IX. prædecessore nostro confirmatus fuit, in agro militantis Ecclesiæ pro redemptione Captivorum, qui in misera servitute, & salutis animæ periculo à Mauris & aliis infidelibus detinentur, continuò producere dignoscitur, nostræ dirigimus considerationis intuitum, facillè inducimur ut Ordinem prædictum specialibus favoribus, & gratiis libenter prosequamur, & ea quæ circa spirituum ejusdem Ord. Indulgentiarum communicationem pro majori fidelium devotione, & ædificatione per ejusdem Ord. Religiosos fieri solent, nostræ declarationis stabilitate roboremus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in ejusdem Ordinis Conventibus, ac Regularibus Ecclesiis, ab immemorabili tempore Summorum Pontificum auctoritate & concessione, indulgentiarum communicatio sub quadam præcationum forma, certis quibusdam anni diebus fieri solet, & circa huiusmodi communicationem quosdam abusos irrepressibiles, nec certam formam auctoritate Apost. constitutam esse appareret.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis muneris debito fidelium animarum salutis, ac ejusdem Ordinis decori consulere, ac certam in præmissis formam statuere, aliasque de super opportunè providere volentes, ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Congregationi sacrorum Rituum Præpositorum, quibus hoc negotium exanimandum commissimus, ac ex certa nostra scientia, & matura deliberatione, quoad institutum & ritum absolutiois, quam vocant, & communicationem indulgentiarum, quæ in prædicto Ordine fieri solent, hanc de cetero formam (antiqua consuetudine prorsus perpetuò abrogata) in perpetuum servari volumus, atque Apost. auctoritate tenore præsentium perpetuò statuimus & ordinamus, ut nimirum diebus solitis, ab Apostolica Sede concessis, communicatio indulgentiarum, quas prædictus Ordo B. MARIE de Mercede ex concessione

sup. in const. 4. infra. ubi indicat bullas hujus Ordinis.

Ordo const. ut faceret benedictionem generalem feriæ 4. Cinerum. & feria 1. Cœna Domini. & in die S. Catharinæ.

Hic Pont. modò constituit, ut omnes supradictis diebus eadem benedictio fieri possit.

Contraria solit. Exemptis eredi mandant.

Dat. P. A. B. die 24. Julii.

Edicta An. D. 1601.

Laudatur hic Ordo et revelatione B. M. in scriptis. & Greg. IX. confirmatus supra in const. eius. 9. Devotionis.

Confusit Ordo certis anni diebus Indulgentiarum aliis communis auctoritate in hoc quibusdam. ex. ano. abusis.

Hic idem Pont. communicatio nem indulgentiarum, permissis, & ab solutionem prohibuit.

in An. D. 01. & 02.

in Pont. accessit Ordo et solemniter celebratum in S. Laurentii & Antonii, ut

in An. D. 01. & 02.

in Pont. accessit Ordo et solemniter celebratum in S. Laurentii & Antonii, ut

& indulto Sedis Apost. aliis potest communicare, non autem absolutio ut prius fiebat, fieri possit.

Communicatio-  
nis prædi-  
ctæ formam  
gradis in  
normam à  
Vicario P.  
præfinitam  
Ordini Sac-  
ræ Trini-  
tatis, etc. in  
rubr.  
Hæc emen-  
datio hic in-  
fra prænu-  
ciatur.  
Communi-  
cationemque  
bonorum ope-  
rum certam  
formam  
permittit.

§.3. Hujusmodi verò communicationem indulgentiarum tantummodo confratribus, & confororibus ejusdem Ordinis, in Ecclesiis ipsius Ordinis præsentibus, & non aliis, & diebus supradictis, cum Psalmis, Versiculis & Orationibus, quæ jam Romæ recognite, & à dilecto filio nostro in Vrbe Vicario probatæ, & à dicta congregatione reformatæ sunt, fieri liceat. Et ad dictam communicationem indulgentiarum singulis diebus prædictis obtinendam, confratres & conforotes prædicti sint contriti, confessi, ac sacra communione refecti, alias prædictas indulgentias non consequantur.

§.4. Communicationem etiam orationum, jejuniorum, missarum, aliorumque bonorum operum quæ sunt in dicto Ordine supradictis diebus, confratribus tantum & confororibus, qui præsentibus fuerint, ut de indulgentiis supradictis est, fieri posse permittimus & concedimus. Formam autem hujus communicationis fieri volumus nudis & simplicibus verbis in hunc ferè modum, videlicet: Item communicamus vobis fratres, orationes, jejunia, missas, peregrinationes & labores pro redimendis etiam captivis susceptos, ceteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione, & Ordine fiunt. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Populi invi-  
sationem fieri  
prohibet.

§.5. Ceterum expressè prohibemus, ne populus in Civitatibus, Terris, & locis publicè invitetur à dicti Ordinis fratribus ad suas Ecclesias ad consequendam communicationem indulgentiarum, & bonorum operum, hoc est in plateis, viis, & locis publicis non apponantur, cedulæ impressæ, seu manuscriptæ, quibus indicetur & promulgetur talis communicatio indulgentiarum.

Observan-  
tiæque hu-  
ius bullæ præ-  
cipit.

§.6. Mandantes propterea universis & singulis ejusdem Ordinis Superioribus & Fratribus, ut præscriptam hanc formam perpetuò observare studeant, nec illam quovis modo præterire audeant, seu præsumant, irritum nihilominus decernentes & inane quicquid secus super his ab ipsis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis  
derogat.

§.7. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ac supradictis illius Superioribus & fratribus, ac quibusvis aliis, in contrarium præmissorum quomodolibet confirmatis ac approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

D.P. An. 11.  
die 9. Julii.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 9. Julii millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno 11.

Sequitur forma d. communicationis à Vicario Papa probata, & supra enunciatæ.

Tu adverte quod aliqua verba in §. xj. & xij. sunt correctæ ut notavi ibi in margine. Et hanc correctionem hic idem Pontif. tradit in constituto §. §.7. Postea ab eo edita pro Fratribus Sanctissimæ TRINITATIS, & Redemptionis

Forma absolutionis & orationum servanda à fratribus Ordinis Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum.

Vicarius Pa-  
pæ de eius  
ordine dies  
generalis bo-  
nedictionis  
designat.

Hieronymus Episcopus Sabinen. Sancta Romana Ecclesia Cardinalis Rufficuccius nuncupatus, Sanctissimi Domini Nostri Papa Vicarius generalis, Romanæque Curia Index Ordinarius, Dilectis nobis in Christo Ministris & Fratribus Ordinis Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, salutem, Deique benedictionem.

Exordium.

ET si cunctæ Orbis Ecclesiæ sub sanctorum fundatæ vocabulis, sint pia devotione fidelium venerandæ, illas tamen quæ in honorem, & sub vocabulo Sacrosanctæ & Individuæ TRINITATIS dicuntur, eo excellentiori memoria convenit venerari, quo ipsa sancta TRINITAS immediatè & perfectius vota fidelium

dirigit, & ad gratiam exauditionis admittit. Cum ergo Ordo Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, nutu divino per sel. record. Innocentium Papam Tertium, sub tali titulo & nomine institutus esse dignoscatur, meritò à Sancta Sede Apostolica specialibus gratiis, & favoribus decoratur. Et nos ut Christi fidelium devotio visitandi Ecclesiæ dicti Ordinis in dies augeatur, necnon ad acquirendas gratias in eisdem concessas eo ferventius & devotius disponantur, auctoritate Apostolica à Sanctiss. D. N. Papa specialiter nobis concessa, ut preces & orationes, ac denique absolutionem, quæ in Ecclesiis & Monasteriis dicti Ordinis diebus cinerum, Cœnæ Domini, & Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris dici & fieri consuetum est, etiam in omnibus festivitibus Sanctissimæ TRINITATIS, dicere & facere possint publicè & solemniter, tenore præsentium licentiam & facultatem eidem Ministris & fratribus concedimus.

§.1. Quoniam autem formam absolutionis prædictæ viris probis & doctis nostræ sacræ Congregationis, auctoritate prædicta examinari commisimus, ne aliquis scrupulus, sive ambigendi locus circa eam in posterum relinqueretur, absolutionem ipsam, preces & orationes, modo quo recitari debent, ut evidentius exprimentur, his præsentibus adnotandas duximus, videlicet.

Oratio  
normam  
suam.

Antiphona.

Intret oratio mea. Deinde dicantur Septem Psalmi Penitentiales, in totum vel in partem, quibus finis repetitur.

Antiphona.

Intret oratio mea in conspectu tuo Domine, inclina aurem tuam ad preces nostras, parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti sanguine tuo pretioso, ne in æternum irascaris nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

¶ Et ne nos inducas in tentationem.

¶ Sed libera nos à malo.

¶ Salvos fac servos tuos.

¶ Deus Meus, &c.

¶ Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

¶ Et de Sion, &c.

¶ Esto eis Domine turris fortitudinis.

¶ A facie inimici.

¶ Nihil proficiat inimicus in eis.

¶ Et filius iniquitatis, &c.

¶ Domine exaudi orationem meam.

¶ Et clamor meus, &c.

¶ Dominus vobiscum.

¶ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

§.2. **A**desto Domine supplicationibus nostris, & me qui etiam misericordia tua primus indigeo, exaudi clementer, ut quem non electionis meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti tui operis ministrum, da fiduciam tui operis exequendi, & in meo ministerio quod tuæ pietatis est, operari. Per Christum, &c.

Oratio.

§.3. **E**xaudi Domine preces nostras, & cõsistentium tibi parce peccatis, ut quos conscientia reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absolvat. Per Christum, &c.

Oratio.

§.4. **P**ræveniat hos famulos tuos, quæsumus Domine, misericordia tua, ut omnes iniquitates eorum celerè indulgentia deleantur. Per Christum, &c.

Oratio.

§.5. **P**ræsta quæsumus Domine his famulis tuis dignum Pœnitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cujus integritate deviantur peccando, admissorū reddantur innoxii veniam consequendo. Per Christum, &c.

Oratio.

§.6. **A**desto Domine supplicationibus nostris, nec qua miseratio, sana, eorumque remitte peccata, ut nullis iniquitatibus à te separati, tibi Domino semper valeant adherere. Per Christum, &c.

Oratio.

§.7. **D**omine Deus noster, qui offensione nostra irasceris, sed satisfactione placaris, respice quæsumus super hos famulos tuos, qui se tibi graviter peccasse confitentur: tuum est absolutionem criminum dare, & veniam præstare peccantibus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum quàm mortem. Concede ergo Domine

Oratio.

Domine his ut tibi penitentia excubias celebret, & correctis actibus suis, confetti tibi à te sempiterna gaudia gratulentur. Per Christum, &c.

§. 8. Deus humani generis benignissime conditor, & misericordissime reformator, qui hominem invidia diaboli ab eternitate dejectum, unici Filii tui sanguine redemisti: vivifica hos famulos tuos, quos tibi nullatenus mori desideras, & qui non derelinquis devios, assidue correctos. Per Christum, &c.

§. 9. Moveant pietatem tuam quæsumus Domine hæc famulorum tuorum lacrymosa suspiria, tu eorum medere vulneribus, tu jacentibus manum porrigere salutarem, ne Ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex tuus detrimentum sustineat, ne de familia tua damno inimicus exultet, ne renatos lavacro salutari mors secunda possideat. Per Christum, &c.

§. 10. Tibi ergo Domine supplices preces cum fletu cordis effundimus, tu parce clementer, ut sic in hac mortalitate peccata tua te adjuvante desistant, quatenus in tremendi iudicii die sententiam æternæ damnationis evadant, & nesciant quod terret in tenebris, quod stridet in flammis, atque ab erroribus ad iter reversi, justitiam nequaquam vulneribus saucientur, sed integram sit eis, atque perpetuam, quod gratia contulit, & quod misericordia reformavit. Per Christum, &c.

Hic non dicitur, Oremus.

§. 11. Concedimus vobis Fratribus Facultatem, ex auctoritate nobis à vobis Romanis indulgentiis, & peccatorum remissionibus nostræ hujusmodi sacræ Religionis concessas, juxta privilegiorum tenores ab eadem Sede Apostolica obtentorum, & in quantum vestra expectatio, & ad nos pertinet jurisdictione, sit vobis omnipotens Deus indultor omnium criminum vestrorum, deleat atque dimittat omnia peccata vestra Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic non dicitur, Oremus.

§. 12. Dominus noster JESUS CHRISTUS, qui beato Petro Apostolo dedit licentiam animas ligandi atque solvendi, ille vos absolvat ab omni vinculo delictorum, ut habeatis vitam æternam, & vivatis in sæcula sæculorum.

§. 13. Quam quidem formam & tenorem prædictarum à quoquam innovari, immutari, live impediri, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena eo ipso incurrenda omnino prohibemus, & secundum eam, & non aliter, liceat prædictis fratribus in futurum prædicta absolute, & orationibus pacificè & quietè uti, frui, potiri, & gaudere, quibuscumque non obstantibus. In quorum omnium & singulorum fidem has præsentis nostras literas exinde fieri, & per Reverendissimum Dominum Paulum de Curte Episcopum Isernien. nostrum Vicegerentem, necnon per Notarium Curie nostræ subscribi, sigillique nostri, quo in talibus utimur, justissimè & fecimus impressione manisi.

Datum Romæ ex Aedibus nostris, Anno à Nativitate Domini nostri JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo, indictione decimatercia, die verò vigesima mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Clementis divina providentia Papæ Octavi, Anno ejus nono.

Paulus Episc. Isernien. Viceleg.

XXX. Renovatio sacræ Eremitæ S. MARIE Montis Senarii prope Civitatem Florentiæ, Ordinis Fratrum Servorum B. MARIE Virginis. Et præfinitio constitutionum pro recto ejus regimine, Novitiatusque in ipsa Eremita institutio.

Has constitutiones opportunè deinde auctas & castigatas comprobavit Paulus V. die 22. Octobris 1612. Qui etiam super receptione Novitiorum, & moderatione Jejuniis in pane & aqua, aliam edidit sanctionem, infra in sua constit. 51. Sedis.

De hoc Ordine Servitarum vide quæ ad constitut. 1. Benedicti XI. adnotata fuere sup. tom. 1. Bullarii Magni Tom. III.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem in his auctoritatis summas partes libenter interponere, per quæ divinus cultus augetur, & Regularium Ordinum reformatio felices in Domino progressus facere, & majora quotidie valeat suscipere incrementa.

§. 1. Sanè dilectus filius noster Alexander tituli sancti Petri in Vincula presbyter Cardinalis Florentinus, nomine dilectorum filiorum Lælii Ballioni de Florentia, Prioris generalis Ordinis Fratrum Servorum B. MARIE, ac Prioris & Fratrum domus ejusdem Beatæ MARIE Annunciatæ Civitatis Florentiæ dicti Ordinis, nobis nuper exposuit, quod cum dicti Ordinis prima institutio à septem nobilibus & religiosis viris Florentinis, quodam in Monte, Senario nuncupato, octavo à Civitate Florentina lapide posito, ubi dictorum institutorum corpora requiescunt, originem duxerit, & eodem loco conventus tenuis reditus, & angustus dudum extructus fuerit, in quo nunc tres soli Fratres dicti Ordinis commorati solent, dicti Prior generalis, & Prior conventus dictæ domus Annunciatæ primitivi dicti eorum Ordinis instituti, & originis memoria excitati, eodem in loco angustiorum domum & Ecclesiam extruere, illucque septem fratres professos prædicti Ord. qui ad primitivi Ord. instituti normam perpetuis futuris temporibus, cælestium, divinarumque rerum contemplationi vacantes, gratum Altissimo in eremitica vita famulatum præsent, & aliquot alios fratres conversos, qui omnes annum vigesimum quintum excedant, introducere decreverunt.

§. 2. Ipsi quoque Fratribus in dicto conventu Montis Senarii, cui sacra Eremitæ Montis Senarii Ordinis denominatio erit, ultra alia spiritualia Ordinis prædicti exercitia, quæ in ipsis Ordinis constitutionibus, & S. Augustini Regula, sub qua degunt, præcipiuntur, hæc nominatim imposita esse volunt onera.

§. 3. Ut nimirum nullo tempore carnibus, sed lacticiis tantum vesci possint.

§. 4. Secunda, quarta, & sexta feriis totius anni jejunare, sed in ipsa sexta semper, & in reliquis secunda & quarta feriis hujusmodi, in Adventu & Quadragesima jejunium cum pane & aqua tantum facere teneantur.

§. 5. Vtque in eo conventu illud regularis vitæ institutum, quod à primis illis institutoribus observabatur, servari debeat, ita ut verè sint illis omnia communia, cor unum & anima una in Domino juxta beati Augustini regulam, quam profitentur.

§. 6. Intendant præterea fabricam dicti conventus sumptibus, & impensis prædictæ domus Annunciatæ facere, ac deinde Fratribus hujusmodi in eodem conventu pro tempore degentibus, victum & vestitum, aliaque necessaria, tam pro divino cultu, quam pro conventus restauratione ex annuis ejusdem domus Annunciatæ redditibus subministrare, dummodo tamen ipse conventus, seu sacra Eremitæ, tanquam ipsius domus Annunciatæ membrum, ab ipsa domo dependeat, ac Superiorum dictæ domus, Priorisque provincialis Provinciæ Tusciæ, in qua dicta domus Annunciatæ consistit, atque Prioris generalis pro tempore totius Ordinis Fratrum Servorum jurisdictioni, tam in spiritualibus quam temporalibus, prout alix omnes domus & conventus prædicti Ordinis subsist, nec ullo unquam tempore quavis de causa, colore, vel ingenio à dicta superioritate & obedientia subtrahi, vel quoquo modo eximi possit, sed singulo, trāfacto biennio, juxta constitutionum Ordinis formam, à Priore, & à Fratribus ejusdem conventus Annunciatæ de Vicario provideatur, qui sub obedientia dicti Prioris conventus Annunciatæ, prout alii Vicarii conventuum illi unitorum, ex præscripto literarum fel. recor. Greg. Papæ Decimertii prædecessoris nostri, super regimine dicti conventus Annunciatæ emanatarum subsistunt, maneat.

§. 7. Cum autem dicti Lælius Prior generalis, ac Prior & conventus domus Annunciatæ prædictæ, cupiant præmissa omnia, ut perpetuò firmiora subsistant, Apostolicæ nostræ auctoritatis patrocinio communiti, nobisque propterea humiliter supplicati fecerint, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 8. Nos Religiosorum votis, divini præsertim cultus

Edicta de D. 1193. 1600. & 1601. Bullarium.

Propositio Papa restituitio primæ institutioni Eremitæ Montis Senarii Ordinis Fratrum Servorum B. MARIE Virg.

Prohibita inter alia præcipua sine exercitiis.

Carnibus, nisi quam vescia legumina secunda, quarta & sexta feriis, a. in Quadragesima & Adventu. Proprietatibus que non agnoscantur.

Restauratio dictæ domus & gubernatio scilicet ad conventum Annunciatæ Civitatis Florentiæ, cuiusque membrum perpetuò esset.

Confirmatio Pontificia à Priori generalis & vicario & conventui domus Annunciatæ peritus concediturque.

... & regulatis observantiis incrementum respicientibus, quantum cum Domino possumus, benigne faventes, hujusmodi supplicationibus inclinati, laudabile dictorum Prioris Generalis, ac Prioris & Conventus Annunciate propositum hujusmodi plurimum in Domino commendamus, ipsiusque erectionem, extructionem, introductionem, aliaque omnia & singula premissa, prout supra expressum est, accedente tamen Ordinarii loci consensu, & sine cujusquam preiudicio, faciendi, statuendi, ordinandi & exequendi plenam & liberam Apostolica auctoritate tenore presentium, licentiam & facultatem concedimus & impartimus, eademque omnia & singula, si postquam facta fuerint, auctoritate & tenore predictis confirmamus & approbamus, illisque perpetue & inviolabilis Apostolicæ confirmationis robur adjicimus, omnesque & singulos tam juris quam facti defectus, si qui intervenerint in eisdem supplemus.

*Eremiti Senarii titulus conceditur, & membrum Domus annunciate declaratur.*

§. 9. Atque domum seu Conventum, cui sacre Eremiti Montis Senarii ejusdem Ordinis Servorum denominationem & titulum concedimus & assignamus, tanquam membrum dicti Conventus Annunciate dependere, ipsiusque Vicarium singulo quoque biennio per Priorem & Conventum Annunciate eligendum.

*Superioribus d. Domus, ac Priori Provinciali, & Generali perpetuo subicitur.*

§. 10. Ac fratres & Religiosos ipsius Conventus Annunciate, Superioribus & Priori Provinciali, ac Generali predictis subesse, neque ab hujusmodi obedientia quovis pretextu, causa, ingenio vel quæsito colore subtrahi aut eximi posse.

*Prior & Conventus Annunciate necessaria Eremiti subministrant. In contrarium attentanda irritantur.*

§. 11. Ipsos vero Priorem & Conventum Annunciate victum & vestitum, aliaque necessaria, tam pro divino cultu, quam pro manutentione & restauratione domus predictæ sacre Eremiti, illiusque Fratribus & Religiosis in perpetuum subministrare debere.

§. 12. Sicque per quoscumque dicti Ordinis Superiores, & alios Iudices ordinarios & delegatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

*Executores huius constitutionis deputantur.*

§. 13. Quocirca Venerabili fratri Archiepiscopo Florentino, ac dilectis filiis ipsius Ordinis apud nos & Apostolicam Sedem protectori, ac nostro & Apostolicæ Sedis apud Magnum Etruriæ Ducem Nuncio, & pro tempore existentibus, per presentes committimus & mandamus, ut ipsi vel duo aut unus eorum, per se, vel alios, ubi & quando opus fuerit, presentes literas solemniter publicantes, atque pii hujusmodi & laudabilis operis institutioni & conservationi efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra omnia & singula præmissa, per eos ad quos spectat & pro tempore spectabit, exequi & observari, præsertim, verò dictos Priorem & Conventum Annunciate ad idem sanctum opus exequendum & manutenendum, ut supra, ne impii demonis astu, temporumve iniquitate, aut fratrum incuria perire, aut intermitteri valeant, excitent, & si opus sit, cogant & compellant. Contradiatores quoslibet per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

*Contraria remouentur.*

§. 14. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, ac ordinationibus, ac Ordinis predicti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*D. P. An. 2. die 22. Octob.*

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 22. Octobris 1593. Pontificatus nostri Anno 2.

*Edicta A. D. 1600.*

Sequitur alia Ordinationum dictæ sacre Eremiti præfinitio.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

*Exordium.*

In his rebus auctoritatis nostræ partes libenter interponimus, per quas Religiosorum statui prosperè ditigendo opportunè provideatur.

*Confirmatio præcedentis constitutionis.*

§. 15. Cupientes igitur prospero statui & felici gubernio domus, & Eremiti Montis Senarii Ordinis Ser-

vorum B. MARIE Florentinae Diocesis, quantum cum Domino possumus, salubriter consulere, supplicationibus pro parte dilectorum filiorum Prioris Generalis d. Ordinis, ac Prioris Conventus B. MARIE Annunciate Civitatis Florentinae, ejusdem Ordinis Fratrum Servorum, necnon Vicarii & Fratrum dicti Eremiti Montis Senarii, nobis super hoc humiliter precectis inclinati, eos omnes & singulos à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ex sententia & voto venerabilis fratris Julii Antonii Episcopi Prænepesini, Cardinalis Sanctæ Severinæ nuncupati, ultra ea, quæ per alias nostras in simili forma Brevis literas, sub Dat. 22. Octobris 1593. Pontificatus nostri Anno secundo expeditas, quarum tenorem presentibus pro expressis haberi volumus, pro dicta Eremito Montis Senarii concessimus, quæ omnia & singula per presentes etiam perpetuè confirmamus & approbamus, ac perpetuè valida, firma & efficacia esse & fore decernimus.

*Vicarius Eremiti eligatur ex ipsi Montis.*

§. 16. Quod Vicarius eligendus pro regimine domus & Eremiti predictæ Montis Senarii pro tempore in perpetuum sit & esse debeat unus ex ipsi Eremitis, Sacerdos ætatis annorum supra 33. qui saltem per biennium in Eremito vixerit, vel in illius defectum ille ex Eremitis pro Vicario eligatur, qui magis accedit ad hujusmodi condiciones.

*Eremitam professum esse debent.*

§. 17. Quodque omnes fratres Eremitæ probationis annum in dicta Eremito agere debeant, quamvis alias in familia aliorum fratrum Eremitarum professionem emiserint: quo anno elapso solemniter profiteri in manibus Prioris Conventus Annunciate supradicti teneantur, promittendo juxta constitutiones factas & faciendas inter Fratres ipsos Eremitas perpetuè vivere.

*Postquam in Eremito dicitur possit.*

§. 18. Post emissam vero professionem ab hujusmodi Instituto à Superioribus, cujuscumque gradus sint, etiam si Cardinalatus dignitate præfulgeant, quoquo modo etiam ad breve tempus divertere non possint, quacumque relaxatione, seu dispensatione penitus explosa.

*Superioribus auctoritas dandi licentiam circa servitium Chori, & ieiunium.*

§. 19. Liceat tamen Superioribus licentiam concedere infirmis, & aliis ob aliquam legitimam causam, ut à servitio Chori sint immunes, non ab observatione jejunii à constitutionibus Eremiti indicti generaliter, quando dies festus solemnus ineidit in ferias jejuniorum, seu ad jejunandum, quo casu altera die ejusdem hebdomadæ fratres jejunent, ita ut in qualibet hebdomada trium dierum jejunium compleatur.

*Novitiorum recipiantur forma datur.*

§. 20. Quod seculares Novitii recipiendi & admittendi, sint saltem ætatis annorum viginti duorum, ac recipi & admitti non possint nisi de consensu Capituli fratrum ipsius domus & Eremiti, necnon Prioris & Magistri Novitiorum Conventus Annunciate, quorum insimul convenientium suffragiis obtinere debeant, aliorum Superiorum consensu minime requisito. Fratres verò de familia jam professi, qui vitam & observantiam fratrum Eremitarum profiteri voluerint, non admittantur nisi præcedente ejus consensu Capituli Conventus Annunciate. Rejici autem vel admitti ad professionem debeant tam fratres de familia predicti, quam alii à seculo venientes Novitii de voto & auctoritate tantummodo fratrum ipsius Eremiti, & post emissam professionem uniusquisque contentus sit loco sibi debito ratione temporis emissæ professionis, nullo habito respectu gradu Magisterii, Baccalaureatus, vel alterius dignitatis cujuscumque.

*Esus carnis infirmis concedatur.*

§. 21. Quod non liceat fratribus hujus Eremiti etiam iter agentibus, vesci carnibus, nisi ex causa infirmitatis, & tunc de consilio Medici Physici, & de licentia Superioris Eremiti.

*Alia verò non in ipso Eremito.*

§. 22. Quinimò in ipsa Eremito, nec etiam quibusvis aliis, cujuscumque gradus, status, & conditionis sint, permittatur carnes comedere, sed cibis ipsis concessis, & non aliis uti debeant.

*Hospitium duos tantummodo dies recipitur.*

§. 23. Et quicumque illi sint, exceptis Superioribus, & quibus à Priore Conventus ad penitentiam injunctum esset ut eandem vitam cum ipsis Eremitis per plures dies ducerent, per duos tantum dies ad hospitium recipiantur, quibus elapsis, hospitii & victus subministratio omnibus denegetur.

§. 24. Quod Fratres Eremiti possint exigere, & consequi de habere quaecumque legata & elemosynas, que ipsi Eremito sicut necnon quaecumque bona mobilia & immobilia, ac se moventia; que Eremito quomodolibet obveniunt, per ingressum, & professionem Novitorum, seu alios quomodocumque ac qualitercumque.

§. 25. Que legata, elemosynas & bona sint & esse intelligantur Eremiti predicti, ut ex eis, eorumque redditibus, non solum fratrum ibi degentium sustentationi, ac Sacrificii necessitati provideri valeat, sed etiam ut absque gravamine Conventus Annunciatae possit augeri Eremitarum numerus, liceatque novas cellas construere, etiam pro iis qui vitam vellent ducere omnino solitariam, quod fiat de consensu Discretorum dicti conventus Annunciatae, auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo statuimus & ordinamus, atque concedimus & indulgemus.

§. 26. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aut ere mi & Ordinis predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 19. Decembris 1600. Pontificatus nostri Anno 8.

Sequitur erectio Novitiorum in d. Eremito.

CLEMENS PAPA VIII. &c. §. 27. Ordinis vestri conservationi & propagationi quantum cum Domino possumus, prospicere cupientes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, deque Apostolicis potestatis plenitudine, in sacra Eremito Montis Senarii Novitiorum vestri Ordinis auctoritate Apostolica tenore presentium erigimus & instituimus.

§. 28. Vobisque, ut in eremo predicta Novitios qui qualitates requisitas juxta constitutionem nostram super receptione Novitiorum nuper editam habeant, ac servata in omnibus & per omnia d. constitutionis forma, ad habitum per Eremitas vestri Ordinis gestari solitum recipere, & deinde elapso probationis anno, ad professionem per eosdem Eremitas emitti consuetam regularem admittere libere & licite possitis & valeatis, auctoritate & tenore presentium, licentiam & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 29. Non obstantibus probatione facta, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 20. Februarii 1601. Pontificatus nostri Anno 10.

LXXXI. Quod Inquisitores haereticarum pravitate, & locorum Ordinarii, eos qui ad presbyteratus ordinem non promoti, Missas celebrant, vel Sacramentum Poenitentiae ministrant, praevia degradatione, Curiae saeculari debitum ab ea plebendi poenis tradant.

Hos Inquisitores vjsumodi reorum causas cognoscere posse, declaravit ultra Paulum IV. & Sixtum V. in ista constitutione relos Gregorius XIII. sup. in eius constitut. 21. Offic. lib. 2.

Istam Sanctionem ad omnes quantumcumque exemptos, minores viginquinque annis, dummodo vigesimum aetatis annum compleverint, extendit S. D. N. Urban. VIII. const. 79. Apostolatus, inf. tom. 4.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

ET si aliis fel. rec. Paulus Papa IV. praedecessor noster ad nefariam & sacrilegam quorundam hominum temeritatem coercenda, qui cum ad Sacrum presbyteratus ordinem minime promoti sint, Sacerdotis tamen auctoritatem sibi temere assumentes, Missarum celebrationem usurpare, & Sacramentum Poenitentiae ministrare praesumpserunt, decreverit hujusmodi delinquentes a Sanctae Inquisitionis Judicibus tradi debere Curiae saeculari debita animadversione puniendos.

Bullarii Magni Tom. III.

§. 1. Et postea rec. mem. Sixtus Papa V. etiam praedecessor noster, praedictum Pauli I V. decretum innovari, ac ferid observari mandaverit, eod tamen dictorum hominum prorupte audacia; ut praetextu ignorantiae hujusmodi decretorum ac poenarum, contra ipsos, ut praesertim, inlicitarum, illis se minime subjacere, & obnoxios esse putent, ac propterea se ab eisdem liberari & absolvi posse praetendant.

§. 2. Nos igitur animadvertentes; hujusmodi perditos & nefarios homines ad sacrum presbyteratus ordinem non promotos, Missarum celebrationem usurpare praesumpserunt, non solum actus idololatriae, saltem extrinsecus, seu per externa & visibilia Religionis & pietatis signa exercere, sed etiam quantum in ipsis est, efficere ut Christi fideles, qui credunt eos ordinatos esse, & sic conficere Sacramentum Eucharistiae, idololatriae etiam ignorantem eisdem adorandum proponentes, Confessiones autem audientes, non solum Sacramenti Poenitentiae dignitatem contemnere, verum etiam Christi fideles decipere, dum scilicet inique sibi assumunt gradum Sacerdotalem, & auctoritatem absolventi a peccatis, magno cum periculo & scandalo plurimorum.

§. 3. Propterea, ut gravissima haec scelera committentes posthac debito supplicio puniantur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia & a matura deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine, S. Inquisitionis quae Apostolicis potestatis plenitudine, & ne in futurum de peccatis delinquentibus imponenda dubitari possit, pronavide volentes, supradictorum, praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, hac perpetuo valitura constitutione decernimus atque statuimus, ut quicumque non promotus ad sacrum presbyteratus ordinem, repertus fuerit Missarum celebrationem usurpasse, vel Sacramentalem confessionem audivisse, a Judicibus Sanctae Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesiae misericordia indignus, a foro Ecclesiastico abiciatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, rite degradatus, statim Curiae saeculari tradatur, per Judices saeculares debitum poenis plebendus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, etiam in corpore juris clausis. Quibus omnibus & singulis, illarum tenores pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ut autem hujusmodi constitutionis ignorantia decerere allegari aut praetendi nunquam possit, atque praesentes litterae omnibus innotescant, volumus illas ad valvas S. Ioannis Lateranei, & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Florae more solito publicari & affigi, atque iis inde amotis earundem exempla etiam impressa ibi affixa relinqui, factaque hujusmodi publicatione, omnes qui in Urbe post mensem, qui vero extra eam & citra Montes, post quatuor menses, qui demum ultra montes fuerint, post decem menses a die publicationis presentium computandos afficere & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatae fuissent.

§. 6. Ac praeterea mandamus earundem presentium litterarum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Officii Sanctae Romanae Inquisitionis, vel alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis eandem potius fidem haberi, quae hisce presentibus haberetur, si essent exhibitae vel ostensa.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Decembris 1601. Pont. nostri Anno 10. Anno a Nativitate D. 1601. Indi. 14. die vero 5. publicatio mensis Decembris. Pont. Sanctiss. in Christo Paris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papa Octavi; Anno ejus X. Supradicta Constitutio fuit affixa ad valvas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & in acie Campi Florae, ut moris est, per nos Hieronymum Lusium S. D. N. Papa Curf.

Quod Fratres Capuccini Ordinis Minorum Sancti Francisci, a Generali, & Definitoribus, in capitulo

quae... §. 24... §. 25... §. 26... §. 27... §. 28... §. 29... LXXXI... Bullarii Magni Tom. III.

Sixtus V. illud innovavit... Hic modo Pontificatus... Hanc constit. publicari praecipit... Tradi sumptibus illius credit mandata.

Capitulo generali usque ad sequens Capitulum deputati secularium utriusque sexus confessiones audire valeant.

Alia de Capuccinis notata sunt supra ad constit. 22. Clementis VII. Religionis, ubi etiam remissive indicavi memoriam eorum Minorum Ordinis S. Francisci lib. 1.

Edita An. D. 1600.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Gregor. XIV. (cujus bulla hic est posita) Capuccinis prohibuit laicorum confessiones audire.

Lias fel. rec. Gregorius Papa XIV. Prædecessor noster ex causis tunc expressis Motu ejus proprio sua perpetuo valitura Constitutione statuit & ordinavit, quod nullus Congregationis Capuccinorum Ordinis Fratrum Minorum nuncupat. S. Francisci in laicorum utriusque sexus, & Clericorum secularium quacumque dignitate, præminencia, auctoritate & facultate suffulti essent, confessionibus occupari, vel confessiones eorum audire, etiam si ad id faciendum à Superioribus Ordinibus, aut Protectore, aut etiam ab Apostolica Sede quomodolibet & sub quacumque verborum forma licentias eatenus obtinuisent, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris literis in forma Brevis sub dat. die prima Junii 1591. expressis plenius continetur.

Isti autem Pontifici causa hic expressa

§. 1. Cum autem diversi utriusque sexus Christi fideles pro eorum erga dictum Ordinem, seu Congregationem Capuccinorum devotione, cupiant Religiosis ejusdem Congregationis confiteri posse.

Prohibitionem prædictam moderatam, ut hic.

§. 2. Nos illorum pio desiderio benignè annuentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præfatas Gregorii Prædecessoris literas, quantum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, ita moderamur, ut Minister Generalis ejusdem Congregationis Capuccinorum, & Definitor in Capitulo generali Congregati, & in eodem Capitulo tantum, quibusvis ejusdem Congregationis Religiosis, ad confessiones audiendas approbatis, prout ipsis Ministro generali & Definitoribus videbitur, licentiam audiendi secularium utriusque sexus confessiones usque ad novi Capituli generalis celebrationem, & non ultra, & sic de Capitulo generali in Capitulo generale concedere respectivè possint & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatè concedimus & impartimur.

Quasvisque alias licentias revocant

§. 3. Et quascumque licentias audiendi secularium hujusmodi confessiones, quibusvis ejusdem Congregationis Fratribus, ab illius Protectore, aut quocumque alio, etiam de expresso nostro mandato in perpetuum concessas harum serie revocamus & annullamus. Decernentes irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantia tollit.

§. 4. Non obstantibus præfata Gregorii XIV. Prædecessoris, ac quibusvis aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi jubet.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Eccles. constitutæ munitis eadè quæ præsentibus ipsis adhiberetur, fides adhibeatur.

D. P. An. 11. die 3. Febr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die tertia Februarii, millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno undecimo.

XXXVIII. Moderatio constitutionum Sixti V. quoad nullitatem professionis emittendæ à Novitiis Ordinum Regularium, cum præservatione poenarum contra Superiores qui non servata forma eis tradita eos receperint. Et decreta generalia pro Novitiis receptione, institutione & educatione.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita 1596. 1599. 1602. 1603. Exordium.

IN SUPREMA Ecclesie Catholice specula, meritis hæc imparibus, divina providentia disponente constituti, omnibus incommodis, quæ in eadem Ecclesia, non sine fidelium animarum periculo, & detrimento oriri possunt, ob variam & sinistram Constitutionum Romanorum

Pontificum Prædecessorum nostrorum, quas justis de causis ediderunt, interpretationem, pro nostri Pastoralis officii munere conamur providere, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

Sixtus V. die 2. Julii 1585. qua fuit & infra 2.

§. 1. Cum igitur fel. rec. Sixtus Papa V. Prædecessor noster ad integritatem & candorem in Regularibus & Religiosis Ordinibus in Ecclesia sancta institutis retinendum & conservandum, quadam sua, quæ incipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis Ordinibus, sub Dat. Sexto Kalend. Decembris, Pontificatus sui anno tertio, nonnulla circa modum, formam & qualitates admittendi Religiosos ad quosvis Regulares Ordines decreverit. Et deinde alia simili quæ incipit, Ad Romanum spectat Pontificem, sub Dat. 12. Kalend. Novemb. Pontificatus sui anno tertio, quædam dubia super dicta priori constitutione exorta declaraverit.

Gregor. XIV. cas in po moderam off. ut in d. 3. sup. lib. 1.

§. 2. Et præterea piæ me. Gregorius Papa XIV. etiam Prædecessor noster, alia sua perpetuo valitura constitutionibus, quæ incipit, Circumspecta Romani Pontificis providentia, sub Dat. Idibus Martii, Pontificatus sui anno primo, respectivè editis, Constitutiones Sixti Prædecessoris supradictas quoad illegitimos moderatus fuerit, prout in eisdem Constitutionibus plenius continetur.

Mic. mo. Pont. can. conf. lib. 1. v. revo. ne his qua in cornu n. d. itatem p. fessio. n. v. s. tiorum.

§. 3. Tamen, quia longo usu & experientia comperitum est, ex nimia facilitate, & multitudine casuum, in quibus professio à suscipiendis habitum alicujus Regularis Ordinis à dicto Sixto Prædecessore nulla declaratur, multos hac occasione arrepta fraudulenter petiisse, & in dies petere, ut professio quam in aliquo Regulari Ordine emisissent, nulla declaratur, ex quo non nulli eorum Regulares ordines & instituta sub hoc prætextu deseruerunt, & idcirco plerisque in locis maxima incommoda & scandala exorta fuerunt. Nos ea scandala, & incommoda, quantum in Domino possumus, removere, & ne in posterum alia hujusmodi hac de causa orientur, opportuna ratione providere cupientes, singularium constitutionum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, matura super his cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus super negotiis Episcoporum & regularium deputatis, consultatione præhabita, ex illorum sententia & voto Constitutiones prædictas Sixti Prædecessoris, quoad eam partem, per quam eorum qui formam in eisdem Constitutionibus præscriptam de cetero non servaverint, & quoad alios etiam casus ibidem expressos, in quibus receptorum in quibuscumque etiam Mendicantium Ordinibus professio nulla declaratur, ad terminos juris, & factorum Canonum, perinde ac si præd. Constitutiones in illa parte editæ non fuissent, auctoritate Apost. tenore præsentium reducimus.

Pœnas tam impossib. ut supra Ordinis præservat.

§. 4. Verùm pœnas contra Superiores quoruncumque Ordinum etiam Mendicantium hujusmodi, qui in admittendis Regularibus ad habitum & professionem earundem constitutionum formam non servaverint, aut aliter quovis modo contrafecerint, in ipsis constitutionibus iustitias salvas esse volumus & statuimus.

Decretum irritans ap. Pont.

§. 5. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales etiam de Latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus.

Contraria tollit.

§. 6. Non obstantibus præfatis constitutionibus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Exemplis credi jubet.

§. 7. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio & extra habeatur, si præsentibus forent exhibitæ vel ostensæ.

D. P. A. 11. die 2. Aprilis

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 2. Aprilis 1602. Pontificatus nostri Anno 11.

Sequuntur hæc Decreta generalia ad Novitiis receptionem, professionem & institutionem spectantia.

De Novitiis ad habitum Regularem, & professionem non admittendis nisi in Conventibus designandis.

Ad hæc omnia vide supra in constit. 71. Sixti V. cum ibi notatis, lib. 2.

CLEMENS PAPA VIII.

1596. Causa ob...

Cui ut pro...

Et usque ad...

Receptionum...

Contrariis...

Dat. P. A. 4...

Relatio pra...

Ampliatio...

Regularis disciplinae restitutioni, pro qua potissimum iuxta muneri nostri debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum afferre quodiano usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, iis praesertim qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur. Unde fit, ut quo magis nos variis constitutionibus male affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravata, infructuoseque ejusmodi noviter profitentium succrescant.

§. 1. Cui quidem malo occurrere volentes, praesenti decreto statuimus, districteque praecipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, ceterisque Superioribus Conventuum intra Italiae, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscumque & quorumcumque Ordinum Mendicantium, ut de cetero neminem sub quovis praetextu aut colore, ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra prope diem in unaquaque Provincia designandis.

§. 2. Insuper sancimus, ut quoad hujusmodi Conventus, ut praesertim, per nos deputati non fuerint, omnes praefatorum Ordinum Superiores a receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstineant.

§. 3. Superiore, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocisque activae, & perpetuae inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, se noverit incurrisse, ac aliis etiam poenis arbitrio nostro subiacet.

§. 4. Receptiones vero & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum nostrum admitti fuerint, nullas & irritas esse nunc decernimus, & declaramus.

§. 5. Privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae die 12. Martii 1596.

Renovatio & ampliatio ejusdem Decreti.

De Novitiis ad habitum regularem non recipiendis, nisi in Monasteriis, & locis designandis.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens divina Providentia Papa VIII. cum jamdudum animadverteret collapsae Regularis disciplinae restitutioni, pro qua potissimum iuxta sui muneris debitum vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasteriis & Conventibus, iisque praesertim, qui majori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes passim ac sine delictu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis variis Constitutionibus male affectas radices evellere studet, eo magis infructuosa noviter profentium germina quotidie succrescant: cumque ob zelum ac desiderium quod tenetur Sanctitas sua, omnes Regulares ad veteris suae cujusque Religionis institutum redigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profitereturve, quousque Monasteria, & Conventus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius regularis observantia, secundum reformationem a Sanctitate Sua institutam introduci.

§. 6. Quia tamen non obstante tali prohibitione, cognovit nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiae a Sanctitate sua obtentae, vel quia talis prohibitio ad illorum notitiam non pervenerit, receptos & admisso praeter mentis suae sensum. Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiarum ac facultatum hujusmodi subreptione ac praetextu Decretum Sanctitatis suae irritum reddatur, nunc denuo districte praecipit, ac mandat omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Praesidentibus, Abbatibus, Prioribus & Guar-

dianis quibuscumque, ceterisque Superioribus Conventuum, Monasteriorum, & Domorum quocumque nomine appellentur, intra Italiae & Insularum adjacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum Mendicantium & non Mendicantium (exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de strictiori Observantia, necnon Capucinorum S. Francisci, Riformatorum S. & Dominici, Discalceatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulienis Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremitae Camaldulensis Montis Coronae, Clericorum Regularium Theatinorum, Societatis Jesu, Sancti Pauli Decollati, & aliorum de Somascha, Ministrorum Infirmorum, respectu Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quae etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendi voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi) ne sub cujusvis licentiae & facultatis impetratae vel impetrandae obtentu, nisi per literas in forma Brevis dumtaxat, & non alias, quemquam ad habitum Regularem suscipiendum, nec etiam conversos, nisi in Conventibus, Monasteriis & Domibus, auctoritate ejusdem S. D. N. prope diem in unaquaque Provincia designandis recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modo audeant. Quinimmo contra primam prohibitionem Sanctitatis suae receptos, etiam si imperfectum habitum, aut sine capitulo gerant, post praesentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino ejicere debeant.

§. 7. Superiorem autem, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto poenam privationis omnium officiorum, quae tunc obtinebit, vocisque activae & passivae, & perpetuae inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit ac decrevit, & aliis etiam poenis arbitrio Sanctitatis suae imponendis subiacere.

§. 8. Redemptionses vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admitti fuerint, nullas & irritas esse ad quemcumque effectum, ex nunc decernit & declarat.

§. 9. Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conventus, Domos & Monasteria a se probata pro Novit. receptione & educatione hactenus permissione sua constituerint.

§. 10. Ceteras vero licentias, sive particulares, quae in hanc diem effectum non sunt sortitae, revocat & annullat.

§. 11. Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatum, ita praedictorum singulos affigere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, privilegii, statuti & constitutionibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Dat. Romae apud S. Marcum, die 20. mensis Junii 1599.

Decretum super forma recipiendi Novitios Regularium ad habitum & professionem.

§. 12. Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens divina Providentia Papa VII. Qui alias pro Regularis disciplinae restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad Regularem habitum Novitios in posterum reciperent, receptosve ad professionem admitterent, quousque in aliquibus cujusvis Ordinis Monasteriis, seu Conventibus (in quibus Novitiatu pro recipiendis & educandis Novitiis designarentur & approbarentur) ad ejus, quam professi sunt, Regulam praescriptam, vitam, moremque restituerent & componerent.

§. 13. Certior deinde factus quosdam omnium ferè Ordinum Conventus, seu Monasteria ad pristinam illam regularem vivendi formam & disciplinam, quam diutius desideraverat, fuisse redacta, in eisdem Monasteriis & Conventibus, ut Novitiatu erigi, Novitiisque recipi possent (sub certis tamen legibus, ac ea praesertim, ut licentia a Congregatione Reformationis Apostolicae prius obtenta esset,) concessit, & ad illa designavit & approbavit.

§. 14. Nunc volens ut ea quae pro Novitiorum receptione & institutione, de mandato Sanctitatis suae praescripta fuerunt, in posterum accuratius & exactius observentur, ultra formam traditam in constitutionibus felicis recordationis Sixti Papae V. & etiam Sanctitatis suae super receptione Novitiorum, decrevit, ac praesentis decreti virtute

Superiorum transgressio...

Receptionum irritatio.

Limitatio hujus Decreti.

Licentiarum revocatio.

Publicatio hujus Decreti.

Dat. P. A. 7 die 20. Junii 1601.

Relatio praesentis Decreti.

Licentia data recipiendi Novitios in locis designatis.

In quibus recipiuntur Novitii.

tute mandavit, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos, de Sanctitatis suae, seu dictae Congregationis Reformationis licentia haecenus designatis & approbatis, seu in posterum designandis & approbandis.

*Licentia haecenus à Congregatione Reformationis Apostolice, vel à locorum Ordinariis.*

§. 15. Novitii ad habitum recipi nullatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel à propriis locorum Ordinariis, in quorum Diocesi Novitiatu existunt, in quibus Novitii recipiendi fuerint, expressè & nominatim Novitii ipsi recipiendi approbati fuerint, & ut recipi & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quoad scripturam concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas sua eisdem Ordinariis omnem curam & diligentiam adhibere, ut circa etatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam & mores, ceterasque qualitates in ipsis Novitiis requisitas, observentur constitutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factae & publicatae. Neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittant, Ordinariis ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbaverint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & juxta constitutiones & institutiones praedictas approbandus & admittendus.

*Superiores Ordini servent consuetudinem circa receptionem Novitiorum.*

*Ita erant à Maii 1601. sed ampliores sunt ut mox infra.*

*Contra irrita sunt.*

*Et cetera non obstant. D. P. An. 11. die 19. Maii.*

§. 16. Firmis nihilominus remanentibus poenis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum, qui in admittendis ad habitum & professionem Novitiis formam constitutionum & institutionum praedictarum non servaverint, aut Novitium aliquem, quantumvis idoneum approbatum, in quovis alio Conventu & loco, seu Monasterio, praeterquam in haecenus à sua Sanctitate, vel à dicta Congregatione designatis & approbatis, seu in posterum designandis & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis praescriptum, seu praescribendum, receperint, vel admiserint, seu alias praemissis quovis modo contrafecerint.

§. 17. Irritum ex nunc & inane decernens quicquid fecerit, vel alias quavis auctoritate à quovis gestum, vel attentatum fuerit.

§. 18. Non obstantibus quibuscumque, &c. Datum Romae apud S. Petrum, die 19. Maii millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus ejusdem S. D. N. Anno undecimo.

Institutiones super receptione & educatione Novitiorum Religiosorum in Monasteriis & Conventibus designatis vel designandis.

*Edita A. D. 1603. Regularis disciplina reformationis servari praecipitur circa*

*Edita erant die 2. Maii 1601. sed ista ampliores sunt.*

*Haec videlicet in recipiendis, educationisque Novitiis observari praecipitur circa*

*Examen ipsorum.*

§. 19. Cum ad regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit ac necessaria, & nihil ad gravem illam ac laudatissimam praesentem Patrum vivendi rationem relaxandam majorem vim habuisse competentem sit, quam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum quem capere atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando & examinando eorum spiritu, an verè esset ex Deo, atque ex praecipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis atque instituendis.

§. 20. Idcirco ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, praecipitur omnibus & singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, & in eorum institutione atque educatione, necnon in Magistri, & aliorum Ministrorum electione, praeter alia quae in sacris Canonibus ac decretis, praesertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cujuscumque ordinis, aut instituti constitutionibus continentur, tam in aliis designatis, quam nunc & in posterum ad hoc designandis Monasteriis & Conventibus, haec sequantur, in violatè observari & exequi perpetuo curent.

§. 21. Primum, quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quae habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus & vita antea, ac praecipue eorum, qui sextum decimum aetatis suae annum excedent, an criminosi, an aere alieno gravati, vel reddendae alicujus administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam constitutionis fel. rec. Sixti V. & moderationum subsecutarum, illud etiam Superiores ad quos spectabit, sedulo perqui-

rant, ut quibus in Monasteriis & Conventibus ex Apostolica facultate Novitiatu fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus praescriptas non habeat, juxta decretum super forma recipiendi Novitios die 19. Maii 1601. editum.

§. 22. Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium, in ea sit aetate constitutus, quae ejus Ordinis in quo recipietur regularia instituta & ordinationes requirunt: eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscendae spem indubiam praesferat, ut minores, & suis temporibus majores ordines, juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulaverit, & talis eruditionis expertus inventus fuerit, in Conventuum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur. Ipsi autem Conventus non recipiantur ante vigesimum aetatis suae annum, & nisi saltem praecipua Doctrinae Christianae capita noverint.

§. 23. Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente ac voluntate id regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, & ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum parentes ope & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

§. 24. Provideant quoque, ut omnes etiam Conventus recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis quibus munus hoc incumbit, de regula quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cujusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, nedum Conventos ad professionem admittendos, verum & Oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem unaquaqueque religio suas peculiarias Constitutiones, specialiaque instituta observare teneatur.

§. 25. Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in lectum Novitiatu introduci fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius antea vitae conscientiam discutiant & expurgent.

§. 26. Quod verò ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatu spectat, locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus & Monasterii in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commodè sterna possint: in quo etiam cellula, vel certus ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperitur. In eo etiam, praeter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant. Oratorium insuper, seu Capella, si commodè fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis, & Ecclesiasticis functionibus exercendos: hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem, benè conclusus atque munitus adsit; sin minus, hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. In ipsis verò Novitiis ibi commorantibus curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eodem quicquam alius ingrediat. Ad hujusmodi locum Novitiatu nemini ejusdem vel alterius Ordinis regulari, etiam Conventus & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis praetextu aditus pateat, praeterquam Magistro, ejusque Socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, si quancumque ingrediendum sibi necessario existimaverit: quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conventus, vel Monasterii Patribus socium assumat. Hujus loci clausurae clavis apud Magistrum semper aservetur, illique soli liceat ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro praesente, & non aliter alloquatur.

§. 27. Novitiorum Magistro factus, si per Novitiorum instruendam multitudinem necessarius fuerit, vita & moribus

*Haec sum est praesentis.*

*Magister literatus.*

*Conventus melioris oblationis.*

*Conventus ex parte Oblatorum instituta.*

*Novitios Confessione generalis.*

*Novitios formam.*

*Qualitas.*

*Magistrum Novitiorum manus, & clavis, & qualitas.*



moribus, quoad fieri poterit, consimilis deputetur, qui in his quæ ad Novitiatum regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eliganturque tam Magister, quam socius per Provinciale Capitulum, per rationem ad minus onus huiusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatum concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum & socii huiusmodi, in his novis locis per Generalem & Provinciale, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Desideratorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum consensu, fieri permittitur: idemque servetur, si intra triennium, alteram vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri vel mori cogerit, in cuius, vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant. Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis oneribusque vacationem habeant, quæ Novitiorum curam & regimen impedire valeant. Ipse Magister Sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigésimæ ætatis suæ anno constitutus, & per decennium à professione emissâ in religione perseveraverit. Socius verò trigésimum annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam & vires fieri poterit, vitæ etiam antea exemplo præstantes, orationis præsertim, & mortificationis operibus additi, prudentia, charitateque reperi, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine præ se ferentes, ab omni cordis ac animi perturbatione, ira præsertim & indignatione, quæ in se & erga alios charitatem impedire consueverunt, quamlongissimè alieni, & tales demùm, qui in omnibus seipso bonorum operum exemplum præbeant, ut ii qui eorum curæ subiant, illos non tam metuant, quam reverentur, nec illis unquam detrachere quicquam possint. Habeat etiam Magister plenam & absolutam potestatem circa Novitiorum institutionem, ac Novitiatum regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat. Curam adhibeat diligentem, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipue divini, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam & excellentiam, quæ vera sit atque perfecta votorum solemnium, & quam necessaria cuiusque Ordinis Constitutionum observantia: modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuose persolvendi, illicitas passiones & vitia (ad quæ natura per peccatum labefacta omni tempore prona est atque proclivis) per sensum custodiam & mortificationem cohibendi, austeritatem, jejunia, cilicia, disciplinas, conscientiarum puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per apertionem quotidianam motuum interiorum, cordis & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Novitiorum orationem & confessionem.

§. 28. Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali & vocali incumbat, unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorumdem Novitiorum confessiones audire.

Missa que audienda.

§. 29. Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnis diurnisque divinis Officiis assistant.

Exercitationes & recreationes.

§. 30. Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commo extra Novitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsentem, vel socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti: atque eo tempore, cuiusque in quam natura feratur, propensionem scrutentur.

Commoratio circa Novitiatum.

§. 31. Non liceat eis, durante Novitiatu & probationis tempore, unâ cum Professoribus, nisi in Choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo causa refectionis commorari, nec permittatur

eis professoribus domo exeuntes comitari.

§. 32. Pro commensibus & propriis cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis, ætate moribusque provectior deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia prout opus fuerit, agat; cui etiam januæ custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit.

Socium Magistrum Novitiorum.

§. 33. Cum autem licet Clericorum bonè instituendum cura debeat esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem & ornamentum, tum aliis Christi fidelibus ædificationem, exemplum atque utilitatem asserere. Conversis ipsis à Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari præcipitur. Illi tamen hac separatione non obitante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum & Conventuum, juxta cuiusque Ordinis statuta & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, à quo non tantum circa corporalia obsequia probandi & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt: quod ut commodius fiat, ad Capitula & spirituales Conciones, quæ per Magistros Novitii fieri solent, accessuri debeant, & in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Conversorum instructionem & educationem.

§. 34. Tempore verò probationis elapso, si tantum, qui non solum religiosæ perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti novo ac diligenti examine reperi fuerint (dummodò ætatis suæ annum, quoad Clericos decimum sextum, quo verò ad Conversos, vigesimum primum exceperint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis non possunt.

Examen ante admissionem ad professionem.

§. 35. Superior cuiuslibet Conventus, in quo Novitiatu fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo unuscuiusque Novitii professio registratur, illamque Novitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentem fuerint, subscribant. Conversus verò literarum ignarus, professus in eorumdem testium, qui se subscripserint, præsentia propria manu signum Crucis apponat, asserveturque liber, & custodiatur in Archivio ubi scripturæ ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Professionum registrationem.

§. 36. Quia verò in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur quod licet decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conventuum huiusmodi Ordinum in quibus filiationis usus receptus est, eos quos prænaratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios juxta cuiusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum juxta præsentem Institutiones, & aliis servatis servandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatuum cum testimonialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorumdem nomine, & instantia recipi, ac in Novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad præfectionem, ut præmissum est, exerceri debebant.

Filiationem in quibusdam Conventibus receptam.

§. 37. Porro, ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere quæ magis expedire videbuntur.

Numerum Religiosorum cuiusque Conventus præscribendum.

§. 38. Ut autem Novitii jam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti, melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ observantia stabiliantur & confirmentur, mandat ut statim post professionem emissam, si in Conventibus aut Monasteriis pro Novitiis assignatis locus aderit secundi Novitiatu, sive Professorii, ab ea quæ Novitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione

Vide etiam can. 7 S. D. N. Pauli P. Professorum de novo loca particularia.

tione distinctus & segregatus, ibi collocetur, si Monasterium, aut Conventus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus eum requisitis ad Novitiatum superannatis reperitur, vel accommodetur, aut de novo construatur. Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ suarum constitutionum, seu institutionum vigore, majoris temporis cursu novos professos intra Novitiatum detinere consueverunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut prædictis earum constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi ac Religioni magis expedire diducaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc arctiori, quam servant antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant quousque ad ætatem sacris ordinibus suscipiendis sufficientem devenierint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimò & debebunt literarum studiis operam navare, sub directione ac Regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Novitii recipiendi in locis designatis.

Contravenientium pena.

LXXXIV.

Quando Fratres Minores Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ, possint in eorum Ecclesiis habere organa, paramenta & vasa pretiosa.

Edita A. D. 1602.

Alia de his Fratribus videri possunt sup. in consil. 35. Clementis VII. In supremo, lib. 1.

Involatione data Papa oritur est

Sanctissimus Dominus Noster D. Clem. Papa Octavus, &c. Facta ei per Reverendissimos Dominos Reformatores Apostolicos relatione memorialis Fratris Pauli de Clavaro Visitatoris Fratrum Minorum S. Francisci de Strictiori Observantia, Reformatorem nuncupatorum, Provinciarum Romæ, Tusciæ, Marchiæ, &c. super dubio.

Dubium an illi Reformati possint habere organa, paramenta, & vasa pretiosa.

Declaratio quod non possint, attendit consil. Nicolai III. in cap. Exiit, de verb. sign. in 6. & Clementis V. in Clem. Exiit, ad tit. Præterquam in Ecclesiis in quibus sunt, & de nec duraverint.

Dat. P. A. 11. die 5 Martii.

LXXXV.

Præfinitio formæ communicationis Indulgentiarum, orationumque, ac aliorum bonorum operum, servanda à Fratribus Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, statis diebus, quibus ipsi generalem benedictionem facere consueverant.

Eandem formam constitutionem fecit hic Pontifex singulariter pro Fratribus Beata Mariae similis Redemptionis, ut sup. in consil. 79. Cum nos. Et alia de hoc ordine notavi sup. ad consil. 1. Innocentii III. Operante, lib. 1.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1602.

Ecce Romanum Pontificem ea quæ de ejus mandato per Congregationes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, præsertim circa spiritualia Regularium Ordinum exercitia, providè statuta & ordinata sunt, ut perpetuò firma & inviolata servantur, Apostolicæ confirmationis robore communire, prout in Domino salubriter conspexit expedire.

Reverendissimus

§. 1. Cum itaque in Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris Ritibus & Ceremoniis deputatorum, quoad institutum & ritum absolutionis, quam vocant, & communicationem Indulgentiarum, quæ fieri solebat à duabus Congregationibus Regularium, videlicet Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, & B. MARIÆ de Mercede, etiam Redemptionis Captivorum, de mandato nostro statutum & ordinatum fuerit in hunc qui sequitur modum, videlicet.

De mandatis huiusmodi factis

§. 2. Sacra Congregatio Rituum, quoad institutum & ritum absolutionis, quam vocant, & communicationem Indulgentiarum, quæ fieri solet à duabus Congregationibus Regularium, videlicet Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, & B. MARIÆ de Mercede, etiam Redemptionis Captivorum, de mandato S. D. N. statuit & decrevit in hunc qui sequitur modum.

Congregatio Cardinalium super sacris Ritibus & Ceremoniis deputatorum, septuaginta sex annis in communicatione Indulgentiarum præfinita.

§. 3. Non fiat absolutio, sed fiat communicatio Indulgentiarum, quas utraque Congregatio ex concessione, & indulto Sedis Apostolicæ potest etiam aliis communicare. Hæc communicatio fiat tantum Confratribus & Consores ab eorum Congregationum, & non aliis liceat facere dictam communicationem diebus utriusque Congregationi & Ordini consuetis, seu à Sede Apostolica concessis, cum eisdem Psalmis, Versiculis & Orationibus, quæ juxta Romæ recognita, & à Reverendissimo Vicario Sanctitatis suæ probata sunt. Ad dictam communicationem Indulgentiarum singulis diebus obtinendam, Confratres & Consores supradicti sint contriti, & confessi, & sacrosanctæ Eucharistiæ communionem refecti, aliis dictas Indulgentias non consequantur.

Quia huiusmodi

§. 4. De communicatione Orationum, jejuniorum, Missarum, aliorumque bonorum operum, quæ sunt in utraque Congregatione & Ordine, quamvis non sit usitatum eam ita generatim fieri, sed certis tantum personis & benefactoribus, tamen Sanctitas sua non prohibet id fieri supradictis diebus, omnibus qui præsentibus fuerint Confratribus tantum & Sororibus, ut de Indulgentiis supra dictum est.

Et eisdem Congregationibus formam communicationis bonorum operum præscripsit.

§. 5. Forma tamen hujus communicationis fiat nudis & simplicibus verbis in hunc ferè modum, videlicet: Item communicamus vobis Fratres orationes, jejunia, Missas, peregrinationes, & labores pro redimendis etiam captivis susceptos, cæteraque opera bona, quæ per Dei gratiam in nostra Congregatione & Ordine fiunt. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Quia forma huiusmodi

§. 6. Prohibet expressè Sanctitas sua, ne populus in Civitatibus, Terris & locis publicè invitetur à dictis Congregationibus ad suas Ecclesias ad consequendam supradictam communicationem Indulgentiarum & bonorum operum, hoc est in plateis, viis & locis publicis non apponantur cedulæ impressæ, seu manuscriptæ, quibus indicetur & promulgetur talis communicatio Indulgentiarum.

Prohibitio publicè invitandi populum ad consequendam huiusmodi communicationem.

§. 7. In ea forma communicatio Indulgentiarum quæ ab Illustris & Reverendis Vicario Urbis recognita, & Congregationi, seu Ordini Sanctissimæ TRINITATIS tradita est per novam orationem, & quæ incipit, Concedimus vobis, videlicet verba illa, in quantum vestra experis oratio, & ad nos pertinet jurisdictione, tanquam parum necessaria omitantur. Item in ultima oratione, ubi dicitur B. Petro Apostolo dedit licentiam animas ligandi, verbum, licentiam, hoc loco tanquam non satis accommodatum deleatur, ponendo potestatem. Alexander Cardinalis Florentinus.

Emendati forma d. communicationis à Vicario Urbis, iam edita.

Hanc habet in fine consil. 70. ubi videtur.

§. 8. Nos

§. 8. Nos volentes decreta hujusmodi inviolatè perpetuè observari debere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, prædicta decreta de nostro speciali mandato edita esse declarantes, illa perpetuè confirmamus & approbamus, ac per prædictas Congregationes & eorum Religiosos inviolatè perpetuè observari debere præcipimus & mandamus.

§. 9. Irritum nihilominus decernentes & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, & cujusvis alterius concessionis, etiam à nobis & Apostolica Sede obtentæ, quam ad præsentium formam specialiter reducimus, prætextu contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac earumdem Congregationum & Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & cuilibet illarum, sub quibuscumque tenoribus & formis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur.

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 9. Maii 1602. Pontificatus nostri anno 11.

XXXVI. Breviarii Romani jussu Pii V. olim restituti & editi, & deinde perperam in aliquibus immutati, iterata restitutio, cum permissione Breviariorum jam impressorum, & prohibitione istud aliter de cetero imprimendi.

Hanc pii V. primam restitutionem inspicere in ipsius const. 64. Quod à nobis, lib. 2.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum in Ecclesia Catholica à Christo Domino nostro sub uno capite, ejus in terris Vicario instituta, unio, & earum rerum quæ ad Dei gloriam & debitum Ecclesiasticarum personarum officium spectant, conformatio semper conservanda sit, tum præcipuè illa communio uni Deo una & eadem formula preces adhibendi, quæ Romano Breviario continetur, perpetuè retinenda est, ut Deus in Ecclesia per universum Orbem diffusa, uno & eodem orandi & psallendi ordine à Christi fidelibus semper laudetur & invocetur.

§. 1. Quamobrem ex decreto Sacri Concilii Tridentini felic. record. Pius Papa V. prædecessor noster pie ac sapienter admodum varietatem illam Breviariorum, quæ in singulis Ecclesiis ferè diversa habebantur, nonnullis tantum exceptis sustulit, ac ipsum Breviarium restituit, & Romæ accuratissimè imprimi & promulgari curavit, quod ut integrum, inviolatumque ab omnibus haberetur, debita provisione adhibita, inter alia statuit, ne ullo unquam tempore in totum, vel ex parte mutaretur, aut illi aliquid adderetur, vel omninò detraheretur, sub pœnis in ejusdem constitutione contentis.

§. 2. Cum verò progressu temporis, Typographorum negligentia & incuria, & nimia aliorum etiam ea quæ ad ipsos non pertinent, temerè sibi assumentium audacia ac licentia, multi errores in illud irrepserint, ac tum in sacra Scriptura, & lectionibus Patrum, tum in vitis Sanctorum & Rubricis, aliisque locis, sine nostra, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum auctoritate, pro cujusque arbitrio pleraque addita & immutata fuerint, ita ut nulla jam repertiantur Breviaria, quæ à prima editione ejusdem Pii in multis non discrepent, atque dissentiant, & aliqua recognitione indigeant.

§. 3. Nos qui pro pastorali nostra sollicitudine in eam curam præcipuè incumbimus, ut ea quæ à prædecessoribus nostris sanctè ac piè instituta sunt, perpetuè integra & inviolata conserventur, quæ verò hominum culpa immutata sunt atque corrupta, & quæ recognitionem exigunt, in pristinum statum restituantur & reformentur,

mandavimus nonnullis piis & eruditis viris, quorum consultatione, & opera in hujusmodi rebus frequenter utimur, ut idem Breviarium nova adhibita diligentia accuratius inspicerent atque examinarent, & ea quæ depravata esse, & recognitione indigere animadvertent, pro sua doctrina, & pietate restituerent. Quod cum ab eis exactè, ac profectò non mediocri cum emolumento præstitum sit, ita ut ex superiori illo incommodo per occasionem non parum utilitatis proveniret, Nos illud in nostra Typographia Vaticana quamemendatissimè imprimi ac divulgari jussimus.

§. 4. Ut autem illius usus in omnibus Christiani Orbis partibus perpetuis futuris temporibus conservetur, ipsum Breviarium in Alma Urbe nostra in eadem Typographia tantum, & non alibi imprimi posse decernimus: extra Urbem verò juxta exemplar in dicta Typographia nunc editum, & non aliter, hac lege imprimi posse permittimus, ut nimirum Typographis quibuscumque illud imprimere volentibus, id facere liceat, requisita tamen prius, & in scriptis obtenta dilectorum filiorum Inquisitionis hæreticæ pravitatis in iis locis in quibus fuerint, ubi verò non fuerint, Ordinariorum locorum licentia.

§. 5. Alioquin si absque hujusmodi licentia dictum Breviarium sub quacumque forma de cetero ipsi imprimere, aut Bibliopolæ vendere præsumperint, Typographi & Bibliopolæ extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes excommunicationis lætæ sententiæ, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, in Alma verò Urbe ac reliquo Statu Ecclesiastico commorantes, quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum, & typorum omnium Cameræ prædictæ applicandorum pœnas absque alia declaratione irremissibiles incurrant eo ipso. Et nihilominus eorumdem Breviariorum per eos de cetero absque hujusmodi licentia imprimendorum, aut vendendorum usu, ubique locorum & gentium, sub eisdem pœnis perpetuè interdiciamus & prohibemus.

§. 6. Ipsi autem Inquisitores, seu Ordinarii locorum, antequam hujusmodi licentiam concedant, Breviaria ab ipsis Typographis imprimenda, & postquam impressa fuerint, cù hoc Breviarium auctoritate nostra recognito, & nunc impresso, diligentissimè conferant, nec in illis aliquid addi vel detrahi permittant, & in ipsa licentia originali de collatione facta, & quod omninò concordent, manu propria attestentur, cujus licentiæ copia initio, vel in calce cujusque Breviarii semper imprimatur: quod si secus fecerint, Inquisitores videlicet, privationis suorum Officiorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, Antistites verò & Ordinarii locorum, suspensionis à divinis, ac interdicti ingressu Ecclesiæ, eorum verò Vicarii, privationis similiter Officiorum & beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ac præterea excommunicationis, absque alia declaratione, ut præfertur, pœnas incurrant eo ipso.

§. 7. Ceterum pauperum Clericorum & aliarum personarum Ecclesiasticarum, ac Typographorum, & Bibliopolarum, quorum indemitatis ex benignitate Apost. rationem habentes, eisdem Breviaria hætenus impressa penes se habentibus, ut & ea retinere, & illis uti, eaque vendere respectivè possint, similiter permittimus & indulgemus.

§. 8. Non obstant. licentiis, indultis & privilegiis quibuscumque Typographis hætenus per nos, seu Romanos Pontifices prædecessores nostros, Breviarium prædictum Pii V. imprimendi concessis, quæ per præsentem expressè revocamus, & revocata esse volumus, necnon constitut. & ordinat. Apostolicis generalibus & specialibus in contrarium præmissorum quomodocumque concessis, confirmatis & approbatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda esset, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem ut præsentium nostrarum licentiarum exemplaribus, etiam in ipsis Breviariis impressis, vel manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus fides habeatur, quæ ipsis præ-

Hic idem...

Hic in cõ...

Contrariis...

transumptis...

XXXVI.

A. D. 1602.

grandi va...

Hic idem...

Hic idem...

Hic idem...

et Roma in...

illud non al...

Typographis...

Licentiæ...

Usum verò...

Causulas...

Transumptis...

sentibus haberetur, si forent exhibitæ, vñ ostensæ.  
Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 10. Maii 1602. Pont. nostri anno 11.

**LXXXVII. Declaratio quod non liceat per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Et prohibitio hanc propositionem docendi, defendendi, &c.**

**Votum perceptio.** Sanctissimus D.N.D. Clemens Papa VIII. &c. Auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustris. & Reverendis. Dominis Cardin. contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, maturè ac diligenter considerata.

**Declaratio de qua in rubrica.** §. 1. Hanc propositionem, scilicet licere per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus uti falsam, temerariam & scandalosam damnavit ac prohibuit.

**Prohibitio de qua ibid.** §. 2. Præcepitque ne deinceps ista propositio publicis, privativè lectionibus, concionibus & congressibus doceatur, neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur, quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputativè tractaverit (nisi forsitan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem lætæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S.R.E. Majori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existenti Romano Pontifice absolvi, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat.

**Decreta An. Pont. 11. die 20. Julii.** In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostol. in Monte Quirinali, die 20. mensis Julii 1602.

**Publicatio.** Quintilianus Adrianus Nor. Anno à Nativitate Domini 1602. indit. 15. die vero 19. mensis Julii, Pont. Sanctis. in Christo Patri, & D. N. D. Clem. divina Providentia Papa VIII. anno 11. supradictæ literæ Apostol. affixæ & publicatæ fuerunt in valvis Basilicæ Principis Apost. de Vrbe, Cancell. Apost. & aciei Campi Flore, ut moris est, per nos Catherinum Menandi Apost. Curf. Gaspar de Bonis Pedibus Mag. Curf.

**LXXXVIII. Ampliatio Const. Greg. XIII. circa deposita apud Montem Pietatis de Vrbe faciendâ. Et jurisdictionis concessio illius Protectori & Judici in causis ipsius Montis interesse concernen.**

Montes Pietatis nihil ultra id quod pro Ministrorum expensis, & indemnitate necessarium est recipientes, licitos esse declaravit Leo X. sup. in sua const. 11. Inter. lib. 1. Et jus visitandi hujusmodi Montes, sicuti alia pia loca, spectare ad Ordinarios, declaravit Conc. Trid. in sess. 22. cap. 8.

**Edita A. D. 1602.** CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

**Exordium.** Quæ ad pietatis & charitatis opera, præsertim in Alma Vrbe nostra exercenda, pauperumque & miserabilium personarum necessitates sublevandas piè & providè instituta & ordinata sunt, ut firmiter subsistant & inviolabiliter observentur, libenter confirmamus & ampliamus.

**Gregor. XIII. deposita supra summa sent. 5. penes Montem pietatis deponi iussit, ut sup. in eius const. 94. Inter. lib. 2.** §. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum felic. record. Greg. XIII. prædec. noster, omnibus & singulis Rom. Curie Judicibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, etiam S.R.E. Card. & causarum Palatii Apostolici Auditoribus, Motu ejus proprio præcepit & mandaverit atque statuerit, ut in quibuscumque causis, &c.

**Hic modo Pont. confirmat d. const. Gregor. XIII. & auctoritate Pont.** Omititur tenor hujus narrativæ, quia eam habes sup. fol. §. 2. Verum quia, sicut etiam accepimus, super præmissis aliquæ ortæ fuerunt controversiæ, & propterea omnem desuper dubitandi materiam de medio tollere, eaque innovare, ac in aliquibus declarare, & etiam ampliare volentes, ac literarum prædictarum, necnon privilegiorum, facultatum, concessionum, gratiarum & indulto-

rum quorumcumque eidem Monti, illiusque Archiconfraternitati, ac dilectis filiis illorum Protectori, Provisoribus, Officialibus, Archiconfratribus & Ministris quomodolibet concessorum tenores, etiam veriores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apost. potestatis plenitudine, literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, ac inde sequuta & sequenda quæcumque, ac alia privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, facultates & gratias Monti, illiusque Archiconfraternitati, ac dilectis filiis illorum Protectori, Provisoribus, Officialibus, Archiconfratribus, & Ministris per prædictum Gregorium, ac præmem. Paulum III. Julium etiam III. ac Paulum IV. & Sixtum V. & quoscumque alios Rom. Pont. prædecess. nostros, ac nos, Sedemque Apost. sub quibuscumque tenoribus, & formis quomodolibet concessa, ac inde sequuta & sequenda quæcumque Apost. auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus & confirmamus, eisque perpetuè & inviolabilis Apost. firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris quam facti & solemnitatum de jure, usu & consuetudine requisitarum, vel aliàs quomodolibet necessariorum, & quovis alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui in eisdem, seu in eorum aliquo intervenerint, supplemus, eaque omnia & singula innovamus, & quatenus opus sit, Monti & Archiconfratern. ac Protectori, Provisoribus, Officialibus, Archiconfratribus & Ministris prædictis, & eorum singulis, auctoritate & tenore prædictis, etiam perpetuè de novo concedimus.

§. 3. Et insuper, quod omnes pecuniæ redigendæ, & hætenus redactæ, ex subhastatione & venditione quorumcumque bonorum deceptorum & aliorum, vel in omnem casum ubi discussio bonorum fit, quàm ex exactione creditorum litigiosorum, etiam si de consensu partium subhastatio, venditio & exactio fiat, necnon totum pretium omnium rerum per subhastationem venditarum & vendendarum, ac pecuniæ & bona durante judicio discussionis exigent. & colligen. per Judices causarum discussionis, ac per Cursos & Mandatarios, seu per quoscumque alios ad id deputatos, etiam in causis criminalibus, ac pretium bonorum stabilium vigore constitutionis super jure congrui per dictum Greg. prædec. editæ venditorum & vendendorum, in d. Monte effectualiter, & in numerata pecunia deponantur, etiam si per cedulam Camporum solvere promittentium, seu Mercatorum oblationes fiant in casibus prædictis. Necnon quoties ex aliqua dispositione, etiam per nos vel successores nostros aliquod depositum penes eadem sacram, aut personam fide & facultatibus idoneam erit faciendum, censeatur Mons Pietatis hujusmodi ad id specialiter deputatus eo ipso, ipsæque pecuniæ per d. Montis Officiales, sicut cetera deposita inibi faciendæ, exigi possint & debeant.

§. 4. Et si super præmissis, ubi faciendum sit depositum, dentur penes acta Notariorum aliquæ cedulæ quorumcumque Camporum vel Mercatorum, etiam si in eis dicatur, quod d. Mercatores se obligent, nulla facta mentione depositi, sed simpliciter, vel alias promittant, aut se obligent de solvendo, animo se relevandi à quibuscumque obligatis, seu interesse habentibus, vel d. Mercatores faciant, aut creent illos debitores in eorum libris, vel alias ad partes in casu faciendi depositi, ut supra, d. cedulæ nullatenus suffragentur, sed semper ad deponendas pecunias in eodem Monte cogantur, nisi cedulæ hujusmodi ad favorem vel instantiam Cam. & Fisci nostri factæ essent. Quibus solas cedulas suorum depositariorum sufficere & suffragari volumus.

§. 5. Necnon Cursos & Mandatarios prædicti, totum & integrum pretium omnium rerum per subhastationem vendendarum, etiam in causis Criminalibus, satisfactio prius per eos eisdem creditoribus qui dicta bona subhastate fecerunt, penes eundem Montem integrè, realiter, & cum effectu statim omnino deponant & deponi curent, & donec non sit factum dictum depositum, non possint, nec debeant de eorum mercede pro actu deliberationis tantum debita satisfieri.

§. 6. Quodque omnes & singuli Notarii prædicti non possint recipere dicta deposita, sive in pecunia, sive in cedulis faciendâ, sed illa statim ad dictum Montem trans-

Dubium desuper oritur ad se rem Montis

Cedula Mercatorum non sit in casibus max de claratis.

Cursos pretium non sub. aff. ibid. deponant.

Notarii eisdem cedulis deponant.

mittere

indere teneantur, sub ducentorum ducatorum...

§.7. Et quod super pecuniis depositis in dicto Mon...

§.8. Ac volentes, & dicta auctoritate statuentes quod...

§.9. Ipseque pro tempore existens Protector, singula...

cujusvis status, gradus, ordinis & conditionis...

§.10. Præterea profaciliori & celebriori litium & cō...

§.11. Necnon quocumque dubia & difficultates, si...

§.12. Ac quocumque edita, statuta, & Ordinationes...

quod...

pro...

Pro...

Et...

pro executione premissorum, sub quibusvis penis sibi  
beneficis condendi, & condita mutandi, seu in toto vel in  
parte abrogandi, illaque imprimendi, & etiam per affixio-  
nem publicandi, omniaque & singula alia in eisdem sin-  
gulis premissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet  
opportuna, etque bene visa faciendi & exequendi, etiam  
omni & quacumque appellatione remota, plenam, libe-  
ram & omnimodam facultatem, potestatem & auctorita-  
tem perpetuam tribuimus, concedimus & largimur.

Officiales  
alibi conuo-  
niri non pos-  
sunt, & con-  
tra eos pro  
administrati-  
onis utantur  
privilegiis  
Cam. Apost.

§. 13. Quodque omnes & singuli dicti Montis Officia-  
les & Ministri, tam civiliter quam criminaliter, pro nego-  
tiis, rebus & bonis ad dictum Montem vere & principa-  
liter spectantibus & pertinentibus, alibi tam judicialiter  
quam extrajudicialiter conveniri & molestari non possint  
quam coram d. Protectore, seu ab eo deputando, contra  
quos omnes & singulos Officiales & Ministros, videlicet  
Depositarium, Custodem, Caplerium, Computistam, &  
alios quovis nomine nuncupatos, tam presentes quam  
futuros, & eorum fidejussores, seu approbatores, ac eorum  
bona quaecumque, ubicumque, & in quibuscumque rebus  
existentia, pro redditione eorum administrationis, & pro  
eorum debitis ad favorem dicti Montis contractis & cō-  
trahendis prædictis, Mons ac ejus Provisores & officiales  
idem jus & privilegium, eandemque actionem, in omni-  
bus & per omnia, ac pariformiter, & sine ulla proflus dif-  
ferentia habeant & potiantur, ac exercere possint & vale-  
ant, quæ Cam. Apost. ac Fisco nostro, contra illorum  
debitores, de jure, usu, consuetudine, aut aliis quomodo-  
libet competunt, aut competere poterunt in futurum,  
non tamen contra ipsam Cameram, aut illius Fiscum.

Delictis Mon-  
stis provis  
Judicis de-  
creto tuta  
est.

§. 14. Quodque solutis depositis de mandato cujus-  
cumque Judicis competentis, nec Mons, minusve ejus  
officiales ulterius teneantur, nec remaneant obligati, non  
obstante quacumque appellatione, quæ contra mandatum  
eiusdem Judicis fieri possit.

Clausula  
huius con-  
stitutionis

§. 15. Decernentes præsentis literas, & in eis conten-  
ta, quæcumque nullo unquam tempore, etiam ex eo quod  
Notarii etiam criminales, ac aliorum om-  
nium dicitur Urbis & suburbiorum, & eorum creditores, &  
quicumque colligantes dicti Montis, ceterique interesse  
habentes ad hoc vocati non fuerint, nec eisdem premissis  
consenserint, aut aliis de subreptionis, vel obreptionis,  
aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ vel alio quo-  
cumque defectu notari, impugnari, retractari, seu in jus  
vel controversiam vocari, aut ad terminum juris reduci,  
vel adversus illas quodcumque juris vel facti, aut gratia  
remedium impetrari posse, neque sub quibusvis similibus  
vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus,  
limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus  
per nos, aut alios Rom. Pont. prædecess. seu successores  
nostros, sub quibuscumque verborum expressionibus &  
formis, etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine  
similibus, pro tempore factis & faciendis cōprehendi, sed  
semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties  
in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet  
erant statum restitutas, repositas & plenarie reintegratas,  
ac de novo etiam sub data per Provisores, Officiales &  
Ministros dicti Montis pro tempore existentes quando-  
cumque eligenda, ac de novo concessa esse & fore, suum-  
que plenarium & integrum effectum sortiri debere.

Claus. sub-  
lata, &c.

§. 16. Sicque per prædictum Protectorem, & alios  
quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate  
fungentes, etiam dictos Auditores, ac S. R. E. Card. sub-  
lata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & in-  
terpretandi facultati & auctoritati, ubique, & in qua-  
cumque instantia judicari & definiti debere, irritum  
quoque & inane, si secus super iis à quoquam quavis au-  
toritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Claus. datæ.

§. 17. Non obstant. quibuscumque litium pendentibus, &  
aliis premissis, ac quibusvis aliis constit. & ordin. Apost.  
necnon dictæ Urbis, illiusque Tribunalium statutis, etiam  
juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia  
roboratis, privilegiis quoque, exemptionibus, indulciis  
& literis Apost. quibuscumque locis piis, & dilectis filiis  
Populo Romano, illiusque Senatori & Conservatoribus,  
ac ejusdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, & dictæ Cam.  
Præsentibus & Clericis, exceptis causis spoliatorum, &  
aliis ubi de interesse Cameræ, sive principaliter, sive secun-

darid, sive alias quomodolibet ageretur, sive illud detegi  
de eo agi posse videretur, Vicario, Governatori, Audi-  
tori Cam. & aliis quibuscumque Judicibus & Tribunali-  
bus, ac Notariis prædictis, ac quibusvis aliis sub quibus-  
cumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam de-  
rogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in-  
solitis clausulis, irritationibus & aliis decretis, etiam Mo-  
tu, scientia & potestatis plenitudine paribus, ac consi-  
stentialiter in contrarium quomodolibet concessis. Qui-  
bus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti  
derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifi-  
ca, expressa & individua, non autem per clausulas gene-  
rales idem importantes mentio, seu quævis alia expres-  
sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-  
vanda foret, illorum omnium & singulorum tenores, ac  
si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro ex-  
pressis & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo  
robore permanentis, hac vice dumtaxat harum serie spe-  
cialiter & expressè motu, scientia & potestatis plenu-  
dine similibus derogamus, ac ad plenum derogatum esse,  
nec in aliquo obstare volumus, decernimus & declara-  
mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Deputatis  
Provisores

§. 18. Insuper cum d. Mons, illiusque Archiconfrat.  
post obitum bo. me. Antonii Mariæ S. R. E. Card. Salvati  
nuncupati, qui dum vixit, Montis & Archiconfrat. hujus-  
modi Protector fuit, protectore caruerit, & careat, nos ut  
Montis ac Archiconfrat. hujusmodi conservationi, bono-  
que regimini & directioni opportunus consulatur, de  
aliquo idoneo Protectore, qui juxta cordis nostri delide-  
riū, ac traditū sibi ab Altissimo prudentiā, dictum Montē,  
illiusque Archiconfrat. pie ac diligenter gubernet, & regere  
providere volentes, Dilectum filium nostrum Petrum S.  
Nicolai in Carcere Diac. Aldobrandinum nuncupatum,  
nostrum secundū carnem ex fratre Nepotem, S. R. E. Ca-  
merarium, quem ob singularem ejus fidem & industriam,  
vigilantiam, ac in perpetuum pietatis, acque pie-  
claras ejus animi dotes cum pietatis studio & charitatis &  
justitiæ zelo conjunctas, eidem Monti, illiusque Archico-  
fraternitati valde utilem futurum in Domino confidi-  
mus, Montis & Archiconfraternitatis hujusmodi, illorum-  
que bonorum & rerum Protectorem & defensorem quo-  
ad vixerit, cum omnibus supradictis, & aliis eidem Protec-  
tori competentibus & debitis facultatibus, privilegiis &  
indultis, motu, scientia & potestatis plenitudine paribus,  
facimus, constituimus & deputamus. Mandantes in vir-  
tute Sanctæ Obedientiæ Montis & Archiconfraternitatis  
hujusmodi Provisoribus, officialibus, Archiconfratri-  
bus & Ministris prædictis nunc & pro tempore existentibus,  
& quatenus eidem Petro Cardinali, tanquam eorum  
Protectori omnino pareant atque obediant.

Publicati-  
onis officio

§. 19. Volumus autem quod præsentis literæ à die il-  
larum publicationis omnes & singulos quos illæ con-  
cernunt perinde archent & assiciant, ac si illis & eorum  
cuiuslibet personaliter intimatæ fuissent.

Transumpti-  
onis fides

§. 20. Quodque illarum transumptis etiam impressis,  
mano Secretarii ipsius Montis, seu alicujus Notarii pu-  
blici subscriptis, & sigillo dicti Montis, vel alicujus  
Prælati obsignatis eadem prorsus fides in judicio & ex-  
tra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhibere-  
tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumpti-  
onis fides

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris,  
die 18. Julii 1602. Pontif. nostri anno 11.

D. P. An-  
no die 18. Julii

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1601.  
Indict. 15. die vero 26. mensis Aug. Pontificatus sanctæ San-  
cti in Christo Patris, & D. N. D. Clementis divina Provi-  
dentia Papa VIII. anno ejus 11. Supradicta litera Apost. af-  
fixa, lecta & publicata fuerunt in acie Campi Floræ, & aliis  
locis solitis & consuetis, ut moris est, per me Laurentium Ec-  
celsinum Cursorem Apostolicum.

Publicati-  
onis officio

P. Bartaccius Mag. Curs.

Prohibitio, iterataque damnatio operum Caroli  
Molinæi hæretici, cum revocatione licentiarum  
illa legendi & retinendi, quibuscumque etiam  
à supremis Inquisitoribus concessarum, & cum  
inhibitione ne cuiquam de cetero, præterquam  
à summo Pontifice concedantur.

LXXXIX.

Alorum

CLEMENS OCTAVUS

135

Abiorem librorum prohibitorum indicem, vel potius ejus ap- probationem, vide hic sup. in consuet. 36. Sacrosanctum, ubi etiam Pii IV. consue. indicav.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicæ Sedis auctoritati maxime convenit, & ad nostrum pertinet officium accurate prospicere, ne impiorum hominum libris, ac monumentis, fidelium mentes seducantur, aut quovis modo à via veritatis avocentur.

§. 1. Nos itaque considerantes damnatæ memoriæ Caroli Molinæ scripta & commentaria, doctrinâ perniciosam, & Catholicæ fidei contrariam continere, & ideo hujus impii & hæretici hominis in prima classe descripti opera omnia in Indice librorum prohibitorum, tam per nostros Prædecessores Romanos Pontifices, quam etiam per nos nuper edito, expressè ac nominatim sub censuris & pœnis in eo contentis prohibita, & interdicta fuisse, & attendentes etiam, sicut ad auctoritatem nostram pervenit, quamquam eorundem operum lectio, & retentio ab universis Christi fidelibus maxime vitanda sit.

§. 2. Nihilominus à pluribus, & iis præsertim, qui utriusque juris scientiam præsentent, contra hujusmodi prohibitionem, dicti Caroli scripta & Commentaria, sub variis prætextibus, sive illa examinandi, sive corrigendi & emendandi, ut dicunt, sive etiam ut illis utantur in Judiciis & decisionibus causarum, & aliis eorum scriptionibus, frequenter legi & retineri, maximo cum eorundem, & aliorum animarum periculo, & sub his prætextibus varias licentias, etiam à nonnullis Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, & ab Inquisitoribus temerè ac de facto, & etiam quandoque ab hac sancta Sede, & à Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus super Indice librorum prohibitorum deputatis, sive etiam interdum à Generalibus Inquisitoribus sub præcepto, ut nonnulli expurgatis, & cunctis erroribus deletis uti possint, diversimodè ab eisdem extortas, aut impetratas fuisse.

§. 3. Propterea pro nostra Pastoralis sollicitudine cunctorum Christi fidelium animarum securitati, & salutis quantum cum Domino possumus, consulere, & ne ipsi Christi fideles mali hominis prava doctrina & impietate fallantur, aut inficiantur, opportunè providere volentes, pro potiori cautela, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, hac nostra perpetuè valitura constitutione omnia & quæcumque prædicti Caroli Molinæ hæretici scripta, opera & Commentaria, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate de novo perpetuè damnamus, reprobamus, interdicimus & anathematizamus, eorumque lectionem & retentionem universis & singulis Christi fidelibus, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris & præminentiæ, licet de illis specialis & individua mentio habenda foret, existant, etiam sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque censuris & pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis, ac etiam suspicionis ipsius hæresis, quantumvis scripta, opera & Commentaria ipsa jam quovis modo fuisse expurgata prætendant, districtè perpetuè interdicimus & prohibemus.

§. 4. Et propterea omnes & quæcumque licentias quibusvis personis, tam ab Ordinariis locorum, quam etiam ab ipsis Cardinalibus super dicto Indice deputatis, ac supremis S. Universalis Inquisitionis contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus, ac à nobis & Apostolica Sede quomodolibet concessas legendi & retinendi libros ejusdem Caroli Molinæ, etiam sub alio nomine inscriptos vel expurgatos, cum non aliter quam igne expurgari possint, revocamus, cassamus & annullamus. Inhibentes omnibus & singulis supradictis, ne de cetero hujusmodi licentias cuiquam concedant vel impartiantur. Quinimò omnem facultatem concedendi hujusmodi licentias retinendi, vel legendi opera hujus impii Auctoris, ex quacumque causa, & sub quovis prætextu & colore, quibuscumque personis quavis auctoritate etiam Apostolica suffultis, & quacumque dignitate præditis, etiam ipsismet Cardinalibus super Indice librorum prohibitorum deputatis, ac supremis Inquisitoribus prædictis adiunimus, Bullarum Magni Tom. III.

eamque nobis & successoribus nostris Rom. Pontificibus tantum reservamus.

§. 5. Cassantes insuper, & ex nunc irreltantes quascumque licentias etiam à nobis concessas, & à successoribus nostris Rom. Pont. respectivè concedendas, quæ manu nostra, aut successorum prædictorum subscriptæ nō fuerint.

§. 6. Per has tamen nostras literas non intendimus prohibere retentionem librorum juris Canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum, habentium additiones, seu apostillas, ut vocant, hujus impii hominis, ipsi tamen additionibus, seu apostillis deletis & emendatis, juxta censuram de mandato nostro nuper editam, & in Typographia Camer. Apostolicæ impressam Romæ hoc Anno 1602. chartis, seu foliis 24. distinctam, cujus initium est, Censura in omnes additiones, seu adnotationes marginales damnatæ mem. impii Caroli Molinæ ad textum Juris Canonici, Commentaria in Decii Decretales, & Jus Civile, ad Consilia Decii & Alexandri, & ad Dnum de regulis juris, & Decium in titulo ff. de regulis Juris. Finis verò est, Aliqua fortasse in præmissis & similibus additionibus ab oculis nostris effugerunt, notatu & censura digna, quæ diligens lector animadvertens delere profusus teneatur.

§. 7. Postremò sub censuris & pœnis supradictis omnibus & singulis Christi fidelibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus intra mensem à publicatione præsentium in locis per quæ eadem ad eorum notitiam pervenire possunt, facienda computandum, omnia & singula scripta, opera & commentaria prædicta Caroli Molinæ realiser, & cum effectu locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus exhibeant & consignent. Ipsi verò locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, ut illa statim, nulla interposita mora, aut expectata licentia igne cōburant, & cōburi faciāt.

§. 8. Ut autem præsentis nostræ litteræ ad omnium notitiā facilis deveniant, & ne earum ignorantia quemquam excuset, volumus, & eadem auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides in judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis habetur, si essent exhibitæ vel ostensæ, utque eadem præsentibus ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ affixæ & publicatæ omnes ita ardeant & afficiant, perinde ac si omnibus & singulis intimatæ fuissent. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac aliis locorum ordinariis per eadem scripta mandamus, ut præsentium litterarum transumpta in suis Civitatibus & Diocesis publicari & observari curent ac faciant, & contra inobedientes quoscumque ad declarationem incursum pœnarum & censurarum prædictarum irremissibiliter procedant.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis privilegiis & indulgiis, ac literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 21. Augusti 1602. Pontificatus nostri anno 11.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1602. indict. 16. die vero 26. mensis Augusti, Pont. Sanctiss. in Christo Patriæ, & D. N. D. Clem. divina Providentia Papa VIII. anno ejus 11. supradicta litera affixæ & publicatæ fuerunt in valvis Basilicæ Principis Apostol. de Vrbe, & in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Laurentium Cecchetum, & Catherinum Memandis Curf. Paulus Bortocchius Mag. Curf.

Præfinitio habitus coloris cærulei, quem deferre debent Religiosi Congregationis Canonicorum sæcularium S. Georgii in Alga Venetiarum.

Institutionem hujus Congregationis, & alia eam inspicientia, vide supra in Gregorii XII. consuet. 1. Illis, lib. 1. ubi notavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Quæ ad Religiosorum antiquum institutum conservandum providè ordinata fuisse dicuntur, ea

Esque à Papa venenda & subscribenda esse dicitur. Declarat prædictam prohibitionem.

Mandatoponra prohibita Ordinariis, vel Inquisitoribus consignari, & ab ea comburi.

Hanc consuet. publicari jubet.

Contraria non observare decernit.

Dat. P. A. 11. die 21. Aug. Publicatio.

XC.

Edita A. D. 1602.

com

Edita A. D. 1602. Bullarum Magni Tom. III. Bullarum Magni Tom. III. Bullarum Magni Tom. III.

eam à nobis petitur, Apostolici unanimis firmitate libenter communimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Decretum Congregationis, quod cum Religiosi deferant togam coloris carulei, prout B. Laurentius Justinianus Congregationis fundator deferbat.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Generalis Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum, quod per undecim Patres deputatos, Capitulum generale ejusdem Congregationis representantes, communibus votis resolutum fuit, ut tolleretur abusus inter Religiosos dicte Congregationis introductus, interfendi divinis officiis in Choro, in Ecclesia, in processionibus particularibus, & aliis locis publicis, cum sola tunica alba, veluti contrarius institutus & habitus antiquo ejusdem Congregationis. Et propterea deinceps Religiosi debere ubique, & in omni tempore, & præsertim Domi, & in Monasteriis & locis ejusdem Congregationis deferre togam coloris carulei, Pallandam nuncupatam, juxta constitutiones ejusdem Congregationis, & ad instar illius quam deferbat B. Laurentius Justinianus, ejusdem Congregationis institutor. Ut autem nullo tempore in posterum prædictæ resolutioni, seu decreto prædictorum undecim Patrum deputatorum contraveniatur, idem Generalis totius Congregationis prædictæ nomine, nobis humiliter supplicari fecit, ut illud Apostolica auctoritate perpetuè confirmare, de benignitate Apostolica dignaremur.

Approbatio huius Pontificis ex voto Cardinalium.

§. 2. Nos igitur, qui iusta petentium votis nostrum non denegamus assensum, Generalem & singulares Religiosos dicte Congregationis à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super consultationibus & negotiis Episcoporum & Regularium deputatorum, decretum Capituli generalis prædicti, ut scilicet omnes & singuli dicte Congregationis Religiosi Togam, Pallandam nuncupatam, coloris carulei deferre, ut præmissum est, teneantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuè confirmamus & approbamus, ac illud per dictos Religiosos inviolatè observari debere decernimus & declaramus.

Derogatio contrariis.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 11. die 2. Aug.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 2. Augusti 1602. Pontificatus nostri anno 11.

XCL. Reductio Provincialis & Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Provincie Dalmatice, & Justinopolitanæ ad obedientiam, & subjectionem Vicarii generalis ejusdem Ordinis.

De hoc Ordine notavi sup. ad constitut. 42. Leonis X. Inter, lib. 1.

Edicta A. D. 1601.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PRO nostri Pastoralis muneris debito ad ea libenter intendimus, per quæ Religiosorum prospero regimini, & gubernio opportunè consulitur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

Fratres Provincia Dalmatice, & Justinopolitanæ eorum tanquam Provinciali obediant. Hic Pontificis Vicario &

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Provinciales & Fratres Tertii Ordinis S. Francisci Provincie Dalmatice, & Justinopolitanæ, nulli alteri Superiori obediant, sed dicti Fratres eorum Provinciali per vota secreta pro tempore electo tantummodo subsint, nec alium Superiorem agnoscant.

§. 2. Nos prospero regimini & gubernio dictorum Fratrum valde expedire considerantes, ut ipsi, eorumque Provincialis Vicario & Visitatoribus generalibus Ordinis prædicti Provincie Italice subiciantur, ac eorum Superioritati, visitationi & correctioni, prout alii Fratres Italice prædicti Ordinis de cetero subiaceant, ac prædictis Fratribus Italice sub eisdem Generalibus Superioribus uniantur, ac propterea in præmissis opportunè providere volentes, supplicationibus etiam pro parte dilecti filii Bernardi Sabbie Fratris, & Procuratoris generalis ejusdem Ordinis, nobis super hoc humiliter prædictis inclinati.

§. 3. Provinciam & Fratres Tertii Ordinis S. Francisci Provincie Dalmatice & Justinopolitanæ, prædictos Vicario & Visitatori generali Tertii Ordinis S. Francisci hujusmodi Italice, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuè subijcimus, illosque sub hujusmodi Vicarii & Visitatoris generalis obedientia Fratribus ejusdem Ordinis Italice unimus.

Visitator generalis Ordinis Italice subijcitur.

§. 4. Ac eisdem Provinciali & Fratribus Dalmatice, & Justinopolitanæ, ut omnibus & singulis gratiis, privilegiis, indultis, favoribus, concessionibus, prærogativis, & indulgentiis, necnon voce activa & passiva, in Capitulis generalibus, & in electione Vicarii, & Visitatoris generalis hujusmodi, ad instar Provincialium, & Fratrum Italice ejusdem Ordinis, sine aliqua prorsus differentia respectivè, uti, potiri, & gaudere possint & valeant, ac debeant, auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus.

Eisdem subijcitur.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientie Vicario & Visitatori generali prædicto, ut Provinciam & Fratres prædictos Provincie Dalmatice & Justinopolitanæ, sub ejus curam & gubernium benignè recipiat, & ea qua decet charitate prosequatur.

Gratiis & privilegiis communibus.

§. 6. Illis verò Provinciali & Fratribus, ut prædicto Vicario & Visitatori generali obedientiam & reverentiam debitas & devotas promptè præstent & exhibeant, illumque debita honorificentia prosequantur, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ipse Vicarius & Visitator generalis ritè tulerit, seu statuerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Illis vobis istis omnia obedientiam.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon ejusdem Ordinis, ac dicte Provincie Dalmatice & Justinopolitanæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Provincie Dalmatice, ejusque Provinciali & Fratribus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis que omnia derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 2. Septembris 1602. Pontificatus nostri Anno 11.

Dat. P. A. die 2. Sept.

Declaratio quod Fratres Minores S. Francisci strictioris Observantie, non sunt novæ Regulæ professores, sed Regulæ S. Francisci veri observatores.

XCLII

Alia de istis Fratribus notavi sup. in constitut. 35. Clementis VII. In suprema, lib. 1. ubi legitur eorum Congregationis approbatio, & habetur indicatio aliorum devoto Ordine Sancti Francisci, & eandem declarationem quoad Cappuccinos edidit Paulus V. in ejus constitut. 34. Ecclesiæ.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta A. D. 1602.

EX injuncto nobis Apostolici muneris debito, ad ea libenter intendimus, per quæ regularis observantia professorum Reformatorum statui, & conscientie securitati opportunè consulatur, ut & ipsi professores uberrime in Ecclesia militanti fructus afferant, & eorum religio majora in Domino suscipiat incrementa.

Præmissis.

§. 1. Cum



1891 Re-  
dit de  
vranzia  
suntur  
lam s.  
atifican  
narrati:  
de regula  
sup. in  
to. III.  
1892-5.  
li. 3.  
narrati:  
de bulla  
nunciati:  
de unione  
de bulla  
sup.  
1893-4.  
de ob-  
nunciati:  
de unione  
de bulla  
sup.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, à nonnullis aliquando oppositum fuerit, dilectos filios professores Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de strictiori Observantia, Reformatos nuncupatos, qui juxta constitutiones Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac etiam nostram sub dat. Tusculi die 12. Octobris, Pontificatus nostri Anno 5. novissimè editam, sub obedientia Custodum degunt, eorumque Superiores Custodes, & non Ministros appellant, propterea non satisfacere Regulæ à B. Franc. editæ, & per Sedem Apostolicam sæpius confirmatæ & approbatæ, juxta cujus literarum tenorem sub obedientia Ministrorum vivere videntur obligati. Cumque etiam asseratur, dictos Fratres Reformatos contra dictam Regulam agere, ac graviter contra votum professionis, præsertim obedientiæ, delinquere, ac inde perturbaciones & incommoda patiantur.

§. 2. Nos eorundem Fratrum Reformatorum quieti, tranquillitati & indemnitati prospicere, atque eosdem ad versus hujusmodi molestias & calumnias tueri, ac omnem super præmissis ambiguitatem è medio tollere volentes, quarumcumque constitutionum, & præsertim nostræ supradictæ, super reformatione dicti Ordinis editarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie decernimus & declaramus, supradictos Fratres Reformatos, qui non novam, sed eandem Regulam, quam B. Franciscus condidit, & felicis recordationis Honorius Papa III. prædecessor noster confirmavit, quamque etiam Fratres de familia nuncupati Ordinis Minorum de Observantia observant, licet ipsi Reformati purius, & juxta ipsius Regulæ literam declaratam per recolendæ memoriæ Nicolæum III. & Clementem V. Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros, observant, sub obedientia Custodum, quibus per supradictas Romanorum Pontificum, & præsertim nostram, constitutiones subiecti fuerunt prædictæ Regulæ Sancti Francisci, & præcipue in ea parte ubi sunt illa verba, Præcipio firmiter Fratribus universis, ut obediant suis Ministris, plenè, purè, & integre, & absque ulla dispensatione in voto obedientiæ ita satisfacere, sicut faciunt dicti Fratres de familia sub obedientia eorum Ministrorum degentes, qui à Custodibus solo nomine differunt, & ipsi Fratribus Reformatis Ministrorum loco præstant, ipsosque Reformatos, veros filios & indubitatos fratres Ordinis S. Francisci, & in conscientia tutos existere.

§. 3. Necnon in omnibus eorum Monasteriis, Locis, Domibus, Oratoriis, & Ecclesiis, quas nunc obtinent, & in posterum quovis modo vel titulo obtinebunt, tam in Italia quam extra ubique locorum, præsertim in Gallia, omnibus & singulis privilegiis, gratiis & indultis, tam spiritualibus quam temporalibus, ac præcedentiis in processionibus, in funeralibus, ac in concursu cum aliis Religionibus, in concionibus certis tempore & loco vicissim habendis, & in omnibus aliis actibus publicis & privatis, quibus dicti fratres de familia in eorum Monasteriis, Ecclesiis, domibus, & locis, rebus, tam de jure, quam ex consuetudine, vel aliâs frui, potiri, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, sine aliqua differentia frui, potiri, & gaudere posse, ac debere: dummodo tamen strictiori observantiæ dictorum fratrum Reformatorum, prout in nostris literis prædictis disponitur, non adversentur.

§. 4. Mandantes insuper in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis cujuscumque qualitatis, dignitatis, seu conditionis existant, ad quorum notitiam præsentibus nostræ pervenerint, ut nullus in posterum prædictos fratres Reformatos appellare audeat, seu præsumat novos Religiosos, aut novæ Regulæ professores. Sicque & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales judicari & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per præsentibus committimus & mandamus, quatenus quicumque illorum per se vel alium, seu alios præsentibus literas,

& in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum fratrum Reformatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ipsique fratribus Reformatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos eorundem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet, indebitè molestari. Contradiatores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliæque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 6. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Nos in constitutione prædicta volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsi originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1602. Pontificatus nostri anno 11.

Clausulas derogatorias apponit

Exemplis bullæ credi jubet.

Dat. P. A. 11. die 7 Sept.

Ordinationes observandæ in subministracione alimenterorum, contractibusque, & ultimis voluntatibus miserabilium Virginum, in Monasterio Sanctæ Catharinæ de Rosa piè receptarum in Alma Urbe.

XCIII.

Congregationis, & Protectoris hujus Monasterii institutionem, & jurisdictionem videre est supra in constitut. 54. Pii V. Cupientes, lib. 2.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici muneris divina dispositione, nobis licet immeritis injuncti, debitum requirit, ut circa statum Monasteriorum quorumlibet, sanctimonialium præsertim in Alma Urbe pro educandis puellis, & Virginitibus, quarum pudicitia ob suorum genitorum impudicum exemplum satis manifesto periculo exposita dignoscitur, institutorum, ac eorundem sanctimonialium & Virginitum, & aliarum personarum prosperè dirigendum invigilemus, eorumque subventioni & commoditatibus prospicere studeamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Extra A. D. 1602.

§. 1. Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii Prælati & deputati Congregationis Monasterii Monialium Sanctæ Catharinæ della Rosa nuncupatæ de Urbe, sub Sancti Augustini, seu alterius Ordinis Regula, ipsa Congregatio puellas & virgines miserabiles de dicta Urbe, quas tam ob earum paupertatem, quam etiam genitricum, vel aliarum mulierum, penes quas degunt, vitæ impudicitiam, & exemplum scandalosum, simili vivendi modo, vel prostituendi se periculo de facili magis expositas competum habent, à suis genitricibus, & aliis mulieribus prædictis, etiam illis invitis abducere, & in dicto Monasterio illius Monialium curæ educandas & instruendas committere, ac alias recipere, sumptibusque & expensis ejusdem Monasterii, & piis fidelium elemosynis & largitionibus alere, & sustentare consueverint, donec ad ætatem nubilem perventæ matrimonio, constituta singulis per Congregationem, seu deputatos hujusmodi congruenti dote, collocentur. Cumque propterea Monasterium, seu Congregatio hujusmodi, cujus redditus satis tenues sunt, multoties rerum angustia prematur, & comoditatibus, ac aliis sibi necessariis indigeat, quia tamen pleræque ex puellis pro tempore inibi introductis & abductis, sive earum genitricibus & parentes facultates habent, quibus eisdem puellis ad victum & vestitum necessaria subministrari possent, ejusdem Monasterii necessitatibus valdè consuli posset, si dictis puellis juxta suas, aut suorum prædictorum facultates necessaria subministrarentur. Idcirco pro parte Protectoris, Prælati, & deputatorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum.

Exortium

M 3 tam,

Gratiasque præstitimus

Subditiis

Executores

tum, quatenus eisdem Monasterii, seu Congregationis necessitatibus & indemnitati prospicere, ac aliis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

*Protektoris & Congregationis facultas cogendi puellarum parentes, aut consanguineos ad quos eorum alimentatio spectat, vel alias earum bona iam ad alium usum destinata possidentes, ad præstandum eis alimenta & accionem.*

§. 2. Nos igitur rationi maximè consentaneum esse rati, ut Monasterium & Congregatio huiusmodi quoad huiusmodi puellas facultates habentes in eorum necessitatibus subleventur, prædictos Protektorem, Prælatum, & deputatos, ac eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, harum serie statuimus & ordinamus, quod nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, pro iis puellis & virginibus, tam hærenus receptis quam deinceps recipiendis, etiam invitis parentibus, & consanguineis suis, in dicto Monasterio, ubi educentur & instruantur, ad quas aliqua bona, seu facultates vel redditus pertinere, aut quarum parentes, seu consanguinei, ad quos alioquin earum educatio & cura pertineret, facultates ex quibus illis alimenta in totum vel in partem præstare possent, possidere constiterit, alimenta huiusmodi, & alia ad victum & vestitum necessaria, ex bonis, pecuniis, rebus, & proprietatibus ad easdemmet puellas, aut ad earum parentes, seu consanguineos, quibus illarum cura & alimonia aliàs incumberet, quomodolibet pertinentibus & spectantibus, ubicumque existentibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, eorumque fructibus, redditibus, proventibus, & introitibus prædicto Monasterio, dum & donec ipsæ puellæ in illo degerint, juxta declarationem à Protektore, seu Prælate & deputatis prædictis, qui quantitates & qualitates bonorum huiusmodi & personarum, à quibus dicta alimenta præstanda erunt, rationem habebunt, faciendam, præstari & subministrari omninò debeant, ac omnium earundem puellarum, seu aliorum prædictorum bona, res, & proprietates huiusmodi, etiam si ex aliquo statuto, ordinatione, legato, vel testamento alienius alibi, & in alium usum, etiam sub pœna caducitatis vel devolutionis in eventum contraventionis destinata & relicta essent, ad id obligata & hypothecata sint & esse censeantur, ac remaneant. Ita & taliter, quod puellarum & virginum pro tempore introducendarum genitrices, & aliæ parentes huiusmodi, & aliæ personæ, penes quas bona, res, & proprietates prædictæ reperiuntur, & obligatæ existerent, ad præstandum & subministrandum eadem alimenta, victum & vestitum, & suppellectilia, seu acconcia vulgariter nuncupata, ac alia ad id consueta & necessaria, juxta Protektoris, seu Præfati, & deputatorum prædictorum declarationem huiusmodi, teneantur & obligatæ sint, & ad id per pro tempore existentes Protektorem, seu Prælatum & deputatos Congregationis prædictæ, quibus plenam & amplam ad præmissa & alia infra scripta facultatem & auctoritatem per præsentem impartimur, etiam via juris, & manu regia, omni mora, reclamatione, & dilatione postpositis, ac quocumque alio meliori modo, etiam executivè cogi & compelli posse.

*Puella in Monasterio degens, nullo pacto absque licentia Prælati contrahere possit, præterquam in casum modum Monasterii.*

§. 3. Præterea ne puellæ nunc & pro tempore in Monasterio huiusmodi receptæ, introductæ, & degentes aliquo modo seduci valeant, similiter statuimus & ordinamus, quod ipsæ puellæ, quousque ibi manserint, per se, vel interpositam personam, de bonis, proprietatibus, juribus, actionibus, & aliis rebus ad eas quovis modo pertinentibus, perventis & perventuris, ex quacumque causa, intuitu, & occasione quomodolibet disponere, aut super illis coram quocumque Notario, vel alia persona, publica vel privata, cujuscumque dignitatis, conditionis, auctoritatis, & excellentiæ existente contrahere, vel contractum aliquem, aut quemvis alium similem vel dissimilem actum publicum, vel privatum facere, requirere, aut illi consentire, vel consensum suum præstare, reddere, & apponere, & quicumque Notarius de præmissis, aut aliquo præmissorum se rogare, nisi & quatenus commodum & utilitatem dicti Monasterii respiciant, absque licentia, consensu, voluntate, auctoritate, decreto, seu interventu pro tempore existentis Prælati Congregationis huiusmodi,

di, nullo unquam tempore validè possint, nec valeant, & alias, ac aliter, præterquam in commodum & utilitatem ejusdem Monasterii pro tempore facta instrumenta, scriptura, acta, stipulationes & contractus, seu quæcumque alia dispositiones & ordinationes, nullam in iudicio & extrâ fidem faciant, ac nulla, irrita, & infecta, nulliusque roboris & effectus vel momenti prorsus & omninò sint, & pro nullis, irritis, ac infectis habeantur, ac censeri debeant.

§. 4. Et insuper, ut non solum bona ab ipso Monasterio, seu dicta Congregatione in dotationem dictarum puellarum erogata & eroganda, illis absque liberis decedentibus, ad prædictum Monasterium, seu Congregationem, ut par est, omninò redeant, sed etiam aliquid utilitatis eidem Monasterio proveniat, volumus & decernimus, quod quocumque contingat aliquam ex puellis & virginibus à prædicta Congregatione pro tempore dotatis, & matrimonio collocatis, absque filiis legitimis & naturalibus decedere, prædictum Monasterium illis sic decedentibus, in eorum tam immobilibus, aliisque cujuscumque qualitates existentibus bonis, juribus, rebus, & actionibus quibuscumque per eas relictis, aut ad eas pertinentibus, tam præsentibus, quam futuris, etiam si dictæ mulieres pro tempore decedentes de eisdem bonis & rebus, aliisque ad eas pertinentibus & competituris, in quarumvis personarum, seu etiam aliorum Monasteriorum, Ecclesiarum, & locorum piorum favorem quomodolibet disposuerint, nisi forsan in earum dispositionibus eidem Monasterio ultra dotem ab ipso Monasterio eis traditam, quartam saltem aliorum earum bonorum prædictorum reliquerint, quo casu dispositiones huiusmodi subsistere, aliter verò pro tempore faciendas viribus omninò carere, ac nullius roboris, & momenti fore & esse declaramus, legitimè succedere, ac hæres esse possit & debeat, prout Nos Monasterium ipsum eidem sic decedentibus mulieribus hæredem & legitimum successorem ex nunc perpetuè facimus & instituimus. Ita quod liceat nunc & pro tempore existentibus Prælate & deputatis prædictis, seu pro illis Agentibus vel Agenti, aut ejusdem Congregationis Procuratori legitimo, ipsius Monasterii nomine, abque alia hæredis institutione, Judicis declaratione, vel ministerio, seu solemnitate, etiam de jure, aut consuetudine, vel statuto debita aut requisita, rerum, proprietatum & bonorum à mulieribus decedentibus huiusmodi relictorum, illarumque hæreditatum corporalem, realem, & actualem possessionem, easdemque hæreditates suscipere, apprehendere, & etiam fructus exinde percipere, exigere, levare, vendere, alienare, & in dicti Monasterii, ejusque necessarios usus & utilitatem convertere, ac de illis tanquam de proptiis, & ad illud legitimè & juridicè spectantibus & pertinentibus disponere, cujusvis licentia desuper minimè requisita, eisdemque Monasterio, Protektori, Prælate, deputatis, & Congregationi concedimus & indulgemus.

*Et à Congregatione, ac si filii habuerint, disponere eorum aliorum locorum, priorum, ultra hæreditatem ad quos pertinentium sur-*

§. 5. Decernentes præsentem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notati, impugnari, ad terminos juris reduci, aut in jus vel controversiam revocari, seu adversus eas quocumque juris vel facti, aut gratiæ remedium à quoquam impetrari posse, sicque intentionis nostræ fuisse & esse, ac ita, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac etiam de latere legatos judicari & definiti debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Clausula præfata, ut cum erit irrita.*

§. 6. Non obstantibus quibuscumque ultimis voluntatibus, statutis, ordinationibus, testamentis, & hæredum institutionibus, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Urbis prædictæ, & quorumvis Monasteriorum, Ordinū, Ecclesiarum, & piorum locorū, etiā juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, necnon privilegiis, indultis, literis, & exemptionibus Apostolicis illis, eorumque Superioribus, Conventibus, Capitulis, & personis, ac dilectis filiis populo Romano, & quibusvis aliis,

*Clausula, ut*

aliis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, & efficacissimis ac insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in contrarium, etiam iteratis vicibus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, & alijs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro sufficienter, ac de verbo ad verbum expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 14. Octobris millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno undecimo.

CIV. Indulta Studii generalis Civitatis Ferrariæ, in Provincia Lombardiæ Status Ecclesiastici.

Hoc Studium erexit Bonif. IX. ut sup. in ejus const. 2. In summa, lib. 1.

Hanc Civitatem iste Clemens recuperavit pro Sancta Romana Ecclesia, quæ eam prius infœdaverat, ut supra in ejus constitutione 52. Sanctissimus. Et ibidem Rotæ Auditorium instituit, ut in alia ejus bulla 59. In supremo.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE dignitati & honori, ipsiusque temporalis ditionis conservationi, & augmento maxime conducere arbitramur, ut in præcipuis ejusdem temporalis ditionis civitatibus publicæ vigeant Studiorum generalium Universitates, in quibus tum ipsius imprimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditi, tum exteri etiam optimarum disciplinarum Studiis vacare possint. Et propterea ut magis in dies efflorescant, Nos illas amplioribus in dies favoribus & gratiis libenter prosequimur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire.

§. 1. Cum itaque in Civitate nostra Ferrariensi ab antiquissimo tempore instituta sit Universitas Studii generalis. Nos qui Civitatem prædictam per nos sub immediata nostra, & S. R. E. jurisdictione temporali receptam peculiari quadam dilectione prosequimur, cupientes Universitatem Studii generalis hujusmodi non solum conservari, sed in dies majora suscipere incrementa, illam specialibus quibusdam privilegijs & gratiis duximus exornandam.

§. 2. Motu igitur proprio, & ex certa nostra scientia ac matura deliberatione, & deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie perpetuò concedimus & indulgemus.

§. 3. Quod professores in dicta Universitate Studii generalis Ferrariensis, utriusque Juris, ac Artium & Medicinæ, cum se opportunitas obtulerit, Rectores, ut in more est, creare possint.

§. 4. Quod hujusmodi Rectores pro tempore, & iis non existentibus, Reformatores Studii prædicti facultatem habeant jus dicendi & cognoscendi de causis & litibus Scholarium dicti Studii quoad summam decem Scutorum tantum, tam active quàm passive, & privative quoad alios iudices quoscumque.

§. 5. Quod iidem Rectores, unà cum consiliarijs & Thesaurario, seu Reformatores, implorata ante omnia auctoritate, & obtenta licentia dilecti filii nostri & Apostolicæ Sedis in dicta Civitate Ferrariensi Legati, seu Gubernatoris pro tempore existentis, statuta dictæ Universitatis corrigere & reformare possint, quæ sic correctæ & reformata, perinde ac si auctoritate Apostolica roborata essent, observari debeant.

§. 6. Quod Scholaribus descriptis in albo dictæ Universitatis, de prædicti Legati, seu Gubernatoris licentia, qui inspecta qualitate personarum, & morum hujusmodi licentiam concedet, Arma quæcumque, non tamè expresse prohibita, diu noctuque, cum lumine & sine lumine, & ubique locorum deferre licitum sit, editis, aut proclamationibus, vel bannis quibuscumque minimè obstantibus.

§. 7. Quod Doctores legentes, & Scholares, tam Ferrarienses & alii subditi S. R. E. quàm alienigenæ quicumque albo dictæ Universitatis adscripti, veniendo & recedendo, conducendo & reconducendo libros, vestes, suppellectilia, utensilia, ac ea etiam emendo pro ipsarum & familiarum ipsorum usu & opportunitate, ab omnibus gabelis, vendigalibus, pedagijs, datijs, etiam bullettæ, & transitibus, aliisque oneribus (præterquam molitura & gabellæ, quæ dicitur di Piazza, necnon etiam ab omnibus functionibus, angarijs, & parangarijs, ac oneribus personalibus & realibus, tam hucusque impositis quàm in posterum ex quacumque causa imponendis, penitus immunes & exempti ac liberi perpetuò existant, prout Nos illos, & quolibet eorum liberos, immunes, & exemptos perpetuò facimus & declaramus.

§. 8. Demùm Collegijs Doctorum, & Universitati Scholarium Studii generalis Ferrariensis omnia & singula privilegia & indulta, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos & Apostolicæ Sedem Collegijs Doctorum, & Universitati Scholarium Studii generalis Civitatis nostræ Bononiensis concessa, etiam si talia sint, quæ speciali nota digna essent, quæ tamen omnia & singula præsentibus pro sigillatim expressis & specificatis haberi volumus, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ita ut Collegia Doctorum, ac Universitas Scholarium Studii generalis Ferrariensis hujusmodi privilegia & indulta in omnibus & per omnia frui, potiri, & gaudere possint & valeant, perinde ac si illis nominatim concessa fuissent, concedimus & indulgemus.

§. 9. Quocirca per præsentibus committimus & mandamus dilecto filio nostro S. R. E. Camerario, ac Præsentibus & Clericis Camera nostræ Apostolicæ, ut eisdem præsentibus in eadem Camera admittant, & in ipsius Camera libris describi & registrari faciant.

§. 10. Necnon prædicto nostro & Apostolicæ Sedis lateræ Legato, ac Venerabili fratri Episcopo Ferrariensi, quatenus ipsi vel alter eorum, per se vel alium seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, ac eisdem Doctoribus, Scholaribus, & alijs prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes; faciant auctoritate nostra illos præmissorum eorumdem effectu pacificè frui & gaudere, non permittere eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari, contradicere quoscumque per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegijs quoque, indultis & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 25. Octobris millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno undecimo.

Die Luna 16. mensis Decembris 1602. Præsentibus literis in Camera Apostolica exhibitis, & ex illius decreto commissæ fuerunt Perillustri & Reverendiss. D. Lelio Biscio, ejusdem Camera Apostolicæ Clerico Præsidenti, per quem die Mercurij 18. ejusdem mensis, prævia citatione contra Illust. D. d. Camera Commissarium, facta in eadem Camera relatione, ex alio ejusdem Camera decreto admissa & registrata fuerunt in ejusdem Camera libris penes infra scriptum alium Notarium existentibus, nempe libro octavo diversorum.

Lutius Calderinus

Quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, ubique præcedant Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

De Ordine Carmelitarum habes supra in const. 8. Honorij III. Vi vivendi, lib. 1. Et de Fratribus de M 4

Labores & scholares sine immunitate a gabellis pro vendendis rebus cum necessarijs, alijs que imposuissent, etc.

Doctores Collegij, & Universitatis Scholarium gaudent privilegijs studij generalis civitatis Bononiensis, ut concesserunt Bonif. IX. etc. in rubro.

Iussu hanc bullam admittendi in Camera Apostolica.

Deputatio executionum ejusdem bullæ.

Derogatio contrariis.

D. P. A. 11. die 25. Octob. Admissa in Camera Ap.

XCV.

Mercede habes sup. in const. 9. Gregoris IX. Devotioni, lib. 1. ibique plene notavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D. 1602. & 1604.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Decet Romanum Pontificem dissensionum & controversiarum materias inter Ecclesiasticas, Regulares presertim personas e medio tollere, ac precipere, prout in Domino salubriter conspiciatur expedire.

Controversiam ortam inter istos Ordines.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilecti filii Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum nobis nuper expositum fuit, alias in Civitate Calaritana in Regno Sardinie orta fuerit controversia precedenti inter fratres Ordinis Carmelitarum, & Fratres Ordinis B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum.

Visitatos Apost. & Roma Rom. diffinitur ad favorem Carmelitarum.

§. 2. Et licet de anno 1600. sub die 27. Aprilis per Visitatores Apostolicos decretum fuisset, ut Fratres Carmelitarum in eorum possessione precedendi dictis Fratribus beatæ Mariæ de Mercede manerent, & pridem in sacro Rotæ Auditorio, die 10. Martii 1600. etiam in petitorio precedentiam dictis Fratribus Carmelitanis deberi contra ipsos Fratres de Mercede declaratum fuerit, nihilominus dicti Fratres de Mercede recusaverint & reculent precedentiam dare dictis Fratribus Carmelitanis, & propterea non sine scandalo Populi ad publicas Processiones & funera defunctorum cum ipsis fratribus Carmelitanis accedere noluerint.

Quod hic Pontif. approbat.

§. 3. Nos super præmissis opportunè providere, ac omnem scandali & controversiæ occasionem, quantum cum Domino possumus, e medio tollere volentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris generalis nobis super hoc humiliter portectis inclinatis, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super factis ritibus & cæremoniis deputatorum, declaramus & decernimus, prædictos Fratres beatæ Mariæ de Mercede cogendos esse, ut ad processiones publicas, & funerals accedant, & precedentiam dictis Fratribus Carmelitanis relinquunt, juxta formam supradictorum decreti, & decisionis Rotæ.

Et sic iudicari jubet.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executione committit.

§. 5. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis presentes committimus & mandamus, ut quodcumque & ubicumque opus fuerit, quoties pro parte dictorum Fratrum Carmelitarum fuerint requisiti, presentes literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra prædictos Fratres B. Mariæ de Mercede in Civitatibus & locis, in quibus utraque Religio, Carmelitarum scilicet & Beatæ Mariæ de Mercede est instituta, ad Processiones publicas & funerals ad quæ accedere tenentur, omnino accedere, ac precedentiam ipsis Fratribus Carmelitanis, ut præmissum est, in illis, & in aliis etiam privatis Processionibus & actibus, in quibus utramque Religionem simul convenire contigerit, relinquere, ac ipsos Fratres Beatæ Mariæ de Mercede id facere recusantes, per censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita cogant & compellant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Obstantia tollit.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi jubet.

§. 7. Volumus autem ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides habeatur, quæ eisdem presentibus haberetur.

D. P. A. 11. die 15. Nov.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 15. Novembris millesimo sexcentesimo secundo, Pontificatus nostri Anno 11.

Sequitur ampliatio d. Diffinitionis.

AD Romanum Pontificem spectat dubia, quæ super constitutionum Apostolicarum interpretatione quandoque emergunt, declarare prout in Domino conspiciamus expedire.

§. 1. Alias siquidem à nobis emanarunt literæ tenoris sequentis, &c.

Omnium tenor, quia est ipsa bulla quæ præcedit.

§. 2. Cum autem postea, qui pro parte dilecti filii Procuratoris generalis dicti Ordinis B. Mariæ de Mercede oppositum fuit, præinsertas literas non debere intelligi pro omnibus, sed pro quibusdam particularibus tantum locis concessas, in Congregatione sacrorum rituum iterum negotium hoc, auditis utriusque Ordinis Procuratoribus maturè discussum, & ipsius Congregationis votum ad nos relatum fuit.

§. 3. Nos omnem ulterius dubitandi super hoc occasionem e medio tollere volentes, ex voto Congregationis præfatæ harum serie declaramus & decernimus, Fratres Ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ubique locorum fratres ejusdem B. Mariæ de Mercede præcedere debere, ac præinsertas literas in omnibus locis observandas esse.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere, & irritum & inane quicquid secus à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in eisdem præinsertis literis voluimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut presentium quoque transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides habeatur, quæ eisdem presentibus haberetur, si forent, exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marc. sub annulo Piscatoris, die 30. Septemb. millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri Anno 13.

Quod Parochi, & Clerici non possint petere majorem eleemosynam pro illis qui in Ecclesiis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in partibus Indiarum sepeliuntur, quam pro illis qui in parochialibus Ecclesiis eligunt sepulturam.

Alia de hoc Ordine vide supra apud const. 32. Leonis X. lib. 1.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Expositum nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Matthæi de Recalde Vicecommissarii, necnon Provincialium totius Ordinis Fratrum D. Francisci de Observantia Indiarum Occidentalium, quod Rectores parochialium Ecclesiarum Indiarum partium jam pridè hunc abusum introduxerunt, ita quod eleemosynas duplo majores ab iis qui in Ecclesiis domorum ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia, quam qui in parochialibus sepeliuntur exigere præsumpserunt, & ut dicitur in hoc, Ordinationum suorum, qui partem eleemosynarum hujusmodi percipiunt, consilio & assensu.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, plerique Christi fideles in dictarum domorum Ecclesiis ob difficultatem jus adeo onerosum persolvendi, sepelire se facere non possint, quo fit ut Ecclesiæ hujusmodi mortuorum sepulturis, & consequenter eleemosynis in dies fieri consuetis propemodum priventur.

§. 2. Idcirco pro parte eorundem Matthæi Vicecommissarii, & Provincialium nobis humiliter supplicatum fuit ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur hujusmodi abusus omnino tollere, atque dicti Ordinis commoditatem prorogationi, quantum in Domino possumus prospicere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ex voto venerabilium Fratrum

fratrum nostrorum S. R. E. Card. super consultationibus & negotiis Episcoporum & regularium deputatorum, omnibus & singulis parochialium Ecclesiarum universarum Indiarum Occidentalium rectoribus nunc & pro tempore existentibus harum serie interdicens & prohibemus, ne sub excommunicationis majoris late sententia poena, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possint, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus majorem elemosynam ab iis qui in dictarum domorum, quam parochialibus Ecclesiis hujusmodi sepeliuntur, quovis prætextu, aut occasione, etiam de consilio, consensu, seu mandato suorum ordinariorum, exigere debeant, seu præsumant.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, domorum, & ordinariorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ecclesiis, domibus, & ordini, earumque Rectoribus, Superioribus, & Fratribus, ac quibusvis aliis personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 28. Januarii, millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

transumptis

transumptis

transumptis

transumptis

transumptis

transumptis

transumptis

transumptis

matura deliberatione nostra, deque Apostolica potestate plenitudine, hæc nostra perpetuè valitura constitutio, ne, dicti Pauli prædecessoris vestigiis inherentes, ac ejus constitutionem prædictam, quoad poenas in ea contentas innovantes, ac perpetuè confirmantes & approbantes, prædictos omnes & singulos, qui hætenus in similes errores, aut eorum aliquem lapsi sunt, aut in posterum prolabentur, attenta dictorum errorum gravitate & enormitate, cujuscumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, nulla illis etiam ignorantia prædictæ constitutionis excusatione suffragante, pro subversis & relapsis in hæresim haberi, & tanquam relapsos Curia seculari tradi, ac per eandem Curiam debitæ poenis, in lapsos statuti puniri posse, auctoritate Apost. tenore præsentium perpetuè statuimus.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ prædictus Paulus prædecessor voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ut autem hujusmodi constitutionis ignorantia de cetero allegari, aut prætendi nunquam possit, atque ut præsentibus omnibus innotescant, volumus illas ad valvas Ecclesie Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum & in acie Campi Floræ, more solito publicari & affigi, atque iis inde amotis, earumdem exempla etiam impressa, ibi affixa relinqui, factaque publicatione hujusmodi, omnes qui in Vrbe post mensem, qui verò extra eam, & citra montes, post quatuor menses, & qui demum ultra montes fuerint, post decem menses à die publicationis hujusmodi computandos, petinde officere & arctare, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

§. 6. Et nihilominus ut ipsæ præsentibus literæ eo notiores fiant, & omnibus magis innotescant, necnon pro potiori cautela, volumus ut Inquisitores contra hæreticam pravitatem in iis Civitatibus, terris, & locis, in quibus constituti sunt, ubi verò hujusmodi Inquisitores non sunt, locorum Ordinariorum publicationem præsentium, ut infra dicitur, fieri curent, ac propterea universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariorum, necnon dilectis filiis Inquisitoribus præfatis contra hæreticam pravitatem ubilibet constitutis per eandem præsentibus committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, ut per se vel alium, seu alios hæc nostras literas, postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, ipsi quidem Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & alii locorum Ordinariorum in eorum Cathedralibus & majoribus respectivè Ecclesiis Civitatum, oppidorum, & locorum quorumcumque eorum diocesis, ubi Inquisitores non fuerint, ubi verò Inquisitores fuerint, ipsi Inquisitores in eisdem Ecclesiis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenit, solemniter publicent, & publicari auctoritate nostra mandent.

§. 7. Ceterum quia difficile foret easdem præsentibus ad singula loca ubi opus esset deferri, volumus, & simili auctoritate decernimus, ut earum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Inquisitoris contra hæreticam pravitatem, vel cujuscumque personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique in judicio & extra fides habeatur, quæ ipsi literis haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die tertia Februarii, millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Anno à Nativitate ejusdem Domini N. Iesu Christi 1603. die decimaquarta Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Papa III. anno eius duodecimo, retrospectiva litera affixa & publicata fuerunt ad valvas Ecclesie Sancti Iohannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & acie Campi Floræ, relicti ibidem copias impressis, & affixis per nos Augustinum Braschevici, & Catherinum Menandri Apostolicos Cursores.

P. Aloysius Petegrini magister cursorum.

Appro

Quibusvis

Et in Vrbe

Etiam ad

Exemplis

D. P. An. 16

3. Februarii

Publicatio

XCVII. Approbatio Confraternitatum sub invocatione Sanctissimi nominis Jesu, in provinciis Regni Peru institutarum & institucendarum, cum indulgentiarum elargitione.

Primum hujusmodi Sodalitatis institutionem in Regnis Hispaniarum, & eius ad alia loca extensionem, vide in Pii IV. Const. 78. Injunctum, ubi notari, lib. 2.

Edita A. D. 1603.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

In Indiis Occidentalibus Sodalitates Nominis Jesu instituta sunt & insinuada de licentia Ordinarii.

Hic ergo Pater pro eorum augmento Cofratribus indulgentias concedit.

Cum sicut accepimus in diversis Civitatibus, Oppidis, Castris, Terris, seu locis Perualibus in Indiis Occidentalibus existentibus, nonnulli Christi fideles earumdem partium quamplures utriusque sexus Christi fidelium Confraternitates ob maximam eorum devotionem, qua erga Sanctissimum Nomen Jesu gerant, sub titulo, seu invocatione ejusdem Sanctissimi Nominis, in Parochialibus vel aliis Ecclesiis, seu Oratoriis ibidem existentibus, de licentia & auctoritate Ordinarii, ac aliis canonicè jam instituerint, & in futurum quamplures alias, similiter instituturæ sub eodem Sanctissimo Nomine intendant.

§. 1. Nos pro nostro Pastoralis officio cupientes, ut Christi fideles illarum partium omnibus diebus in diversis operibus piis atque exercitationibus divinis versentur, & quæ ad excitandam pietatem, mores informandos, & æternam salutem procurandam pertinent, utque uberius Christi fideles inde cælestium munera gratiarum consequi posse cognoverint, de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate cõsis, supplicationibus quoque pro parte venerabilium fratrum Episcoporum illarum Provinciarum Regni del Peru nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui hujusmodi Confraternitates sub invocatione Sanctissimi Nominis Jesu jam institutas, & pro tempore canonicè, ut præfertur, institutas, de cetero in perpetuum ingredientur, & in consortiis earundem Confraternitatum describentur, die primo eorum ingressus & descriptionis, si verè pœnitentes & confessi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumserint, plenariam. Ac tam ipsis nunc & pro tempore describendis, quàm jam in eisdem Confraternitatibus descriptis confratribus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si pariter verè pœnitentes & confessi, sacraque communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem corde devotè invocaverint, etiam plenariam.

Confratribus eisdem, aliis quo eorum Ecclesiis visitantibus aliis indulgentias concedit.

§. 2. Necnon omnibus utriusque sexus Christi fidelibus etiam verè pœnitentibus & confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesias, seu Capellas, Oratoria & Altaria dictarum Confraternitatum die festo Circumcisionis Domini nostri Jesu Christi à primis vespere usque ad occasum Solis ejusdem diei singulis annis devotè respectivè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quoad Confratres earundem Confraternitatum, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quoad alios verò non Confratres, viginti annos & totidem quadragenas de injunctis eis, seu aliis quomodolibet debitæ pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Confratribus alia pia opera bis annuatim faciendis indulgentias concedit.

§. 3. Insuper eisdem Confratribus similiter verè pœnitentibus & confessis, sacraque communione refectis, qui Ecclesias, seu Capellas, Oratoria, & Altaria prædicta in primo Pentecostes, Conceptionis & Assumptionis B. Mariæ Virginis, Dominica in Albis festis diebus, à primis vespere, ut præfertur, etiam respectivè visitaverint & oraverint, quo die prædictorum id egerint, viginti annos & totidem quadragenas, ut supra relaxamus. Quoties verò prædicti Confratres Missis & aliis divinis officiis in dictis Ecclesiis, seu Capellis, Oratoriis, & Altaribus prædictis pro tempore celebrandis & recitandis, seu Congregationibus publicis vel privatis earundem Confraternitatum ubi vis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem cum inimicis propriis, seu

alterius composuerint, vel componi fecerint, seu procuraverint, necnon etiam qui corpora defunctorum, tam confratrum dictarum Confraternitatum, quàm aliorum ad sepulchrum associaverint, vel quascumque per ipsas Confraternitates processiones de licentia Ordinarii faciendas, dictumque sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, tam in processibus, quàm dum ad infirmos, aut aliis ubicumque & quomodocumque pro tempore defertur, comitati fuerint. Aut si ab hoc impediti, campanam ad id signo dato semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinque Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam pro animabus defunctorum dictarum Confraternitatum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut ignorantes præcepta ea quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud Pietatis aut Charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum centum dies de injunctis, seu aliis ut supra relaxamus.

§. 4. Præsentibus pro dictis Confratribus earundem Confraternitatum perpetuis futuris temporibus, pro aliis verò non confratribus ad viginti annos à die publicationis præsentium inchoandos valituris.

§. 5. Volumus autem, quod si aliis aliquibus ex dictis Confraternitatibus jam erectis præmissa peragentibus aliquam aliam indulgentiam, perpetuè vel ad tempus nondum elapsam duraturam concesserimus, præsentibus quoad illas Confraternitates nullæ sint.

§. 6. Et quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca opportuna deferre, volumus & decernimus, quod earundem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutz munitis ubique eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Marc. sub annulo Piscatoris, die trigesima Junii millesimo sexcentesimo tertio, Pontific. nostri Anno duodecimo.

Quando locorum Ordinarii Regularibus licentiam possint impartiri novos Conventus constituendi.

Hanc facultatem Sedi Apost. antea reservatam à Bonifacio VIII. in cap. 1. de excessib. Prælat. in 6. Ordinariis postea dedit Concilium Trident. sess. 25. cap. 3.

Scias autem Paulum V. novissimè indulgisse Fratribus Carmelitanis Discalceatis, de solo Ordinarii consensu nova loca erigere posse, ut infra in ejus Const. 10. Ad Ecclesiæ.

Adde quod Fratribus Minoribus S. Francisci de Observantia Discalceatorum Hispaniarum concessit Paul. V. nova loca erigendi facultatem certis modis & forma, & eam extendit ad Fratres ejusdem Ordinis citra montes degentes Greg. XV. in sua Const. 16. Aliis in, tom. 4. Hujus autem Clem. Constitutionis approbationem, innovationem, & ampliationem habes in d. Greg. XV. Const. 31. Cum aliis, tom. 4. Et demùm S. D. N. Urb. VIII. in sua Const. 25. Romanus, revocavit omnes licentias à Prædecessoribus suis concessas erigendi loca regularia, non servata forma Const. Clem. VIII. & Decretorum Sedis Apostolicæ, quæ tamen effectum suum non erant sortitæ. Ac prohibuit illa de cetero erigi absque Ordinarii licentia, & Sacris Canonibus, Concilio Trid. & Clem. ac Greg. prædictorum Constitutionibus non servatis.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1603.

Quoniam ad institutam Regularium locorum & personarum reformationem promovendam & conservandam maxime pertinet, ut in quibusque Domibus & Monasteriis tantus numerus Religiosorum, qui commodè ibidem alii possit, contineatur, ac eò pariter spectat, ut in quibusque Civitatibus & locis novæ domus & Monasteria, præsertim Mendicantium, non erigantur, nisi in eisdem Civitatibus & locis aliarum domorum & Monasteriorum

Causa hinc conclusit.

actiorum in eis existentia habita ratione, commode sustentari posse, signoscant.

§. 1. Hac igitur nos consideratione dediti, & in premissis pro nostro Pastoralis munere opportune providere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolice potestatis plenitudine, ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Card. super consultationibus & negotiis Episcoporum & Regularium propositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conventus cujusque Mendicantium Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ jurisdictioni subiectis erigendos impertiri, nisi vocatis & auditis aliorum in eisdem Civitatibus & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus & causa servatis servandis cognita confiterit, in eisdem Civitatibus & locis novos hujusmodi erigendos Conventus, sine aliorum detrimento commode sustentari posse.

§. 2. Si vero ab eorum in hujusmodi causis sententiis ad Nos & Apostolicam Sedem provocari & appellari contigerit, mandamus ipsos Ordinarios tandiu erectioni novorum Conventuum suspendere debere, quousque à Nobis & Apostolica Sede in eadem causa pronunciatum extiterit, irritum nihilominus & inane decernentes quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca universis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per presentes in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut presentes nostras literas observent, & observari curent & faciant.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibuscumque statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 23. Julii, millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri Anno 12.

Contra auferentes & occultantes bona Monasteriorum, seu Conventuum fratribus Minoribus S. Francisci strictioris Observantiæ concedendorum.

Institutionem illorum Fratrum & alia, tam eorum quam totum Ordinem S. Francisci concernentia, notavi supra in Clem. VII. const. 35. In suprema, lib. 1.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, ea quæ pro indemnitate & utilitate Ordinum, illorumque Monasteriorum seu Conventuum per Superiores providè facta sunt ut inviolatè observentur, Apostolicæ firmitatis robore communi.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus filius noster Hieron. tit. S. Pancratii Presb. Card. Mathæius nuncupatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franc. de Observantia Prætor, pro omnium fratrum Reformatorem ejusdem Ordinis, nunc & pro tempore ubilibet existentium indemnitate, utilitate, & prosperitate, infrascriptum decretum ediderit tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Nos Hieron. misericordie divina tituli S. Pancratii

S. R. E. Presb. Card. Mathæius, rector Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Prætor, Correcor, & Gubernator. Cupientes indemnitate, utilitati & prosperitati omnium fratrum strictioris observantia Reformatorem nuncupatum dicti Ordinis, nunc & pro tempore ubilibet existentium, ac in primis antmarum salutem quantum cum Domino possumus consulere ac providere, presentis decreti vigore omnibus & singulis Ministris Provincialibus, aliisque tam prælati, quam subditis nostre protectioni & gubernio cõceditis. In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus ac mandamus, ne deinceps quis illorum, cum contigerit Monasterium seu Conventum aliquem pro reformatione introducenda, fratribus Reformati, ut præfertur, de mandato Superiorum effectivè concedi, tradi ac assignari, sive antequam effectivè assignetur, de hujusmodi assignatione facienda notitiam quoquo modo habuerit, audeat vel præsumat, per se vel alium quomodolibet, directè vel indirectè, sub quovis prætextu, aut quæsito colore detinere, auferre, abscondere, aut aliis sive intra, sive extra Ordinem tradere, aut secum deferre quicquam attinens vel pertinens, quovis titulo, modo, aut forma, ad publicam utilitatem, commoditatem, & communitatem dictorum Conventuum, seu Monasteriorum Reformati concedendorum, eorumque Ecclesiarum, Choros, Sacristias, Dormitoria, Valetudinaria, Cellas, Bibliothecas, Refectoria, Cellaria, Coquinas, aliasve officinas, vel ad alicujus officii functionem, aut ad ipsorum Conventuum seu Monasteriorum suppellectilem, eleemosynas, scripturas, vel libros spectans, nec ad id efficiendū cõsiliū, auxiliū, vel favorem alicui, directè vel indirectè, ut prædicitur, ullo modo præbere. Qui secus fecerit, eo ipso omnibus officiis, dignitatibus, & honoribus Ordinis, ac utraque voce in perpetuum privatus existat, & pro qualitate delicti carceribus etiam mancipetur, ac in subsidium pœna excommunicationis mulsetur. Et ut nullus de præmissis ignorantiam prætereundè valeat, sub eisdem pœnis omnibus & singulis provincialium Ministris, seu Commissariis expresse mandamus, ut cum primū de hujusmodi nostro decreto transumptum habuerint, teneantur per omnes suarum Provincialium Conventus illud cõ effectū legi & publicari facere, ac de publicatione hujusmodi nos statim certiores reddere. Et ita decernimus, statuimus, & ordinamus, non solum isto, sed & omni alio meliori modo, & c. in quorum fidem, & c. Datum Romæ in Palatio nostro, die ultima mensis Julii 1603.

§. 3. Propterea nos, ut decretum prædictum deinceps observetur providere volentes, præinsertum decretum cõ omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illique perpetuè & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris quæ facti defectus, si qui in eo intervenerint, supplemus, ac ab omnibus & singulis Ministris Provincialibus, aliisque tam Prælati quam subditis dictæ protectioni subiectis sub pœnis in præinserto decreto contentis, perpetuò observari, ac in singulis Capitulis provincialibus publicari debere præcipimus & mandamus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis, quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo dicti Card. Prætoris, aut alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem quæ præsentibus haberetur, fides habeatur.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 24. Julii millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri Anno 12.

Declaratio quod Congregatio Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatz Mariæ de Monte Carmelo, est unus de quatuor Ordinibus Mendicantium, eorumque gratiis omnibus perfruitur.

De hac Congregatione vid. sup. in const. 25. Pastoralis, & inf. in const. 4. Pauli V. cum utrobique indicatis.

CLEMENS

Commodo...  
S. R. E. Card. Mathæius...  
Institutionem...  
Clem. VII. const. 35...  
Clem. VIII. Ad perpetuam rei memoriam...  
Decet Romanum Pontificem...  
Cum itaque...  
Nos Hieron. misericordie...

Ne Post. d. decretum approbatur...  
Clemens VIII. const. 35...  
Clem. VIII. Ad perpetuam rei memoriam...  
De hac Congregatione vid. sup. in const. 25. Pastoralis, & inf. in const. 4. Pauli V. cum utrobique indicatis.

Edita A.D. 1603. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius declarationis.

Declaratio Pontificis Carolus deiscalceator esse de quatuor Ord. Mendic.

Hoc generaliter pro Carmelitis statuerat Pius V. supra in eius const. 44. R. mon. 240. lib. 2. Privilegia Ordinis ist. dem Dif. al. oens. com. petere declar.

Prærogativas omnium ab omni prohibitione, prærogativas. Ad processiones non compelli decernit.

Decretum irritans.

Deputatio exco. c. c. c.

Romanum Pontificem decet pacem & unitatem, maxime inter Dei ministros, omni sollicitudine tueri. Quobrem egre tulimus eos, quorum est evangelizare pacem & bona, & quibus à Domino sapè jubetur, pacem & unitatem diligere, veritatem apertissimam perperam & sine fundamento impugnando, pacem non absque scandalo pulillorum scindere. Ad aures enim nostras pervenit, nullo Religiosos in partibus Indiarum, non obstantibus habitu, regula, professione, ac titulo, à Summis Pontificibus prædecessoribus nostris, & à Nobis, ac etiam ab universo populo Christiano ubique dati solito dilectis filiis Reformatis Discalceatis Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, ausu temerario contendere, illos Carmelitas non esse, nec unum ex quatuor Ordinibus Mendicantibus. Nos qui iustitiam & veritatem colere tenemur, huius rei, licet adeo esset manifesta, majorem certitudinem, habita in nostra Congregatione super reformatione & visitatione Regularium constituta, natura deliberatione, nostra declaratione patefacere deliberavimus.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Ordinem & Congregationem dilectorum filiorum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, unum esse ex quatuor Ordinibus Mendicantibus, Ordinem scilicet Carmelitarum, cujus religiosi strictius regulam à be. me. Alberto Patriarcha Hierosolymitano habitantibus in Monte Carmelo traditam, à fel. rec. Innocentio Papa IV. prædecessore nostro confirmatam profitentur & observant.

§. 2. Ipsique omnia ad prædictum Ordinem, tam de jure quam ex privilegiis attinentia, tanquam propria competere, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, cui declarationi nostræ si quis contradicere præsumpserit, illum anathematis vinculo innodamus.

§. 3. Et licet Religiosi, ut accepimus, Evangelicæ humilitatis æmulatores consilium Dominicum sectantes, infimum locum tam in processionibus quam Congregationibus, & aliis quibuscumque eventibus elegerint & eligant. Nos tamen qui Domini vices gerentes in terris omnium jura tueri tenemur, ipsos nullo modo decursu temporis, aut alio præscriptionis modo, locum, & præeminentiam, aut aliam prærogativam Ordini Carmelitarum competentem perdere, in toto nec in parte, neque unquam in dubium revocari, ita ut quoties quæ per humilitatem prætermittunt, ob justitiæ ordinem repetere voluerint, propria auctoritate possint & valeant, auctoritate & tenore prædictis perpetuo statuimus, volumus, & ordinamus.

§. 4. Præterea illos licet ob ædificationem fidelium, maxime noviter ad fidem venientium, propriæ quieti cedentes, ad processiones tam privatas quam generales exierint vel exeant, cum in strictiori clausura perpetuo, juxta regulam quam profitentur, degant, ad processiones generales compelli nunquam posse.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Mexicæ, necnon dilectis filiis Decano, & Archidiacono Ecclesiæ Mexicæ, per presentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, perse vel alium sepius alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dilectorum Religiosorum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos præmissorum omnium & singulorum effectum pacifice frui & gaudere, non permittenes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradiçtores quoscumque per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 7. Non obstantibus sicut ord. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas assiquit auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, Religiosis, & quibusvis aliis personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus habetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die vigesima Augusti, millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Confirmatio Unionis Militiarum SS. Mauricii & Lazari. Innovatioque Hospitalitatis in locis Sancti Lazari, cum aliquorum indultorum declaratione.

Plene de antiqua Militia Sancti Lazari, notavi supra in consuet. 28. Pii V. lib. 2. Institutionem autem Militiæ Sancti Mauricii à Serenissimo Duca Sabaudia ordo, vide supra in consuet. 6. Gregor. XIII. Christiani, lib. 2. Et utriusque Militia unionem habet in ejusdem Greg. const. 7. Pro commissa, supra.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem in supremo militantis Ecclesiæ solio, & Apostolicæ potestatis plenitudine immensa Redemptoris nostri benignitate constitutum, attentè considerationis suæ aciem in agri Domini ejus curæ commissi circuitu, vigilis Pastoris more revolvere, ac inter cetera quid pro militiarum & hospitalium quorūlibet, præsertim sub regularibus institutis, ac sua & Apostolicæ Sedis protectione, ad ejusdem Redemptoris nostri gloriam, Ecclesiæ prædictæ exaltationem, fidei Catholicæ defensionem, illius hostium & aliorū infidelium injurias propulsandas, simulque pietatis & charitatis opera exercenda institutorum, necnon personarum illis sub salutiferæ Crucis signo adscriptarū felici directione, profectibus & commoditatibus conferat, diligenter prospicere, ac prædecessorum suorum gesta ad id tendentia, ut firma & illibata persistant, nedum probationis suæ præsidio communire, sed eorum etiam aliqua temporis successu ex apparentibus causis labefactata atque subrogata, pristino statui restituere, & alias in his providentiæ suæ partes favorabiliter interponere, prout militiarum & hospitalium hujusmodi qualitibus, Catholicorum quoque principū illis Præfectorum, insignibus etga Ecclesiam & Sedem prædictam meritis, ac rerum & temporum circumstantiis debite pensatis, conspiciunt Domino salubriter expedire.

§. 1. Cùm itaque aliis postquam fel. rec. Pius Papa IV. prædecessor noster hospitalitatem pauperum leprosoꝝum Sancti Lazari Hierosolymitani, prisicis quidem temporibus florentem, & illustrem, sed nunc injuria temporum non parum imminutam, & quasi prolapsam, illiusque militiam, magnum Magistrum, Conventum, Milites, & personas, eorumque Ecclesias, domos, hospitalia, præceptorias, loca, membra, subditos, vassallos, colonos, animalia, prædialia, & bona quæcumque sub Beati Petri, ac sua atque Sedis protectione susceperat.

§. 2. Omniaque & singula illis per diversos Romanos Pontifices prædecessores suos concessa privilegia, exemptiones,

Contra. derog.

Transumptis credi poss.

D. et. P. die 20. 1603.

C11

Edita A.D. 1603.

Procurator.

Pius IV. de Spirale S. Lazari, consuet. Militiam in Sede Apost. protectio. redacta, ut supra in consuet. 95. Later. lib. 2. Privilegia. et. cum confirmatis.



priones, & jurisdictione ordinariorum libertates, immunitates, & a contributione de solutione decimarum & onerum facultates, preeminencias, prerogativas, jurisdictiones, indulgentias, gratias, & indulta spiritualia & temporalia benigne concessa & elargita, Motu proprio, & ex certa eius scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine confirmaverat, approbaverat, & innovaverat.

§. 3. Ac novæ etiam facultatis pro singulis militibus, ac presbyteris, capellanis hospitalis & militie hujusmodi, tunc & pro tempore existentibus, unam vel plures pensiones annuas, usque ad summam quingentorum ducatorum auri de Camera novorum, super quibusvis fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, distributionibus, etiam quotidianis, & rebus Ecclesiasticis, sibi aliis canonicè reservatas, seu reservandas, aut illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, distributiones, etiam quotidianas, & res hujusmodi illis assignatas & assignandas, usque ad summam prædictam, quoad viverent, & si ipsi milites matrimonium juxta hospitalis & militie hujusmodi instituta & stabilimenta contraxissent, retinendi & percipiendi concessione ampliaverat.

§. 4. Pater mem. Pius Papa V. etiam prædecessor noster, quibusdam ex eis rescissis ac eliminatis, ac alii modo & forma tunc expressis & præscriptis per quasdam suas litteras sub dat. Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1566. septimo Kal. Februarii, Pontificatus sui Anno secundo, approbaverit & innovaverit, quarum litterarum formam, & tenorem hic de verbo ad verbum pro expressis & insertis plenariè haberi, & quoadcumque etiam ad partem, ad omnem simplicem requisitionem magni Magistri, conventus, ac cujuslibet Militie, Præceptoris, & alterius interesse habentis, exprimi & extendi posse, & ubique in judicio & extra fidem facere volumus, decernimus, & mandamus.

§. 5. Postmodum autem idem Pius V. sua perpetua constitutione quinto Idus Septembris, ejusdem Pontificatus sui Anno tertio edita, quæ incipit, Sacrosanctum, inter alia revocaverit & aboleverit omnia & quæcunque privilegia, facultates, dispensationes, & indulta ejusdem S. Lazari, ac omnibus & singulis aliis hospitalibus, militiis, eorumque militibus, fructibus, & personis, de pensionibus, fructibus, & aliis rebus Ecclesiasticis per ipsos milites obtinendis, præcipiendis, ac etiam in alium, vel alios transferendis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, ac ipsismet Pium V. & dictam Sedem, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & pro fidei Catholicæ, aut dictæ Sedis defensione, & quibusvis aliis causis, quantumvis gravibus, urgentibus, onerosis concessa, & confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, ita quod dicti milites, sive coniugati, sive bigami, sive clerici, aut presbyteri forent, nullas de cetero reciperent, sed eas solas, quas tunc habebant, citra facultatem ipsas transferendi, retinerent, & illæ quoque per futurum contrarium matrimonii extinctæ censerentur.

§. 6. Deinde verò recol. mem. Gregor. Papa XIII. similiter prædecessor noster, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, dictæque fidei in Sabaudia & Pedemontis regionibus defensionem, militiam S. Mauritii martyris, sub regula cisterciensis, cuius suprema Sedes & Conventus in loco ad id à bon. mem. Emanuele Philiberto Sabaudia Duce, tunc in humanis agente, in ipsa regione Sabaudia assignando & statuendo perpetuò esset, & in ea Magistratum unum Magnum nuncupandum, supremam illius dignitatem, pro uno Magistro, cum militum & ministrorum numero sibi beneviso, ac mensa magistrali, officiis, juribus, jurisdictionibus, & insignibus consuetis, ad aliarum hujusmodi militiarum instar, per quasdam exererit & instituerit, ac Magistratum prædictum à primæva illius erectione hujusmodi tunc vacantem prædicto Emanuele Philiberto Duci, ejusque successoribus Sabaudia Ducibus, qui Duces pariter & magni Magistri essent, concesserit & assignaverit.

§. 7. Et subinde diligenti meditatione considerans sic de novo erectam & institutam militiam magnos proculdubio fructus, tali præsertim ductore, fidei prædictæ allaturam esse, sed multò tamen majores si aliis adjumentis Bullarum Magni Tom. III.

per auxilium felicitis & monita foret, militiam hospitalis S. Lazari prædictam, tunc Magistri regimine, & ex magna parte pristinis suis privilegiis, honoribus & præeminenciis dotatam, cum ejus Magistratu, Prioratibus, Præceptoribus, Hospitalibus, & aliis beneficiis regularibus, eorumque membris, grangiis, castris, Villis, domibus, possessionibus, proprietatibus, fructibus, & bonis, tam mobilibus quam immobilibus, ac se moventibus, juribus & actionibus universis, necnon Ecclesiis, capellis, terminis, & pertinentiis quibuscumque ad illam spectantibus, quæcunque, quorocunque, qualiacunque & ubicumque foret, exceptis tamen iis quæ in regno & dominiis tunc existentis Hispaniarum Regis Catholici consistebant, dictæ militie S. Mauritii, ita quod ipsa deinceps in perpetuum militia SS. Mauritii & Lazari nuncuparetur, ac prædictus Emanuel Philibertus, & pro tempore existens Sabaudia Dux, militie S. Lazari hujusmodi Magister esset & appellaretur, necnon Prioratus, Præceptoratus, & alia beneficia ejusdem militie S. Lazari, & illa obtinentes, alique milites, capellani, & persone curæ, gubernio, & jurisdictione ipsius Ducis, & magni magistri, in omnibus & per omnia subessent, prout antea suberant, sibi que tanquam membra capiti obediunt & obsequerentur, ac aliàs sub certis modo & forma, & cum facultatibus tunc expressis, ac onere quod idem Emanuel Philibertus, & pro tempore existens Dux, & magnus magister duas extremitates militibus prædictis instructas pro Romani Pontificis pro tempore existentis, dictæque Sedis contra hæreticos, piratas, & alios illius hostes defensione continuò manutenere teneretur, per quasdam alias sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, idibus Novembris, Pontificatus sui anno primo, perpetuò univertit, annexerit, & incorporaverit.

§. 8. Ac per reliquas suas sub eadem posteriore data confectas literas statum, essentiam, dependentiam, & instituta omnia regularia dictæ hospitalis S. Lazari, in omnibus & quibuscumque Prioratibus, Magistratibus, Præceptoribus, Hospitalibus, Ecclesiis, Capellis, & aliis beneficiis regularibus, necnon membris, grangiis, & locis ejusdem militie S. Lazari, & ab eo quomodocunque dependentibus, in Regnis & dominiis prædictis Philippi Regis consistentibus, & ab hujusmodi unione, ut præfertur, exceptis, sine præjudicio illa obtrinentium, etiam perpetuò suppresserit, & extinxerit, ac ad statum secularem omninò reducerit, illaque omnia cum suis castris, villis, domibus, proprietatibus, rebus, & bonis immobilibus, & se moventibus, juribus, actionibus, & pertinentiis universis ubicumque, ac cujuscumque qualitatis, quantitatis, speciei, naturæ, & annui valoris existentibus, ab eodem hospitali S. Lazari, ejusque & aliorum quorocunque ipsius locorum dependentia, correctione, visitatione, auctoritate, & dispositione, etiam per foundationem, privilegium, statutum in veteratum, præscriptamque consuetudinem, ac aliàs quomodocunque pertinentium, similiter perpetuò exemerit & liberaverit, sibi que & dictæ Sedi immediatè subjecerit, eademque omnia, si tunc vacabant, & quotiescumque & ubicumque in perpetuum vacarent, suæ & Romani Pontificis pro tempore existentis, ac ejusdem Sedis Apostolicæ dispositioni dumtaxat specialiter & expressè reservaverit, inhibitione, ac irritanti, & aliis decretis de super appositis, prout in singulis literis, & constitutione prædictis plenius continetur.

§. 9. Dicta autem militia SS. Mauritii & Lazari hujusmodi successoris regimine & directione multiplicata, & strenuorum militum cruce ejusdem Redemptoris Domini nostri signatorum numero tanquam fecundo foetu non parum adaucta, ac propagata noscatur, & si Ecclesiæ, Hospitalia, atque loca, tanquam membra à suo capite, ut præfertur, divisa, distracta, & secularia effecta, ad jus & proprietatem militie SS. Mauritii & Lazari hujusmodi reducerentur, aliaque infra scripta fierent, & ordinarentur, spectandum omninò sit, ut illa majora in dies, tam in spiritualibus, quam temporalibus suscipiat incrementa, illiusque magnus Magister, milites, & alie persone, & promptis, & ferventiùs ad egregiam & fidelem operam pro dictæ Sedis Apostolicæ, & populorum illi subditorum defensione perpetuò navandum accendantur & animentur.

Et quodam loco in d. unione reservata ad statum secularem reduxit, & d. fessio. in Sedi Apostolicæ reservavit, ut ibid.

Nota quia hic Pontifex hanc reservationem hie inf. revocavit.

Ex hac unione magnam incrementum, & maius in dies sperantur.

*His idem p[ro]p[ri]et[ar]iis ap[er]t[is] p[ro]p[ri]et[ar]iis p[ri]vilegiis & indulgentiis p[ro]p[ri]et[ar]iis & Militia S. Lazari, sal[ut]is m[od]ificati[on]ibus in q[ui]bus d[omi]ni Pii Quinti lib[er]i.*

§. 10. Nos de p[re]missis omnibus & singulis plenissimè informati, tam Carolum Emanuelem Ducem & magnum Magistrum, qui p[re]ter sui generis ex clarissimis Imperatoribus deducti splendorem, & eximie erga Ecclesiam, & Sedem Apostolicam p[re]dictam devotionis, & fidei fervorem, non sine summa animi pietate, & fortitudine, ac flagranti tuenda & propaganda Religionis Catholice zelo gerere comprobatur, suorumque progenitorum exemplo antiquam illorum estimationem, ac perpetuam virtutis & glorie hereditatem, quasi per manus traditam feliciter conservare contendit, quam milites p[re]dictos singulari nostrae benignitatis & munificentiae favore prosequi, ac alias p[re]dictae militiae Sanctorum Mauricii & Lazari indènitati, decori, & ornamento consulere, dispendisque occurrere volentes, his & aliis rationabilibus causis adducti eundem Carolum Emanuelem Ducem & magnum Magistrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum p[re]sentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, Motu proprio, non ad ipsius Caroli Emanuelis Ducis & magni Magistri, vel alicujus alterius pro eo nobis super hoc oblata petitionis instantia, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine omnia & singula privilegia, exemptiones, immunitates, liberalitates, p[re]minentias, p[re]rogativas, facultates, jurisdictiones, indulgentias, gratias, & indulta, spiritualia, & temporalia hospitalis Sancti Lazari, illiusque militiae magno Magistro, conventui, prioribus, p[re]ceptoribus, militibus, fratribus & personis, eorumque Ecclesiis, domibus, hospitalibus, p[re]ceptoribus, locis, membris, rebus & bonis per Pium Quintum, ac quoscumque alios Romanos Pontifices p[re]decessores nostros, dictamque Sedem Apostolicam ut p[re]fertur, vel alias quomodolibet, & per modum communicationis & extensionis, in genere vel in specie concessa, approbata & innovata, necnon omnes & singulas literas Apostolicas desuper confectas, salvis tamen quoad facultatem obrinendi pensiones limitatione nostra infra scripta, & etiam aliis limitationibus, modificationibus, reductionibus expressis & contentis in literis Pii Quinti p[re]decessoris hujusmodi, sub data p[re]dicta vii. Kalendas Februarii, Pontificatus sui Anno secundo confectis p[re]dictis, ac juxta illarum formam, normam, continentiam, & tenore, quas hic pro plenarie, sufficienter, & de verbo ad verbum expressis, ac insertis haberi volumus, non tamen quoad ea quae primo & secundo dicti Gregorii p[re]decessoris super militiae S. Mauricii erectione & institutione, ac illi de militia S. Lazari hujusmodi facta unione, necnon p[re]dicti Emanuelis Philiberti, ac pro tempore existentis Sabaudiae Ducis in magnum Magistrum ejusdem militiae Sanctorum Mauricii & Lazari constitutione & deputazione confectis p[re]sentibus literis contrariantur, illorum omnium & singulorum, ac literarum hujusmodi tenores, formas, continentiam, causas, circumstantias, & occasiones p[re]sentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Apostolica auctoritate, tenore earundem p[re]sentium, p[re]sertim illas Pii Quinti sub dicta data Septimo Kalend. Februarii anno secundo, perpetuo approbamus, confirmamus; & perpetua roboris firmitate communitimus, ac etiam de novo concedimus.

*Et Pii Quinti revocationem & Gregor. XIII. suppressionem de locis in Hispania existimatis, & cum venerabilis Militia S. Mauricii, & Lazari restituit.*

§. 11. Ipsamque militiam SS. Lazari & Mantitii, necnon illius magnum Magistrum, conventum, priores, p[re]ceptores, milites, fratres, & personas, ac eorum Ecclesias, domos, hospitalia, prioratus, p[re]ceptorias, loca, membra res, & bona quaecumque adversus quascumque illorum & cujuslibet eorum revocationes, abrogationes, cassationes, annulationes, derogationes, & alias contrarias dispositiones à dicto Pio Quinto p[re]decessore post eandem diem septimo Kal. Februarii emanatas, & specialiter p[re]dictam illius constitutionem, necnon status, essentiae, & insignium regularium hospitalis & militiae Sancti Lazari hujusmodi, in prioratibus, magistratibus, p[re]ceptoribus, hospitalibus, Ecclesiis, capellis, & aliis beneficiis regularibus, necnon membris, grangiis, & locis dicti hospitalis, seu etiam militiae Sancti Lazari, & ab illo, vel ab illo

dependentibus, in Regnis & Dominis dicti Philippi Regis consistentibus, & ab unione p[re]dicta exceptis, suppressionem & extinctionem, illo tempore ad statum secularitatem reductionem, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & dictae Sedis Apostolicae liberae dispositioni reservationem, liberationem, & subjectionem ab eisdem à dicto Gregorio p[re]decessore, ut p[re]fertur, factas, literas desuper confectas p[re]dictas, & in eis contenta quaecumque, necnon in pristinum, & cum in quo antea quomodolibet erant statum, usum, naturam, regimen, administrationem, possessionem & consuetudinem, in omnibus & per omnia, perinde ac si nunquam emanassent, sine tamen p[re]judicio modernorum eorundem prioratum, p[re]ceptoriarum, hospitalium, Ecclesiarum, capellarum, & aliorum sic ad secularitatem reductorum, ita ut illa cum primò per cessum aut decessum ipsorum modernorum possessorum, vel aliis quovis modo, aut quandocumque & ubicumque, etiam apud Sedem Apostolicam p[re]dicta vacaverint, eorumque res & bona, ad jus & proprietatem dictae militiae SS. Lazari & Mauricii eo ipso absque aliqua declaratione vel citatione, aut cujusvis judicis decreto, seu Ministerio, ac spoliis, & attentatorum vitio reducantur, atque ad illius magni Magistri pro tempore existentis liberam & omnimodam dispositionem spectent & pertineant, & deinceps, ut ante suppressionem, extinctionem, & reductionem hujusmodi regi, gubernari & administrari, exceptis dumtaxat p[re]ceptoribus Capuae & Ephrae, olim dicti Hospitalis & militiae Sancti Lazari, quae juxta posteriorum literarum Gregorii p[re]decessoris hujusmodi formam & continentiam seculares, & dictae Sedis dispositioni reservatae remaneant, auctoritate & tenore p[re]dictis restitimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

*Unio Militiae p[ro]bat.*

§. 12. Ac unionem de militia S. Lazari militiae Sancti Mauricii hujusmodi ut p[re]fertur factam, etiam ad hoc, ut nedum una alteri particulariter vel accessorie, sed ambe invicem & quae principaliter cum suis respective privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, p[re]rogativis, p[re]minentibus, facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, favoribus, indulgentiis, indultis, concessionibus & gratiis quibuscumque perpetuo unitae, & donec proprius, atque determinatus locus pro sua Sede conventuali à Magno Magistro stabilitus fuerit, illam in loco solite residentiae dicti Ducis & magni Magistri habere censeatur, ac pro tempore existens magnum Magister, Conventus, Priores, P[re]ceptores, milites, fratres, & personae etiam quod firmam & propriam Sedem conventuale non habeant, ut p[re]fertur, eorumque Ecclesiae, domus, hospitalia, prioratus, p[re]ceptorias, loca, membra, res, & bona illis omnibus & singulis, eorumque usufructu, commodo, & possessione uti, frui, potiri & gaudere possint, & debeant, & quae pariter absque ulla prorsus differentia & distinctione, in omnibus & per omnia, perinde ac si ab exordio institutionis hospitalis, & militiae S. Lazari, & etiam dicta militia S. Mauricii instituta, & ambe invicem & quae principaliter, ac conformi regula, observantia, disciplina, eisdemque legibus & institutis unitae, ac privilegia, exemptiones, indulta, & alia p[re]missa utrique militiae specificè, nominatim, conjunctim, indistinctè, & expressè concessa, & elargita fuissent, eisdem auctoritate & tenore extendimus, & ampliamus.

*Indultum pensionibus hinc bulla apponit.*

§. 13. Facultatem tamen obtinendi pensiones militibus, presbyteris, & capellanis p[re]dictis, hospitalis & militiae p[re]dictorum, usque ad summam quingentorum ducatorum auri de Camera concessam, ad summam quadringentorum ducatorum similium limitamus, reducimus & moderamus.

*Clausula p[re]sertim ut apponit.*

§. 14. Decernentes p[re]sentes literas, & in eis contenta hujusmodi, ex eo quod causae propter quas emanant, coram locorum Ordinariis, etiam tanquam à Sede p[re]dicta delegatis, vel aliis quomodolibet examinatis, justificatis, verificatis, & approbatis, ipsique Ordinarii, ac prioratus, p[re]ceptorias, hospitalia, Ecclesias, capellas, & alia beneficia, sub suppressione, extinctione, & ad statum secularem reductione, per dictum Gregorium p[re]decessorem factis p[re]dictis comprehensa, ut p[re]fertur, ad p[re]sens obtinentes, & quicumque alii quomodolibet interesse habentes ad id legitime vocati non fuerint, neque in p[re]missis consenserint, aut quovis alio, etià enormis, &

et enormissima lesionis capite, vel pretextu, & ex alia causa quantumvis legitima, urgente, & juridica, de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vicio, seu intentione nostra, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus eas quocumque juris, facti, vel gratia remedium impetrari, aut etiam motu simili concedi nullo unquam tempore posse, neque sub quibusvis unionum, annexionum, incorporationum, suppressionum, extinctionum, dismembrationum, & effectum non fortitarum, aliarumque similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, modificationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a nobis, vel quibuscumque aliis Romanis Pontificibus predecessoribus nostris, ac dicta Sede, etiam in crastinum assumptionis eorumdem successorum nostrorum ad summum Apostolatus apicem, vel alias motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & alias quomodocumque, & qualitercumque pro tempore emanatis, quibuscumque formulis conceptis, ac alias, & decretis irritantibus suffultae fuerint, ac si de eisdem presentibus, & earum toto tenore, ac data specialis, specifica, expressa, & de verbo ad verbum mentio fiat comprehendi, sed tanquam in Religione, & Fidei Catholicae favorem, defensionem, & propagationem concessa, semper & omnino ab illis excepta, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum & validissimum, ac cum, in quo antea quomodolibet erant statum restituta, reposita, & plenarie reintegrata, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori, etiam nova data per praedictum Carolum Emanuelem, & pro tempore existentem Ducem, & magnum Magistrum eligenda concessa, validaque & efficacia fore & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & vim validi & efficacis contractus inter nos & dictam Sedem ex una, ac praedictum Carolum Emanuelem Ducem, & magnum Magistrum, ac conventum praedictos ex altera partibus rite initi, stipulati, ac iurimque jurati habere, & perpetuo obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 15. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac praedictos Cardinales, etiam de latere Legatos, dictaque Sedis Apostolicae Nuntios, sublata eis & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quavis causa & instantia iudicari, & diffiniri debere, irritam quoque & inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Taurinens. & Tarentinens. Archiepiscopis, ac dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium, seu alios eandem praesentes, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore existentium Ducis, & magni Magistri, ac Conventus, priorum, praepceptorum, militum praedictorum, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ac singulos quos ipsae litterae concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes ipsos vel eorum quempiam desuper quomodolibet molestari. Contradiatores quoslibet & rebelles per censuras & poenas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, aliaque opportuna remedia juris & facti, appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 17. Non obstantibus praemissis & similis mem. Bonifacii Papae VIII. etiam praedecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Dioecesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae Dioecesis ad iudicium evocetur, seu ne Judices ab Apostolica Sede praedicta deputati extra Civitatem &

Bullaris Magni Tom. III.

Dioecesim in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel praesumant, & in Concilio generali edita de duabus dictis, & Lateranensi Concilio novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure praemissis fieri prohibentis, ac nostra, quatenus opus sit, de unionibus committendis ad partes, vocatis interesse habentibus, ac exprimendo vero annuo valere secundum communem estimationem, tam beneficiorum uniendorum, quam illorum quibus uniantur, necnon Pii V. hujusmodi, per quam inter alia voluit gratias hujusmodi suis non valere temporibus, & quod sibi licere non est passus, id suis successoribus indicavit, necnon Sixti praedecessorum hujusmodi super habitu & tonsura clericalibus per obtinentes pensiones, aliaque res Ecclesiasticas ultra certam tunc expressam summam deferendis, & praefata Constitutione Pii Quinti sub dat. 5. Idus Septembris, anno tertio sui Pontificatus, cujus tenorem, formam & continentiam de verbo ad verbum hic pro plenae, & sufficienter expresso haberi volumus, cui etiam in specie pro hac vice tantum derogamus, & omnino derogatum esse volumus, & mandamus, aliisque Apostolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, & universalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon regnorum, & dominiorum praedictorum, ac etiam Ecclesiarum & locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, etiam quantumvis longissimo tempore observatis, ac legibus etiam municipalibus, & pragmaticis, aliisque sanctionibus, Privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus & personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis per praedictos & quoscumque alios Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, Motu, scientia & potestatis plenitudine praedictis, etiam consistorialiter, in genere vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, illis aliis in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quae singuli praedecessores praedicti in suis quisque literis voluerunt non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si Ordinariis, aut aliis praedictis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 18. Volumus autem quod idem Carolus Emanuel, ac ac pro tempore existentes Dux & magnus Magister, duas Trirames militibus praedictis instructas pro Romani Pontificis pro tempore existentis, contra haereticos & Piratas, ac alios illius hostes defensione, juxta litterarum Gregorii praedecessoris hujusmodi formam, manutenere teneantur.

§. 19. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo ipsius Militiae Sanctorum Lazari & Mauriti, seu illius pro tempore existentis magni Magistri, aut alterius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem protus fides adhibeatur in iudicio & extra, quae ipsi praesentibus originalibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae.

Dat. Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 9. Septembris. Pont. nostri anno 12.

Institutio duorum Monasteriorum pro Monachis Reformati Ordinis S. Basilii in Regnis Hispaniarum, cum facultate recipiendi Novitios & nova loca: Ac praefinitio constitutionum d. Reformationis.

N 2 Alia

M. Magister & duas Trirames pro Sede Apostol. instructas non obligatum declarat.

Transumptis huius bullae credi iubet.

D. P. An. 12. die 23. Sept.

Alia de hoc Ordine scripta supra apud Alexandrum III. conf. 6. Apostolica, lib. 1.

Edita An. D. 1603. CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Primum. A Leissem dispositione, cujus inscruabili providentia Ordinationem suscipiunt universa, ad Apostolicam dignitatis apicem, licet immeriti sublimati, ad ea solliciti semper intendimus per quae Religiosorum statui, paci & tranquillitati opportunè consulitur. In his verò quae ad primitivae Sanctorum Patrum, Religionis institutorum Regulae observantiam aliquatenus collapsa, seu perturbata, in pristinum restituendam pertinent auctoritatem nostram libenter interponimus, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire.

Dens Eremitoria Bremi del Tardon, & Vallis de Galliguillos à Mattheo fundata in Monasterio Ordinis S. Basilii Greg. XIII. exortat: sup. in conf. sua est, in rubrica.

Ac illa cum alio Monasterio de Oviedo, & aliis postea in Regnis Hispaniarum fundatis univertat, & sub obedientia futuri in Italia Genualis subiecta.

Ex tali unione contentiones exorta sunt.

Ad illas sedandas Visitatores Apostolici missi non sedaverunt.

In Monasterio Vallis de Galliguillos institutum laborandi deferuatur.

In Monasterio del Tardon institutum laborandi deferuatur, quae hic non possit.

Ultima reformatio Episcopi Cordubeni.

Quae reformatio Cord.

§. 1. Sanè cum fel. record. Gregor. XIII. praedecessor noster, duo Eremitoria, alterum Eremit del Tardon Gorduben, alteru Vallis de Galliguillos Hispanen. Diocesis, ambo fundata à Mattheo quodam de la Fuente de Almiruete Toletanae diocesis, qui cum quibusdam sociis Deo placere, & Sanctorum Patrum in solitudinibus errantiu vivendi institutum imitari cupientibus, ad illa se receperat, ibique omnes divinae dediti contemplationi, proprio labore victum parantes, pauperem vitam ducebant, vilibusque, & asperis vestibus corpus domantes, neque elemosynas petierunt, neque oblata receperunt, in Monasteria Ordinis sancti Basilii Magni erexiller.

§. 2. Ac illa cum alio Monasterio S. Mariz de Oviedo Giennen. Dioc. à fel. record. Pio IV. prius erecto, in unam Provinciam S. Basilii Hispaniarum nuncupandam, necnon aliis Monasteriis in Hispaniarum Regnis in posterum construend. (ut de facto in Regnis Castellae, & in Baetica regione postea erecta fuerit) univisset, atque sub obedientia futuri Abbatis Monachorum in Italia existentiu Generalis incorporasset, aliaque plurima statuisset, prout in literis ab ipso datis Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, Octavo Kal. Julii, Pontificat. sui Anno sexto, plenius continetur.

§. 3. Cumque ex dicta unione multae contentiones inter dictae Provinciae Monachos super modo vivendi exorta fuissent, propterea quod omnia alia Monasteria illis duobus à dicto Mattheo fundatis unita ex elemosynis, licet nonnulla partim ex ipsis, partim ex industria, vicarent.

§. 4. Multisque ad tales contentiones sedandas Visitatoribus, & Reformatoribus Apostolicis per nuncios nostros missis, nullus unquam eos omnino sedaverit, neque dictum institutum S. Basilii de laborando manibus, & non petendis elemosynis in aliis Monasteriis potuerit omnino introducere.

§. 5. Cum immò in uno illorum duorum de Valle de Galleguillos nuncupato, mutatis ad illud aliorum Monasteriorum Monachis & Praelatis, necnon suffragiis Monachorum laicorum, qui illa fundaverant, in universum sublatis pro magna parte, quidam ex dictis universitatibus fecerit deferbere.

§. 6. Quod idem in alio del Tardon contigisset, nisi divino auxilio, & piorum Monachorum industria tueretur, sicut hodie nostris ad id literis Anno 1599. die 13. Decembris, Pontificatus nostri anno octavo datis, quibus sub excommunicationis, & aliis poenis, ne dicti Monasterii institutum de labore manuum impediri, neque Monachi ad illud necessarii ab ipso auferri, seu alii introduci possint, interdiximus, inviolabiliter tueretur, & conferuatur.

§. 7. Cum praeterea ultimus ex dictis Reformatoribus à nostris Nunciis missis Episcopus Corduben, non solum dictum institutum, sed & reliquam Monasticam disciplinam magna ex parte in aliis Monasteriis labefactatam, necnon multos pios Monachos, qui illam quantum commode possent, operabant restituere, comperiisset, non solum dictum Monasterium del Tardon, quod Regulis S. Basilii magis semper adhaesit, sed & alia duo assignavit, in quae reciperent qui quaedam ab ipso conditas strictiores quam antea constitutiones voluissent observare.

§. 8. Quae quidem constitutiones cum bonae memoriae Julio Antonio S. Severinae nuncupato, pro tunc ejusdem

Ordinis epad nos de Apostolica Sedem Proceadori m. dno probatentur, iisdem poenis, alias novas constituit, quas à nobis & Apostolica Sede petiit confirmari, sicut de facto confirmavimus, prout ex nostris literis ad id datis die undecima Februarii 1602. Pontificatus nostri anno undecimo latius apparebit.

§. 9. Quarum executionem cum multis aliis potestati- bus, & facultatibus, venerabili fratri nostro Sancto Episcopo Giennen. commisimus, prout etiam in literis ad ipsum eadem die datis plenius continetur.

§. 10. Postea verò cum ipse Episcopus, sicut ex illis literis accepimus, super dictis constitutionibus exequendis cum Monachis multis dictae Provinciae tractasset, ferè omnes iisdem contradicere, atque de aliquibus principa- lioribus (praecipue qua parte monachis laicis suffragia, & praecedentiu locorum concedebantur, quaque vestitu ex saial, & exalceatos pedes in aliquibus domibus de- ferri, necnon elemosynas petere, confessiones seculariu audire, & verbum Dei extra proprias Ecclesias omnes praedicare prohibebantur) super quibus à nobis dispen- sari, & contraria constitui, ac super aliis omnibus facultatem dispensandi dicto Episcopo committi postularunt.

§. 11. Nos igitur attendentes eos Monachos, qui talia petunt, nullatenus in vocatione Monachalis Regulae S. Basilii qua vocati sunt, velle permanere, sed sub dictae Regulae Monachalis professione Mendicantium institutu sequi, & ita in alienam segetem (cum Dominus non miserit eos) falcem mittere desiderare, cupientesque, atque nostra paternam, Pastoralique cura affectantes, Basilii Regulam cum suo laudabili de labore manuum instituto, in sua propria, & primitiva Sanctorum Patrum observantia stabiliri, & perpetuò conservari, peritorum in hac parte virorum uti opera, dictas constitutiones iterum satis examinavimus, easdemque non ad Mendicantium, ut petebatur, sed ad verum Regulae S. Basilii vitae contem- plativae, & Monachalis, laborisque manuum institutum (quatenus his temporibus nostris Occidentis Regionibus & Ecclesiae Latinae moribus congruit) contempera- vimus, reduximus, & emendavimus.

§. 12. Et in primis ut tandem dictis contentionibus super modo vivendi ex supradicta unione exortis finem imponamus, dicta duo Monasteria S. Basilii Eremit del Tardon, ac etiam S. Antonii de Galliguillos supradicto Mattheo cum tali labore manuum instituta, & cum multis, immò ferè omnibus Monachis Laicis juxta primaeum S. Basilii institutum fundata in Monast. reformationis, & verè, ut praediximus Regulae, observantiae deputamus, constituimus, & separamus.

§. 13. Ad quae se recipiant omnes quotquot in d. Provincia Monachi zelo Dei, & Spiritu sancto ducti, tanti Patriarchae praepcepta & instituta desiderant obser- vare. Quae juxta sequentes constitutiones jubemus in om- nibus, & per omnia praecari.

CONSTITUTIONES REFORMATIONIS.

Sacrofancti Concilii Tridentini de Regularium Reforma- tione vestigiis iuherentes, ut Monachi S. Basilii ad regu- lam, quam professi sunt, vitam instituant, & compo- nant, atque in primis, quae ad suae professionis perfectio- nem veluti obedientiae, paupertatis & castitatis, ac alia suae Religionis peculiaris vota & praepcepta, necnon ad communem vitam, victum & vestitum concernentia fideliter observent, in primis declaramus D. Basilii institu- tum Monachale esse, & non solum cum caeteris in tribus substantialibus votis convenire, sed etiam peculiaris praepcepta suam essentiam concernentia quaedam habere, quo- rum praecipua duo sunt, alterum in oratione, alterum in manuum laboribus ad necessaria comparanda exerci- tatio, quibus etiam alia accedunt ad communem vitam, victum & vestitum concernentia, de quorum omnium, & singulorum reformatione agendum est.

CAP. I.

Quoniam autem finis praepcepti charitas est, praecipimus ut omnes Monachi in praesenti reformatione charita- tem, & communem, consimilemque vitam in omnibus observent, juxta Regulam quam professi sunt, & monasti- ca instituta, tam in oratione, Choro, & labore, quam in ci- vis, vestimentis, calceamentis, & reliqua Regularis discipli-

Provisio ad id ad Praeconstituta

Examinatio Episcopi Giennen. missa

Episcopo Giennen. te exco- nam res Monachis fore om- contra se. Et in dispensa- petentia per isis

Hic me Pontificatus cum sig- to lab- obser- exco- n- stitutions- Proclitus factas magis- gulum vid- cit.

Vaionem Gregor. X. us supra- Ba reu- & d. du- Monast- in unam- parata P- vinciam- Congregat- ad isf. or- tam de un- Ad eas de- na hoi- voluerit- gulum pro- stitutum- vate, resp- jabet.

Conc. Tri- sessa 5. c. 1. Regularium hanc s. n. regulam re- formationis.

De vita communi.

CLEMENS OCTAVUS

149

nae observantia. Vnusquisque tamen juxta officium, & vocationem suam, in ordine ad unam conspiciendam perfectissimamque communitatem, & charitatem.

CAP. 1.

Que quidem vita communis, & Regularis observantia ut rectius, & strictius inter multos possit observari, Volumus ut omnes Conventus numerosam Monachorum multitudinem habere procurent, nec in unoquoque Monasterio minor vigintiquatuor Monachorum numerus haberi possit. Cum autem tempore D. Basilii paucissimi fuissent Sacerdotes, immo ferè omnes Laici extiterint, excepto Abbate, qui etiam aliquando Laicus fuisse reperitur, & ita omnes communiter psallere, quod nostris temporibus propter majorem intelligendi nunc Latinam, quam tunc Græcam linguam difficultatem, majoremque officii Romani in Choro prolixitatem fieri non potest, mediam & nostris temporibus congruentiorem viam sequentes, licet majorem & principaliorem partem Monachorum ex Laicis esse velimus, prout per presentes volumus, & ordinamus, sufficientes tamen Choristas, & Sacerdotes ad Chori, & divinorum Officiorum ministeria haberi permittimus, ut ita alii aliorum opera adjuvantur. Choristæ quidem qui magis in choro, & spiritualibus occupantur, à laboribus non quidem omnino, sed pro Chori & necessarij cultus divini frequentatione, Prælati arbitrio aliquantulum relevandi, Laicos in spiritualibus adjuvantur, Laici verò, qui magis à Choro, & spiritualibus relevantur, manuum operibus & laboribus plus dediti Choristæ Fratres in temporibus pro parte etiam adjuvantur, atque ita in charitate alter alterius onera portantes, legem Domini adimplebunt.

CAP. 2.

Omnes verò tam Laici quam Choristæ media nocte ad confitendum Domino surgent, quo tempore Matutinum Officium cum Laudibus Choristæ recitabunt, disuculo verò in ipso diei crepusculo, vel paulò ante, maxime hymnis tempore, omnes tam Laici quam Choristæ per singulos dies pariter ad orationem consurgent, & in Choro congregati per dimidiam saltem horam orationem mentalem habebunt, ut primi anni motus Domino consecratur, & in ipsius obsequium omnes diei dirigantur actiones: oratione expleta, dum Choristæ recitant Primam, Laici Missam audiant, quam Tertia à Choristis recitanda sequatur, cui etiam Laici omnes juxta D. Basilii præceptum, interesse debent, & his finitis, unusquisque ad opus suum exibat. Choristæ verò statutis ab Ecclesia temporibus ad Chorum, Romanum Officium & reliquas horas canonicas semper clarè, distinctè, & devotè recitaturi accedent, quas nec omnes, nec illarum quamlibet cantabunt, exceptis diebus festivis, quibus ab opere in Religione cessari solet, idque minime cantu figurato, seu aliquo alio arte addiscendo, sed modestè parique vice aliquantum elatiori cantare consuescent. Tempore autem Completorii omnes iterum, & Laici & Choristæ in Choro congregabuntur. Quo finito per dimidiam saltem horam iterum orationem habebunt, in qua conscientiam suam quisque examinabit. Reliquis verò orationis temporibus Laici, ubicumque fuerint, ibidem orabunt. Missæ verò solum similiter festivis diebus regulariter cantabuntur, reliquis tamen omni cum devotione celebrentur, quod ut Sacerdotes melius faciant, eosdem à matutino tempore usque ad prandium solummodo à manuum laboribus excusamus. Ne autem contra S. Basilium ob psalmodiæ simulationem, & officii prolixitatem labor manuum aliquatenus fugiatur, in Choro nihil aliud recitari volumus, quam quod ex Breviario Romano Sacerdotes communiter ex præcepto extra Chorum tenentur recitare, quod ob dicti laboris rationem Apostolica benignitate indulgemus.

CAP. 3.

Quærendi victus solertia ( ut verba S. Basilii de institutionibus Monachorum sermone primo referamus ) his qui in hujusmodi vitæ genere degunt, ea maxime conveniens judicanda est, quæ præscripta est ab Apostolo, nimirum ut manibus laborantes, panem suum honestè manducent. Ex quo, & aliis d. Patris locis declaramus Monachos S. Basilii ex peculiari suæ regulæ instituto, ad victum manibus propriis parandum saltem in communi teneri.

Bullarii Magni Tom. III.

Atque ita juxta presentis Reformationis Decreto jubemus observari in illis artibus, quas etiam S. Basilii concedit, præcipueque intra domum exerceri possunt, velut texendi, cardendi, supendi, laniandi, ac alia secundum locorum & temporum exigentiam. Cum autem S. Basilii agriculturam, quia in ea facillimè res ad usum necessarie haberi possunt, concedat, modo ea neque à vicinis, neque ab ac colis tumultus afferat, aut turbas: Nos eandem ad frumentum, vinum, mel, oleum, & cæteros agri fructus comparandos permittimus. Monachos tamen in Domino exhortamur, ut dictas Sancti Basilii conditiones circa vicinorum, & accolarum tumultus, & turbas, atque Monachorum distractiones observent, & quantum fieri possit intra domum se exercent, ut ita vixere, ut aiunt, recollecti dici possint.

CAP. 4.

Esu carniū non omnino prohibemus, siquidem nec S. Basilii expressè prohibuit, quia tamen illas ad condimentum tantummodò videtur concedere: Nos easdem diebus Dominicis, & tertiis, & quintis feriis, non ad gustum oblectandum, sed vires & valetudinem conservandam, extra Adventum, Quadrag. & dies ab Ecclesia prohibitos, idque semel in die tantummodò in meridiana comestione permittimus, poterit tamen Superior ex causa circa dierum rationem cum particularibus dispensare, nullo tamen modo cum omnibus in communi.

CAP. 5.

Præcipimus quoque ut omnes Monachi, tam Choristæ, quam Laici, eodem vestitu, & habitu induantur, omnesque similibus calceis ex vili corio confectis, pedibus undequaque cooperti calceati incedant. Quoniam tamen forma habitus à D. Basilio expressè non reperitur, ne amplius possit variari, definimus quod debent in primis gestare tunicam clausam zona pellicea, sive ex corio nigro præcinctam, à collo ad talos usque demissam, cujus hinc inde sexdecim, manicæ verò quamlatiores itum palmorum circuitum non excedant. Insuper caputium, sive cuculla, quæ caput contegat, & ad collum cum patientia, sive scapulari sarciat & adunetur; quæ patientia duorum tantum palmorum latitudine, à fronte & à tergo defluens, priusquam tunica per quatuor digitos finiatur, à fronte tamen, sive ante pectus ex caputio super scapulari pars nulla pendeat, à tergo verò in solitum punctum cat. Deinde mantum sine collari, plicis vel elegantia ante collum ligatum, cujus longitudo priusquam scapulare per quatuor digitos finiatur. Materia autem totius supradicti exterioris vestitus sit vilis, crassa, & omnium infima, ut jubet D. Basilii. Declaramus tamen laneam esse debere, qualis in Hispania reperitur, quæ ibidem vocatur Saial, ex quo necessaria confici jubemus. Cum verò idem Sanctus Pater vestitum alium ad forenses ostentationem, alium ac domesticum usum patrum, itemque ad diurnum alium, alium ad nocturnum tempus distributum Monachos habere expressè prohibeat, nos juxta ipsius mentem, omne à supra expresso diversum exterioris vestimenti genus, quale est illud quod apud Benedictinos cuculla, & Hispanè cogulla vocari solet, quæ regulæ S. Basilii manifestè contrariatur, seu ad aliam quamvis formam, vel materiam, omni modo prohibemus.

CAP. 6.

Cum D. Basilii institutum Monasticum sit, quicquid ipsius quietem, & tranquillitatem impedire potest, aut perturbare, veluti elemosinas petere, confessiones secularium audire, verbum Dei Populo prædicare, collegia ad Philosophiam, vel Theologiam, seu alias scientias addiscendas habere, seu Religiosos ad universitates studiorum causa mittere, omino prohibemus, ne istarum rerum studio dediti laudabile manuum laboris institutum deserant. Poterunt tamen Sacerdotes, sive Choristæ in suis Monasteriis necessarios conscientia ad se gubernandum casus, & Sacræ Scripturæ interpretationem addiscere. Quorum unus à laboribus liber studio vacabit, ut quotidie per dimidiam saltem horam spatium Religiosos omnes de præceptis Domini, & ad salutis animæ, virtutisque progressum & perfectionem, necessaria ex Sacra Scriptura conscientia instructione, possit ( ut necessariò debent ) edocere, necnon festivis diebus pro Prælati arbitrio

N 3

arbitrio curantur Evangelii loca in suis Ecclesiis, & non extra declarare. Ne tamen adventum ad Monasterium fidelium necessitati, vel devotioni charitatem, & consolationem denegemus, unum tantum in quovis Monasterio qui secularium confessiones audiat, permittimus.

CAP. 8.

*Sim & fundatione Monasteriorum.*

Mandamus quoque quod Monasteria non propius ab oppidis, quam per duo miliaria, neque cum minori, quam vigintiquatuor Monachorum numero denuo fundentur, & quod in unoquoque perpetua sit filitio, neque ex uno ad aliud Monasterium Monachi motari possint, nisi ad praelaturas seu novas fundationes, vel si forte alicujus delictum, & subsequens scandalum, aut diuturnas & graves, dummodo dolus non subsit, infirmitas aliud postulaverit.

CAP. 9.

*Monachorum receptione.*

Poterit unusquisque Abbas de consensu sui Capituli Novitios, servata Conc. Trid. & aliarum Apostolicarum sanctionum forma, ad habitum, & professionem admittere, ita tamen, ut in eorum receptione declaretur, quisnam in Choristam vel in Laicum Monachum recipiatur. Si quis autem in Laicum receptus, sive professus, postea vel ex Superioris licentia, vel alias quomodolibet sacris initiatur, tam ipse ordinatus, quam Superior, qui talem licentiam dederit, perpetuum ab ordinibus suspensionem, & vocis activae & passivae privationem non aliter quam per Sedem Apostolicam dispensanda, ipso facto incurrant, aliis poenis arbitrio Superiorum infligendis. Volumus tamen quod Monachi Laici qui viginti quinque aetatis, & quartum professionis annum adimpleverint, eandem vocem activam habeant, ac si in sacris fuissent ordinati, passivam quoque in his omnibus officiis ac muneribus, quibus spiritalis jurisdictio necessarii (velut Abbatum, Priorum, Novitiorum Magistrum, & similibus) annexa non est. In Diffinitores vero sive Consiliarios semper dimidia pars ex Laicis, reliqui ex Sacerdotibus eligantur. Capitula autem, tam Provincialia (in quibus ad minus viginti Monachi congregari debent, non quidem per antiquitatem, sed per aliorum suffragia eligendi) quam Conventualia taliter celebrentur, ut semper major pars, vel saltem aequalis suffragium ferentium, sit ex Laicis, & aliter factum nullius sit momenti. Circa locum autem & alias praecedentias, volumus Sacerdotes omnibus praeferi, inter Laicos vero, & Choristas, etiam Diaconos extra Chorum, & alia cultus divini ministeria, nulla sit differentia, sed unusquisque secundum suae professionis antiquitatem praefertatur.

CAP. 10.

*Constitutionibus faciendis & approbandis.*

Concedimus etiam praedictis Monachis Reformatis, ut ad praesentium executionem, & declarationem, necnon ad D. Basilii Regulae observantiam, constitutiones coeferentes, & alias quascumque ad commodiorem, & feliciter ipsorum in virtute & Religione progressum, constituerent, mutare & innovare, ac declarare liberet, & licite possint, dummodo praesentibus, vel reliquo D. Basilii instituto, seu Regulae, sacro Concilio Tridentino, seu Apostolicis aliis sanctionibus contrariae non sint, easdemque executioni statim mandare, ita tamen, ut illas saltem intra quinquenniam a Sede Apostolica faciant confirmari.

*Regulam S. Basilii Motu proprio interpretandi, corrigendi, & dispensandi.*

§. 14. Quas constitutiones, Regulas, & statuta seu Reformationem, & Regulae S. Basilii innovationem, interpretationem, & dispensationem, Motu proprio, & ad nullius petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium confirmamus, statimus, & ordinamus, ac omnes & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerunt in illis supplemus.

*Excommunicationis poena contra impediendum, retardantes, seu diffundentes Reformationem.*

§. 15. Desiderantesque illas sic praedicari, recipi, & introduci, omnibus & singulis dicti Ordinis Monachis, seu aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis, seu secularibus, quacumque dignitate fulgentibus, sub excommunicationis poena prohibemus, ne illarum introductionem, seu dictae Reformationis augmentationem, & propagationem directe vel indirecte prohibere, retardare, seu quocumque modo impedire, vel Monachos, seu Monachum aliquem volentem illam acceptare, dissuadere audeant, vel praesumant.

*Executionem committit Sancto Episcopo G. etc.*

§. 16. Quapropter venerabili fratri nostro Sancto Episcopo

Copo Giennens. (eoque deficiente dilecto filio nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniae Nuncio) per praesentes mandamus, quatenus ipse infra duos menses a die praesentationis harum litterarum computandis, dictam Reformationem in omnibus dictae Provinciae Monasteriis faciant publicari, atque illos Monachos, qui illam acceptare voluerint, ad illa duo Monasteria trahi, & reduci, si qui autem in illis inveniuntur, quibus Reformatio minus placeat, ad alia non reformata transire.

§. 17. Deinde Capitulum Provinciale Monachorum Reformatorem in Monasterio S. Basilii Eremiti del Tardon celebrari, in quo ipse per se, vel si negotiis praepeditus fuerit, per alium probum, & Religiosum virum praesideat, & Visitatorem Provinciale, Diffinitores, Monasteriorum Abbates, & reliquidictae Congregationis Reformatae officiales, ex ipsis, & per ipsos Reformatos liberet, & sine ulla personarum restrictione eligi faciat, necnon de omnibus aliis ad felicem Reformationis progressum tractari.

§. 18. Quo primo dictae Congregationis reformatae Capitulo finito, omnem ejusdem Episcopi, seu Nuncii potestatem, jurisdictionem, seu superintendentiam circa d. reformatos volumus expirare.

§. 19. Eisdemque Abbati dicti Ordinis Generali taliter subiacere, ut ipse per se, non vero per alium, nisi forte ex eadem Congregatione reformata Monachum, possit illos tam in capite, quam in membris visitare, corrigere, & emendare, non vero in aliquo contra supradictam Reformationem, seu Constitutiones ab ipsis faciendas, & a Sede Apostolica approbandas, in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos a suis Monasteriis ad alia quacumque de causa transferre, seu alios ab ipsis etiam ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare.

§. 20. Poteruntque dicti Monachi Reformati Procuratorem ad Romanam Curiam eligere, & ibidem pro dictae Congregationis negotiis tractandis, quamdiu voluerint, habere.

§. 21. Alios autem in Hispaniis existentes Monachos, qui dictam Reformationem acceptare, & ad dicta duo Monasteria transire noluerint, permittimus juxta illorum antiquum vivendi modum in aliis eorum Monasteriis cum suis distinctis Superioribus permanere; quos tamen ulterius crescere, seu aliquos Novitios, aut nova loca recipere prohibemus. Decernentes irritum & inane, si secus ab ipsis fuerit attentatum.

§. 22. Solummodoque dicta duo Monasteria del Tardon, & Vallis de Galleguillos, cum aliis ab eorum Monachis reformatis denuo juxta praesentem Reformationem fundandis, volumus Novitios recipere, augeri & augmentari.

§. 23. Non obstantibus quibusvis juris communis impedimentis, vel inhabilitatibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis & Provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Abbati Generali, necnon dictae Provinciae, ejusque Superioribus, & Monachis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 24. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 23. Septembris 1603. Pontificatus nostri Anno 12.

Diffinitio habitus Fratrum Praedicatorum Ordinis S. Dominici, & Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini.

*Castro de S. Basilio del Tardon*

*Finis Capituli*

*Abbatibus*

*Reformatione*

*Præsumptio*

*D. P. An. 12 die 23. 54*

CLEMENS OCTAVUS.

151

De materia Fratrum Prædicatorum notari sup. in d. 1. 2. Honoris III. Religio, lib. 1. Et de materia ipsorum Eremitarum notari eidem sup. in d. 1. 6. Alexand. IV. Licet, lib. 1.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto nobis Pastoralis muneris debito, Religiosorum hominum, qui contemptis illecebris sæculi, divinis se obsequiis manciparunt quieti, & tranquillitati præcipua quadam, & singulari sollicitudine providere tenemur, ut illis omnibus sublati, quæ illorum in via Domini progressum retardare possunt, majori alacritate divinis laudibus persolvendis, & Christi fidelium salutis promovendæ incumbant.

§. 1. Alias siquidem cum inter dilectos filios Fratres Ordinis Prædicatorum S. Dominici, & Fratres Ord. Eremitarum S. Augustini de habitu albi delatione, quo ita consimiles viderentur, ut si absque veste superiori nigra incedant, vix alter ab altero discerni queat, controversiæ non sine ipsorum Fratrum perturbatione, & læcorum offensione sæpius ortæ fuissent, nonnullæ Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum, præsertim verò felic. record. Alexandri Papæ Quarti constitutiones super ea re prodierunt.

§. 2. Et nuper eadem penè controversia in Regnis Portugalliz, & Algarbiorum insurgente, ac Fratres S. Dominici, de præjudicio ab Ordine S. Augustini ipsorum habitum, etiam extra Claustra deserente, sibi illato conquerentibus.

§. 3. Nos ejusdem Alexandri, & aliorum Romanorum Pontificum privilegia desuper concessa per litteras nostras sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 12. Martii 1597. servati mandamus, prout in illis continetur. Verùm quia secuta ipsarum litterarum promulgatione, dilectus filius noster Antonius tituli Sanctæ Mariæ Transtiberim Presbyter Cardinalis Saulius Protector, & dilectus filius Magister Franciscus Pereira Assistent pro Ultramontanis Provinciis ejusdem Ordinis S. Augustini, nobis nomine prædicti Ordinis Sancti Augustini exposuerunt, neque per nostrorum prædictorum prædecessorum constitutiones, neque per hujusmodi nostras litteras suis fratribus interdici amicum proprio instituto congruentem, & ab ineunte serè Ordine gestari solitum, atque etiam ab eo, quo fratres S. Dominici utuntur, si uterque Ordo intra suos limites consistat, valde dissimilem, ac exhibitis sui Ordinis constitutionibus & juribus, nuper humiliter supplicarunt, ut huic tam diuine quæstioni, & molestiæ auctoritate nostra Apost. sinem tandem imponere de benignitate Apost. dignaremur. Propterea nos justissimus utriusque Ordinis privilegia, constitutiones, ac statuta per dilectos filios nostræ Visitationi, & Reformationi Apostolicæ Præfectos diligentius examinari, partiumque ipsarum jura, & præensiones audiri, ac maturè ponderari. Qui Reformatores auditis Magistro P. F. Ferdinando de Castro Procuratore Provincie Portugalliz Ordinis Prædicatorum, ac supradicto Francisco, visisque Constitutionibus, aliisque juribus utriusque deductis, nobis retulerunt, comperisse, vestes albas, tanquam interiores, per amborum Ordinum fratres ex propriis institutis deferri posse, neque ullam inde oriri confusionem, si superiorem illam nigram, qua inter se optime distinguuntur, singuli juxta proprias institutiones gestarent.

§. 4. Nos controversiæ hujusmodi perpetuum silentium imponere, & utriusque Ordinis prædicatorum, ex quibus in Ecclesia Dei uberes in dies fructus prodire solent, quieti prospicere volentes, Motu proprio, non ad dictorum fratrum, aut aliorum instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine harum serie statimus & ordinamus, ut perpetuis futuris temporibus dicti Fratres Prædicatorum sancti Dominici cum cappa nigra, fratres verò Eremitæ S. Augustini cum tunica, etiam nigra, ad instar propriarum Constitutionum, non solum in dictis Regnis, sed ubique locorum, tam si in propriis Conventibus, & Ecclesiis eos actus exercent, in quibus habitum nigrum Constitu-

tionem subent adhiberi, præcipit verò in Ecclesiis, dum Confessiones audiunt, Conciones, seu Lectiones ad Populum habent, quàm extra Claustra in quibuscumque actionibus & functionibus, etiam in itinere, & ad Prædica, licet Urbibus, Oppidiis, aut Monasteriis viciniora, animi gratis accedentes, semper incedere debeant, & teneantur. Ac propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub indignationis nostræ poena eisdem utriusque Ordinis Fratribus districtius inhiemus, ne absque habitu nigro utriusque Ordini constituto, ac propriæ professionis prætestativo, etiam dum in Conventibus, & Ecclesiis supradictas actiones exercent, neque extra claustra, præterquam in Aedibus, & Viridariis Prædiorum suorum, ullo unquam tempore, aut quovis prætextu patenter deambulare, & ulterius dictorum Ordinum Superioribus, & fratribus universis & singulis, sub excommunicationis lætæ sententiæ poena eo ipso incurrenda mandamus, ne deinceps in perpetuum super hoc litem, aut molestiam aliquam, Superiores vinitum & Fratres Ordinis Prædicatorum Superioribus, & Fratribus Ordinis Eremitarum, nec vicissim Superiores, & Fratres Ordinis Eremitarum ipsi Superioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum hujusmodi inferre audeant, seu præsumant.

§. 5. Nos enim quamcumque litem super hoc motam ad nos harum serie avocamus, illamque penitus extinguimus, ac utrique parti per hanc nostram Constitutionem perpetuum silentium imponimus, ac impositum esse volumus & declaramus.

§. 6. Ac præsentem litteras nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu, ex eo quod dicti fratres ad hoc vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari. Sicut per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 7. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac dilecto filio Causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generali Auditore per præsentem Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel per alium, seu alios præsentem litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum fratrum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra omnia, & singula præmissa inviolabiliter observari. Contradictores quoscumque, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras & poenas Ecclesiasticas, aliæque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac utriusque Ordinis prædicatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum eisdem Ordinibus, aut cuicumque illorum concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1603. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Translatio oneris Missarum ex piorum dispositionibus in Monasteriis Monialium sub regimine Fratrum

4. D. 101. Alexander... Pont. d. 1597. Martii 12. Portugalliz...

Omnium... Claustra... Deputatio... Delegatio... Fides... D. P. An. 11. die 2. Octob.

N. Fratrum

Fratum Minorum sancti Francisci de Observantia existentium, celebrandum ad loca eorumdem Fratrum.

Multa de toto Ordine Franciscano notata sunt ad consuetudinem Honorii III, Solet, sup. lib. 1.

Edita A. D. 1603.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proximum.

Causa huius consilii.

Translatio oneris Missarum & locis Monialium ad loca Fratrum.

Taxatio elemosynae Fratrum danda.

Et Missarum qua pro servitio Monialium remanere debent.

Prohibitio quod fratres pro celebrandis d. Missis de licentia Superiorum ad Monasteria Monialium, & non alia de causa accedant.

Moniales pro translatione

EX debito Pastoralis officii, cui disponente Domino, Emeritis licet imparibus praedemus, ad ea libenter intendimus, quae ad Regularium personarum quietem, ac spiritualem consolationem pertinere dignoscimus.

§. 1. Sanè, sicut accepimus, cum in totius Italiae, ceterisque Cismontanis regionibus, & praesertim in Gallia Cisalpina, plurima sanctimonialium Monasteria sub cura, regimine, & correctione dilectorum filiorum Fratrum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum reperiantur, quibus quamplurima Missarum onera ex diversis piorum dispositionibus, & legatis incumbunt, quae cum per Fratres ejusdem Ordinis in Ecclesiis Monialium celebrari soleant, hinc fit, ut non solum Ecclesiae Fratrum debito servitio destitutae saepius remaneant, sed fratres ipsi exinde per Civitates cum saecularium scandalo vagandi, necnon cum eisdem Sanctimonialibus magis frequenter, & crebrius quam deceat, conversandi occasionem sumant.

§. 2. Quibus omnibus quantum cum Domino possumus occurrere volentes, ex venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis Episcoporum, & Regularium voto, onera hujusmodi Missarum ab Ecclesiis singulis Monialium in Ecclesiis fratrum ejusdem Ordinis, in locis eisdem respectivè existentibus, auctoritate Apostolica tenore praesentium transferimus.

§. 3. Volumus tamen, ut remaneant ipsis Monasteriis Monialium omnes annuae perpetuae, seu temporales praestations, legata, redditus ac bona quaecumque, pro dictis oneribus data, seu relicta, aut in posterum relinquenda, ita ut Moniales non teneantur ullo unquam tempore solvere fratribus, nec ipsi fratres recipere possint pro celebratione Missarum, nisi id quod dari solet pro regionis, & cujusque loci more & consuetudine, pro elemosyna unius, vel plurium respectivè Missarum.

§. 4. Volumusque etiam, ut pro Monialium servitio in Monasteriis, in quibus numerum octuaginta excedunt, Missae duae in diebus feriatis, tres vero in diebus Dominicis & festivis, & in Monasteriis, in quibus minor quinquaginta Monialium numerus existat, Missa una in diebus feriatis, duae vero Dominicis & festivis, per fratres ejusdem Ordinis celebrari debeant, reliquas vero Missas ex dispositionibus & legatis praedictis Monialibus quomodolibet incumbentes, in Ecclesiis fratrum in futurum perpetuis futuris temporibus, assignata, & tradita, ut supra, ipsis fratribus debita elemosyna, per eosdem celebrari volumus, non obstantibus testatorum legantium, aut aliarum disponentium voluntatibus, quas ad hunc effectum specialiter commutamus.

§. 5. Praecipientes nihilominus eisdem fratribus, sub privationis vocis activae, & passivae, perpetuaeque inhabilitatis poena, ne ad Monasteria Monialium, praeterquam ad celebrandas Missas praedictas, de Superiorum licentia, & in diebus festivitatum Monasteriorum hujusmodi, vel tempore receptionis, & professionis Novitiarum, sive obitus alicujus Monialis pro funere, & officio, ut moris est, peragendo, ullo modo, & sub quovis praetextu vel colore accedere audeant, sive praesumant. Prohibentesque Ministro Generali, & aliis eorum Superioribus, ne hujusmodi licentias concedere possint, nisi ad effectum praedictum, & in ceteris firmo remanente Decreto Congregationis S. R. E. Cardinalium super negotiis Regularium praeposita, quo prohibetur ne regulares accedant ad Monasteria Monialium sine speciali licentia ejusdem Congregationis, & eisdem etiam Superioribus mandantes, ne ad Missas celebrandas, & alia praedicta adimplenda, nisi fratres provectae aetatis, & probatae vitae mittant.

§. 6. Decernentes, Monasteria Monialium praedicta occasione translationis hujusmodi Missarum per locorum

Ordinarios, aut alios quoscumque molestari, vel perturbari nullatenus posse.

§. 7. Praesentesque litteras, & in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore subreptionis, vel obreptionis vitio, seu quovis alio defectu notari posse, sicut per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Quocirca dilectis filiis Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori, ac locorum Ordinariis per praesentes districtè praecipimus, & mandamus, ut ipsi vel alter eorum, per se, vel alium, seu alios, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum fratrum, vel alicujus eorum fuerint requisiti, praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem fratres praemissorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoscumque per censuras & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & determinationibus Apostolicis, & quorumvis Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasteriis, & illorum Ordinibus, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Novembris 1603. Pontificatus nostri anno 12.

De forma observanda à Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci, strictioris Observantiae, super receptione Novitiorum.

Ad hoc videnda est etiam consuetudo. 71. Sixti V. Cum de sup. lib. 2. Et cetera de his Fratribus dicti sup. in consuetudo. 35. Clementis VII. In suprema, lib. 1.

Sanctissimus D. N. D. Clemens Papa Octavus supplicanti Fratrum Reformatorem Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci inclinatus, bonum propositum cujusque ad ipsam Reformatorem Religionem transire, in eaque Altissimo famulari cupientis, fovere volens, Custodi ejusdem Ordinis cum unanimi duorum Guardianorum, & dictorum Discretorum cujuscumque custoditæ voto, plenam potestatem facit recipiendi, & admittendi ad habitum sui instituti Novitios quovis tempore, etiam extra Capitulum. Non obstantibus decretis generalibus Sanctitatis Suae eo de genere editis, & aliis constitutis, & ordinatis Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 1. Ita tamen ut prius examinentur diligenter per ipsos Custodem, Guardianos, & Discretos recipiendorum, & admittendorum qualitates, juxta Ordinis Regulam, decreta, & constitutiones Apostolicas.

§. 2. Et Custos sub poena privationis vocis activae, & passivae teneatur in proximo tunc futuro Capitulo Custodiali, vel ejus loco, Congregatione etiam Custodiali, singulis annis habenda, referre quot acceperit Novitios, ac illorum qualitates, & in quibus Monasteriis recepti commorentur, approbationem, & confirmationem receptionis, & admissionis ante professionis emissionem obtinere, aliàs supradicta omnia ex nunc prout ex tunc irrita esse voluit, & hujus decreti auctoritate declaravit. Datum Romae die Dominico 23. Novemb. 1603.

Declaratio.



II. Declaratio, quod Monachi Congregationis Beatae Mariae Fuljensis, S. Bernardi Cisterciensis Ordinis, ad aliam Religionem transeuntes, ad eandem nequaquam, absque Sedis Apostolicae licentia recipiantur.

Institutionem hujus Congregationis vide sup. in constitut. 32. Sixti V. Religiosos, lib. 2. ubi alia indicavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pro nostro Pastoralis munere ad ea libenter intendimus, per quae Religiosorum quieti opportunè consulitur.

§. 1. Sanè cum sicut accepimus, nonnulli ex Monachis olim in Congregatione Fuljensi Ordinis sancti Bernardi professi, qui ex illa ad alias Religiones, etiam de Superiorum licentia transierunt, iterum in eandem Congregationem Fuljensem reverti procurant, qui si iterum recipiantur, ex eo quod extra illam diversa Regularia instituta, & diversam vivendi formam servarunt, seu etiam ex eo quod licentius quam Religiosos dictae Congregationis decet, vitam duxerunt, ipsius Congregationis quietem faciliè, sicuti in aliis expertum est, perturbare possent.

§. 2. Nos huic malo quantum cum Domino possumus occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia ac mera deliberatione, harum serie statuimus, & ordinamus, eos Religiosos in dicta Congregatione habituros, aut in posterum professos, qui ex quacumque causa, etiam de Superiorum licentia, ex eadem Congregatione ad aliam quacumque Religionem hactenus transiverunt, vel in posterum transiverint, in eandem Congregationem per quoscumque illius Superiores, aut etiam per Capitulum generale iterum recipi, & admitti nullatenus posse, nisi expressam nostram, & Apostolicam Sedis, specialemque facultatem ad eorum Matrem redeundi habuerint, irritumque decernimus & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam inoffensis, manu Generalis, & sigillo ejusdem Congregationis, aut alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem fides ubique habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 17. Martii 1604. Pontificatus nostri anno 13.

VIII. Missalis Romani à Pio V. editi iterata restitutio, & approbatio.

Hac 22 V. constit. est 106. Quo primum, sup. lib. 2.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Im Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quo nos Christus Dominus Sacri sui Corporis participes efficit, atque apud nos usque ad consummationem saeculi permanere decrevit, maximum sit omnium Sacramentorum, illudque in Sacra Missa conficiatur, ac pro peccatis totius Populi Deo Patri offeratur, sanè omninò conveniens est, ut qui omnes unum sumus in uno corpore, quod est Ecclesia, & de uno Corpore Christi participamus, una & eadem celebrandi ratione, uniusque officii & ritus observatio in hoc ineffabili, & tremendo sacrificio utamur.

§. 1. Quod cum Romani Pontifices praedecessores no-

stri semper optarint, atque in hoc dñi multumque desiderarint, tam in primis felic. record. Pius Papa V. Missale Romanum ex decreto sacri Concilii Tridentini, ad veterem & emendatorem normam restituit, Romaeque imprimi curavit.

§. 2. Qui etsi multis propositis poenis severissime caverit, ne quid illi vel adderetur, vel ulla ratione demeretur, tamen progressu temporis, sive Typographorum, sive aliorum temeritas, & audacia effecit, ut multi in ea quae his proximis annis excusa sunt Missalia, errores irrepleverint, quibus vetustissima illa sacrorum Bibliorum versio, quae etiam ante S. Hieronymi tempora celebris habitus est in Ecclesia, & ex qua omnes ferè Missarum introitus, & quae dicuntur gradus, & offertoria accepta sunt, omninò sublata est, Epistoliarum & Evangeliorum textus, qui hucusque in Missa solemniter perfectus est, multis in locis perturbatus, ipsius Evangelii diversa, & prorsus insolita praefixa initia, plurima denique passim pro arbitrio immutata sunt, cujus rei praetextus fuisse videtur, ut omnia ad praescriptum sacrorum Bibliorum vulgatae editionis revocarentur, quasi id alicui propria auctoritate atque Apostolica Sede inconsulta, facere licitum sit.

§. 3. Quod nos animadvertentes, pro nostra pastoralis sollicitudine, qua omnibus in rebus, & praecipue in sacris Ecclesiae ritibus optimam, eamque veterem normam studemus tueri & conservare, primum praedicta Missalia impressa sic depravata prohiberi, & abrogari, eorumque usum in celebratione Missarum interdicti iussimus, nisi ad praescriptum exemplaris sub ipso Pio V. editi integrè in omnibus emendarentur, deinde mandavimus nonnullis venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, in sacris litteris versatis, & Ecclesiasticae antiquitatis peritis, ut curam Missale ad pristinam, & quam maxime emendatam formam restituendi susciperent, qui pro sua erga nos fide, & in Romanam Ecclesiam pietate & studio, adhibitis etiam aliis rerum Ecclesiasticarum peritis, & eruditis viris, & veteribus Missalibus, aliisque praeterea libris, qui ad eam rem opportuni videbantur, accuratè perquisitis, & diligenter inspectis, Missale Romanum suae integritati restituere, ac ipsius Pii V. & eorum qui ab eo delecti fuerant, laborem & diligentiam confirmare & comprobare curarunt. Verùm in eo munere peragendo factum est, ut nonnulla ex diligenti librorum antiquorum collatione in meliorem formam redacta, & in regulis & rubricis aliqua uberius & clarius expressa sint, quae tamen ex illorum principis & fundamentis quasi deducta, illorum sensum imitari potius & supplere, quam aliquid novi afferre videantur.

§. 4. Missale itaque quod idem Pius V. ediderat, sic recognitum in nostra Typographia Vaticana, quam emendatissimè imprimi, & ad communem utilitatem publicari iussimus.

§. 5. Ut autem illius usus in omnibus Christiani Orbis partibus perpetuis futuris temporibus conservetur, ipsum Missale in Alma Urbe nostra in eadem Typographia tantum, & non alibi, imprimi posse decernimus. Extra Urbem verò juxta exemplar in dicta Typographia nunc editum, & non aliter, hac lege imprimi posse permitimus, ut nimirum Typographis quibuscumque illud imprimere volentibus id facere liceat, requisita tamen prius, & in scriptis obtenta dilectorum filiorum Inquisitorum haereticae pravitatis, in iis locis, in quibus fuerint, ubi verò non fuerint, Ordinatorum locorum licentia. Alioquin si absque hujusmodi licentia dictum Missale quacumque forma de cetero ipsi imprimere, aut Bibliopola vendere praesumpserint, Typographi & Bibliopola extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes, excommunicationis latae sententiae, à qua nisi à Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, in Alma verò Urbe, ac reliquo Statu Ecclesiastico commorantes, quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum & typorum omnium Camerae praedictae applicandorum poenas, absque alia declaratione irremissibiliter incurrant eo ipso.

§. 6. Et nihilominus eorundem Missalium per eos de cetero absque hujusmodi licentia imprimendorum, aut vendendorum usum ubique locorum & gentium, sub eisdem poenis perpetuè interdicimus & prohibemus.

Sacram Missale reformavit, ne sup. in eius bulla etc. in rubr. Sed variis de causis perperam in multis immutatum fuit

Itud itaque Pius V. in suo integritati restituit, & iteratè & emendatè curavit.

Observatio quo praecipit.

Imprimi quoque licentia Inquisito & vel Ordinatorum in-terdictis.

Aliter usum prohibet.

*Licentiarum  
prædictarum  
formam præ-  
scribitur.*

§. 7. Ipsi autem Inquisitores, seu Ordinarii locorum, antequam huiusmodi licentiam concedant, Missalia ab ipsis Typographis imprimenda, & postquam impressa fuerint, cum hoc Missali auctoritate nostra recognito & nunc impresso, diligentissime conferant, nec in illis aliquid addi vel detrahi permittant, nec in præmissis prætextu incuriæ Typographorum, aut non factæ per correctores vel alios ab ipsis forsan deputandos diligentiam, se aliquo modo excusare, quodque in infra scriptas pœnas non incurrerint allegare valiant, & in ipsa licentia originali de collatione facta, & quod omnino concordent, manu propria attestentur, cujus licentiæ copia initio vel in calce cujusque Missalis semper imprimatur. Quod si secus fecerint, Inquisitores videlicet, privationis suorum officiorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, Antistites autem & Ordinarii locorum, suspensionis à divinis, ac interdicti ab ingressu Ecclesiæ, eorum verò Vicarii, privationis similiter officiorum & beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac præterea excommunicationis, absque alia declaratione, ut præfertur, pœnas incurrant eo ipso.

*Permissio  
Missalium  
tam impres-  
sorum, &c.*

§. 8. Ceterum pauperum Ecclesiarum, Clericorum & personarum Ecclesiasticarum, ac Typographorum & Bibliopolarum quorumcumque indemnitas ex benignitate Apostolica rationem habentes, eisdem Missalia hæcenus impressa penes se habentibus (iis dumtaxat exceptis, quæ auctoritate nostra, ut supradictum est, interdicta & abrogata fuerunt) ut ea retinere, & illis uti, eaque vendere respectivè possint, similiter permittimus & indulgemus.

*Derogatio  
contrariis.*

§. 9. Non obstant. licentiis, indultis, & privilegiis quibuscumque Typographis hæcenus per nos, seu Romanos Pontifices prædecessores nostros, Missale prædictum Pii V. imprimendi concessis, quæ per præsentis expressè revocamus & revocata esse volumus, nec non constit. & ordinat. Apostolicis, generalibus, vel specialibus in contrarium præmissorum quomodocumque concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda esset, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Fides trans-  
umptorum.*

§. 10. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

*Dat. P. A. 13.  
die 7. Julii.*

Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 7. Julii 1604. Pontificatus nostri anno 13.

**CIX.**

Fratribus Ordinis Cruciferorum ambitus dignitatum & officiorum ejus interdicatur.

*De his Fratribus notavi sup. in constit. 2. Urbani III. Cum Antecessor, lib. 1.*

**CLEMENS PAPA VIII.**

*Edita A. D. 1604.*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

*Proemium.*

Quoniam nemo debet sibi assumere honorem nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vite instituto valde alienum est, ut religiosi viri, quos honorum & dignitatum gradus sanctitate vite, ac aliis religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eoque gradus cum ad eos assumuntur, obedientes suscipere, susceptosque humiliter administrare decet, mendicantis sæcularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei pernicietas adferri solet. Nos qui pro muneri nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candore restitatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

*Causa huius  
prohibitionis.*

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine Congregationis Cruciferorum, professionis, & regulæ quam professi sunt, penitus immemores, nimiaque dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum in dicta Con-

gregationis consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis, Ecclesiasticorum, & sæcularium principum studia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, aliisque Prælati commendatitias litteras, aliosque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuvi, quos ipsi ex se promeruisse minime confidunt, gradus, & dignitates in eadem Congregatione consequi valeant, sicque ejusdem Congregationis quietem, non sine animarum suarum periculo perturbant.

§. 2. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione, cujus prosperum regimen & incrementum ad Ecclesiæ sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra pastoralis sollicitudine propellere summopere cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, eos omnes, & singulos fratres dicti Ordinis, & Congregationis, cujuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis & Congregationis consequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quatumcumque personarum, tam sæcularium, quam Ecclesiasticarum, de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque sæculari dignitate & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint.

§. 3. Vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directè, vel indirectè, palam vel occultè, ad prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam sponte oblati, & minime acquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores, ad quacumque prælaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuè inhabiles declaramus, ac obtentis per eos prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis huiusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam activa, quam passiva carere decernimus, & declaramus.

§. 4. Atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Fratribus, Superioribusque, & Prælati quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori Generali, præsentibus, & futuris præcipimus, districtèque mandamus, ne quempiam ullo tempore, precibus, litteris vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam sæcularium quam Ecclesiasticorum, extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ Congregationis promovere, vel pœnas aliquas remittere audeant, vel præsumant.

§. 5. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Congregationis contra præsentium dispositionem, quodabit, quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore & esse, nullisque viribus subsistere. Ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & pœnas præmissas damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum, solas præmissarum personarum instantias, preces & favores, etiam oræntus porrectas, plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alteris adminiculum requiri.

§. 6. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ubi la eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritam quoque, & inane, si secus fuerit his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igneanter contigerit attentari.

§. Non

§. 7. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinis, & Congregationis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si predictis Fratribus, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 8. Ut autem harum litterarum noticia, ad omnes d. Ordinis & Congregationis Fratres facilius deveniat, volumus illas in Generali Capitulo dictae Congregationis publice legi, illasque in dicto Capitulo lectas sic arctare, ac si legitime unicuique intimatae fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis, manu scribae Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Prioris Generalis ipsius Congregationis, vel alterius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae ob signatis eandem proflus fidei haberi, quae presentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die vigesimaertia Julii 1604. Pontificatus nostri anno decimotertio.

CX. Quod Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, non ad Tribunalia secularia, sed ad Priorem generalem, vel Protectorem Ordinis, aut ad summum Pontificem recurrere possint.

Multa de hoc Ordine notavi supra in consil. S. Honorii III. Vi vivendi, lib. 1. ibi videas.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam Nostro Pastoralis potissimum incumbit Officio, ut ea quae per regulares personas contra eorum regularia instituta temere attentantur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compescamus, & amoveamus.

§. 1. Proinde quia nuper dilecto filio Magistro Henrico Silvio Priore Generali Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, non sine animi nostri molestia referente, accepimus quod nonnulli dicti Ordinis, etiam utriusque sexus regulares personae, Dei timore postposito, & suae professionis immemores, ut in eorum malefactis & inobedientia se diutius confoveant, ab iis quae per Praelatos ejusdem Ordinis, & Priores Provinciales, & alios Superiores ab ipso Priore Generali pro tempore deputatos acta sunt & decreta, ad Tribunalia secularia appellare, & ad ea temere confugere consueverunt, in non modicam jurisdictionis ipsorum Superiorum laesionem, & regularis instituti alterationem, ac scandalum plurimorum.

§. 2. Nos praemissis obviare volentes, univervis, & singulis dicti Ordinis utriusque sexus regularibus personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, Apostolica auctoritate tenore praesentium praecipimus, & mandamus, eisque sub excommunicationis latae sententiae poena, a qua non nisi a nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, necnon privationis perpetuae officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quaecumque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis tam activae, quam passivae, eo ipso absque alia declaratione incurren. poenis, districtius inhibemus, ne ad ipsa Tribunalia secularia quovis praetextu, aut quaesito colore appellare, vel ad illa confugere, aut ea propterea quoquo modo adire audeant, vel

presumant. Sed si se a Praelatis privari pretendant, ad Priorem Generalem ipsius Ordinis, seu Illius Protectorem, aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem summum in Ecclesia Dei Judicem, sicut antiquitus semper facere consueverunt, recursum habeant, unde illis brevi manu iustitia ministrabitur.

§. 3. Volentes, & ita declarantes, quod nedum dicti Ordinis regulares personae contrafacientes, verum etiam eorum quomodolibet directi, vel indirecti fautores & consiliores, eadem poenas eo ipso omnino incurrant. Decernentes irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat ad effectum praesentium specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem proflus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1604. Pontificatus nostri Anno 13.

Ne quis in Italia habitum externum, similem ei quem gestant Fratres Reformati, seu Discalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini, deferat. Et nempe ex ipsis ad alium Ordinem quam Carthusianorum transcat.

De toto Ordine Eremitarum notavi supra in consil. 6. Alexandri IV. Licet, lib. 1. Et de novitiis Reformati recipiendus, vide sup. in consil. 64. Decet.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii ratio postulat, ut religiosorum, maxime strictioris observantiae quieti, profectui, bonaeque nomini indefesse consulamus.

§. 1. Cum igitur, sicut accepimus, habitu quo dilecti filii Religiosi Congregationis S. Augustini Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupati utuntur, plures extra eam induti, confusionem, & alicui etiam scandalum, in praedictam Congregationem generent.

§. 2. Nos ut haec & alia inconvenientia omnino evitentur, opportune providere volentes, Motu proprio, ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine districtè praecipimus in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis majoris latae sententiae ipso facto incurrenda poena, ne quis in Italia habitum externum, tam in materia, quam in forma similem (ita ut ex praedictis discalceatis existimari possit) gestare presumat, nisi praedictae Congregationis membrum actualiter existat, aut a Congregatione Galliae, aut Hispaniae pro negotiis gerendis huc adveniat.

§. 3. Quod si qui scienter vel ignoranter secus fecerit, illum a quolibet praedictae Congregationis Religioso habitu, & sandaliis privari posse decernimus, ac illius Congregationis praedictae usui ex nunc appropriamus.

§. 4. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in spiritualibus generalibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Religiosorum

Contrahentium poena

Debitis communitatis

Fides transumptorum

D. P. An. 13. die 20 Sept.

CXII

Edita A. B. 1604

Exordium

Causa huius prohibitionis

Prohibitio de qua in rubrica

Poena de transumptis de qua in prohibitioni

Sanctissimis bulla de prohibitioni

rum dictæ Congregationis, aut cujuslibet eorum fuerit requisitus, præsentibus litteras, & in eis contenta præcipientibus solemniter publicans, ac prædictis Religiosis dictæ Congregationis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra illas in eju- quilibet Civitate, & Diocesi inviolatè observari. Contradictores quoscumque per censuras, & pœnas prædictas, aliisque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Prohibitio transgredi ad alium Ordinem quàm Carthusianorū.

§. 5. Præterea sub eisdem censuris, & pœnis præcipimus, quod nullus prædictæ Congregationis professus in aliqua alia Provincia, aut Congregatione Ordinis S. Augustini, aut cujusvis alterius religionis, præterquam Carthusianorum, absque nostra, & Sedis Apostolicæ, aut Superioris licentia recipiatur, & si receptus fuerit, statim prædictæ Congregationi restituitur.

Derogatio contrariorū.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem proflus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P. An. 19. die 19. Sept.

Dat. Tusculi sub annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1604. Pontificatus nostri Anno 13.

Approbatio Statutorum editorum ab Ordine Fratrum B. MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, ad reformationem ipsius Ordinis.

Hujus Ordinis institutionem habes sup. in constit. 9. Greg. IX. Devotionis, lib. 1. ubi plene notavi.

Edita A. D. 1604.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DECet Romanum Pontificem ea quæ pro Religiosorum quorumlibet statu prospere dirigendo provide statuta, & ordinata sunt, ut inviolatè observentur, Apostolicæ firmitatis robore communitæ, prout in Domino salubriter conspicit expedire.

Provinciarū partitio, & novarū crectio facta fuit in Capitulo generalis.

§. 1. Expositum siquidem nobis nuper fuit pro parte dilecti filii Bernardi de Vargas Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, nomine etiam dilecti filii Alphonsi de Montroy Magistri Generalis dicti Ordinis, & infra scriptarum Provinciarum, quod in Capitulo Provinciali dicti Ordinis in Oppido del Olivar Cæsaragust. Diocesis die 10. Junii anni 1603. celebrato vigore nostrarum litterarum in forma Brevis, sub datum die 4. Martii ejusdem anni expeditarum, Provincia Aragoniæ dicti Ordinis de consensu vocalium in tres partes divisa fuit. Ex quatuor vero Regnis Hispaniæ, videlicet Aragoniæ, Valentie, Navaræ, ac Principatus Cathaloniz, duæ Provincie factæ fuerunt, altera Provincia Valentie, cui subiecta fuerunt Monasteria ejusdem Regni, necnon Monasteria Tortosæ, Tarraconz, Tervel, Sarion, Majoricæ, & Oram, cum suis attinentiis, & jurisdictionibus, altera Provincia Aragoniæ, cui subiacerent Monasteria ejusdem Regni, & Navaræ, & Principatus Cathaloniz.

Statutaque ibidem firmata pro illarum salubri directione, & gubernio.

§. 2. Et ulterius pro salubri ejusdem Ordinis, & dictarum Provinciarum, ac etiam Provincie Italiæ, cujus tertia Provincia fieri debebat (quod quamprimum executioni demandabitur), directione ac prospero regimine nonnulla statuta, Constitutiones, & ordinationes per Religiosos dicti Ordinis perpetuè observari, condita, & conditæ fuerunt tenoris sequentis, videlicet.

Quod in Missis oratio pro Papa & Sede Apost. & in orationibus patriarcalibus commemoratio pro eodem.

§. 3. Primò fuit præceptum in virtute sanctæ obedientiæ, quod ultra communia, & particularia suffragia, & orationes præceptas à Constitutionibus Ordinis, deinceps pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri Papæ cantetur, seu dicatur oratio pro Papa in Missis, tam cantatis, quàm planis pro felici statu Sanctitatis Sux, ac pro conservatione & augmento suæ sanctæ Sedis, quod non contrariabitur Rubricis Missalis Romani, & in orationibus particularibus, & secretis omnes Religiosi eandem faciant commemorationem.

§. 4. Quod Commendatores, tam in celebratione Missarum, quàm in recitatione divini officii in Choro maxime adhibeant diligentiam, & punctualitatem, ut omnes legitimo impedimento non impediti assistant, & quod nunquam omittatur oratio mentalis, & quod in omnibus Monasteriis (si commodè fieri potest,) Missa quotidie cantetur.

§. 5. Fuit præceptum, quod maxima adhibeatur diligentia, ut adimpleantur legata pia benefactorum, & suffragia pro Defunctis.

§. 6. Ac etiam quod decedente aliquo Religioso, teneantur omnes Religiosi Sacerdotes, suæ Provinciæ, sequenti die, postquam habuerint notitiam obitus illius, celebrare unam Missam planam pro illius anima, & Monasteria singula singulas cantent Missas, nisi ratione dici debeat transferri, dummodò non omittatur.

§. 7. Fuit præceptum in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis majoris, quod nullus Religiosus possit uti aliquo privilegio à quovis dicti Ordinis Superiore sibi concessio, nec in futurum concedi à quoquam possit contra dicti Ordinis Constitutiones: quod si concedatur, ex nunc nullius roboris esse censeatur, ac eo utentes eisdem pœnis subjiciantur.

§. 8. Fuit præceptum Commendatoribus, quod non possent suis subditis dare licentiam exeundi extra Civitatem ultra quatuor dies, & non nisi ex rationabili, & honesta causa, & quàm rarius possit; & quando ex aliqua necessitate, & urgenti causa concedenda esset licentia alicui, non nisi à Provinciali concedatur, cujus conscientia fuit onerata, ne sine justa, & honesta causa hujusmodi licentia impartiat, sed si casus advenerit ita præcisus, ut non possit de facili haberi recursus ad Provinciale, & in mora esset periculum, tunc Commendator Monasterii de consilio Consiliariorum licentiam concedere possit, transmittendo Provinciali statim copiam informationis, & causæ propter quam fuit motus cum ipsorum Consiliariorum consilio ad eam concedendam. Circa verò licentias exeundi à Monasterio ad Civitatem, fuit onerata conscientia Prælatorum, ne de facili illas concedant, sed solum ex necessitate.

§. 9. Quod nullus Prælati sub pœna suspensionis sui officii per duos menses permittat, ut aliquis Fratrum, tam Conventualium, quàm non Conventualium, extra Monasterium possit in domibus secularium pernoctare, etiam quod ejus essent consanguinei, aut parentes, nisi de licentia speciali Generalis Magistri, aut saltem Provincialis, excepto casu, in quo ad infirmos in extremis laborantes vocarentur, & tunc non nisi associati remanente ibi possint.

§. 10. Quod Prælati sub pœna suspensionis suorum officiorum per sex menses, non possint nec valeant recipere aliquem ad habitum Religionis, nisi habeat requisitas à Constitutionibus qualitates & conditiones: ac sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne Commendatores, vel Novitiorum Magistri permittant, quod aliquis Novitiorum exeat Novitium ad inseriendum Commendatori, vel alicui Fratri quacumque dignitate, aut officio insignito.

§. 11. Quod Novitii durante anno probationis, non possint ad scientias incumbere, sed solum ediscere res essentielles, ac ceremonias Ordinis.

§. 12. Quod Novitii habeant separatim Dormitorium ab illo Professorum, ubi singulos habeant lectos.

§. 13. Quod Commendatores non possent exponere aliquem Fratrem ad ordines suscipiendos, nisi prius sibi constiterit per diligens examen, quod sit habilis & idoneus, quoad mores, vitam & sufficientiam: quod examen Commendator cum voto Fratrum Conventualium face- reat, ac transmittere Provinciali, qui considerate debeat attentè, an omnes qualitates requisitæ concurrant, & tunc, & non aliter, licentiam concedere possit.

§. 14. Si autem aliquis, quod Deus avertat, sine legitima Prælatorum licentia ordines suscipere fuerit ausus, ultra pœnas canonum, si talis Frater clericus fuerit, ad triennes per triennium condemnatur, si verò conversus, per sexennium, hanc autem pœnam Generalis Magister, Provinciales, vel eorum Vicesgerentes executioni non demandantes, sint suspensi à divinis in utroque foro.

§. 15. Quod

§. 15. Quod nullus praelatus possit abesse à sua commenda per aliquod spatium notabile temporis, nisi ex speciali licentia Provincialis, cujus conscientia fuit onerata, ne de facili hujusmodi licentias concedat, nisi ex causa urgenti & necessitate; & tunc non excedat terminum duorum mensium, quapropter fuit declaratum, quod si Commendator ultra 60. dies abfuerit à sua commenda, quamvis pro servitio Provinciae, aut sui Conventus, ipso jure ejus commenda vacet absque alia declaratione, & tunc Provincialis in ea novum commendatorem praeficiat, nisi ad Generalem Magistrum, juxta Constitutiones Ordinis hujusmodi provisio spectaret.

§. 16. Quod nemo ad praesenturam exponi possit, qui non legerit ultra tres annos Logicæ ac Philosophiæ, duos alios annos Theologiæ scholasticæ, assistendo conferentiis, & aliis actibus, sicut de Magistris dicitur, & qui saltem 33. ætatis suæ annum compleverit, quod docere debeat per fidem Baptistini.

§. 17. Quod nullus possit in Magistrum assumi, qui non legerit quotidie unguem lectionem Theologiæ scholasticæ per spatium sex annorum, postquam fuerit confirmatus in praesentura, & quod de sero semper adfuerit conferentiis, aut praesidendo, aut replicando, & unoquoque anno praesiderit alicui actui publico, seu publicis disputationibus, ita & taliter, quod si fuerint tres Lectores, primus in principio anni, secundus in medio, & tertius in fine praesideat: possint tamen dicti Lectores, si praedictorum aliquid omiserunt, sine licentia Commendatoris (cujus conscientia oneratur ne absque causa cum eis dispenset) supplere in primo, vel sequentibus annis, nec propterea adscribatur in numero Magistrorum nisi 40. ætatis suæ annum compleverit, quod per fidem Baptistini docere debeat, fuit declaratum supradictas qualitates in Magistris, & Praesentatis requisitas, solum extendi ad eos qui post confirmationem harum Constitutionum legere incipient.

§. 18. Quod Provinciales ante celebrationem Capituli Provincialis per duos menses non possint Commendatores, nec alios vocales in dicto Capitulo Provinciali vocem habentes privare, sed solum de eorum delictis inquirere, & facere informationem in scriptis, ad hoc ut in dicto Capitulo examinentur, & rei castigentur.

§. 19. Quod elemosyna, & bona pro Redemptione captivorum à fidelibus largita & largien, non possint ad alios usus applicari, quam ad redimendos captivos, neque ex pecuniis hujusmodi possit emi equus, aut mulus, nisi pro quærentibus, & procurant. dictam elemosynam, quæ animalia ad usum Conventus deservire non debeant nisi Conventus tertia partem pretii illorum exburfaverit.

§. 20. Quod fratres non possint gestare ullo unquam tempore profana vestimenta, sub pœna reclusionis duorum mensium pro una vice, & pro secunda & tertia sex mensium, quorum duo sint gravioris culpe: quam pœnam Provinciales in suis Provinciis, & Commendatores in suis commendis executioni demandabunt sine remissione.

§. 21. Fuit præceptum sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, & privationis activæ & passivæ vocis per sex annos, ac suspensionis exercitii Sanctorum Sacramentorum, quod totum in foro exteriori obliget & liget, quod nullus Superior Monasterii possit alienare, aut expendere legitimas, aut hæreditates Monasteriorum sine expressa licentia in scriptis Magistri Generalis, nec sufficiat Provincialis: quod si secus factum fuerit, Superior Conventus delinquens ipso facto sit privatus, & subditi illius possint ab eo auferre obedientiam, & illam dare Vicario, vel antiquiori Monasterii. Ac sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne novi census sine licentia Generalis Magistri super bonis Monasterii fundarentur.

§. 22. Quod nullus Commendator sub pœna obedientiæ, & privationis Officii, ac vocis activæ & passivæ per tres annos possit ullo prætextu solus expendere, vel etiam recipere aliquid ad Monasterium pertinens sine presentia, vel scientia Depositarij: quod si Depositarij abessent, tunc teneatur vocare aliquem ex senioribus, & sub eisdem pœnis fuit præceptum, ne Commendator per seipsum solum faciat computum, nec etiam Procuratore associatus, sed hoc computum fiat publicè ad sonum campanæ,

ita ut possint omnes quotquot voluerint adesse, sed necessario assistere debeant Commendator, Depositarij, Sacrista, Procurator, & Expenditor, vel eorum major pars, qui sub pœna excommunicationis majoris non permittere debent quod expensæ confusè adnotentur, sed distinctè scribantur, tam res emptæ quam receptæ, exprimendo nomina personarum, à quibus supradictæ res emptæ, vel receptæ fuerunt, & sub eisdem pœnis præcipitur Depositariis, ne in libris computorum apponant, vel apponi permittant, sed scribi aliquod quod realiter, & verè coram ipsis non fuerit enumeratum, & consignatum, & in capsula depositi repositum, & fuit onerata conscientia Commendatoris, quod conetur quotidie facere computum horis, & tempore magis opportunis & commodis.

§. 23. Insuper fuit præceptum sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, & privationis Officii, quod nullo modo possint Commendatores pecunias pro Missis celebrandis largitas à capsula communi depositi extrahere, nisi prius sibi constiterit satisfactum fuisse obligationi, & Missas fuisse celebratas, nec possint dictæ Missarum elemosynæ de uno Conventu ad alium transferri sine licentia expressa in scriptis Provincialis ad minus.

§. 24. Quod Provinciali non detur, ultra quatuor julios, seu regales quotidie pro suis, ac focii expensis, commemorando, vel visitando aliquod Monasterium.

§. 25. Fuit præceptum quod nullus frater possit discedendo ab aliquo Monasterio secum deferre, nisi solum libros, quos habebit, imagines, & habitus ad ipsius usum, reliqua verò, videlicet sedilia, lectum, scabella & alia hujusmodi relinquere debet ad usum Conventus, à quo discesserit: si autem ad idem Monasterium redire contigerit, poterit tunc Commendator eidem fratri magis supradicta quam alteri ad usum consignare.

§. 26. Fuit præceptum sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, quod nullus Commendator possit recipere pecunias, quas Religiosi sui Monasterii in communi capsula depositi habent, nec ab eis mutuo petere.

§. 27. Fuit præceptum juxta Breve Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ Octavi, sub dat. Rom. die 19. Januarii 1601. ne bona unius Provinciae possint ad aliam transferri, sub pœnis etiam in dicto Brevi contentis.

§. 28. Et quod bona ob mortem alicujus fratris pertinent ad Monasterium, cujus erat filius, & non ad Conventum, in quo emiserat professionem, ubicunque decesserit, & propterea professio ubicunque emittatur, intelligatur emissã ad favorem Monasterii cujus erat filius.

§. 29. Fuit præceptum omnibus fratribus, quod 4. & 6. Ferijs Quadragesimæ de sero, debeant convenire in Choro, & ibi communem facere disciplinam.

§. 30. Fuit præceptum in virtute sanctæ obedientiæ Provincialibus, & aliis Superioribus, ad quos de jure spectat, quod nullo modo possint transacto triennio, Commendatorem iterum de alia commenda providere in sequenti triennio, nisi Monasterium cujus erat Commendator, reliquerit honestè reparatum, & notabiliter melioratum, ac provisum de necessariis secundum vires Monasterii usque ad proximam futuram messem.

§. 31. Fuit statutum, quod Redemptores Provinciarum Aragoniæ, & Valentiniæ, dum ad redimendos captivos proficiscuntur, simul eant, nec aliqua inter eos sit superioritas, sed unusquisque suum librum deferat, ubi adnotabit omnia ad redemptionis munus pertinentia, sicut redemptores Provinciarum Castellæ & Bæticæ faciunt.

§. 32. Fuit statutum, quod in Monasterio Barchinonensi, quod caput totius Ordinis est, non eligeretur in Priorem, nisi Religiosus magisterii dignitate, vel ad minus præsentaturæ insignitus, electio autem aliter facta ex nunc nullius valotus declaratur.

§. 33. Fuit statutum, quod in Provincia Aragoniæ circa electionem Provincialis servaretur alternativa, ita & taliter, quod una vice Provincialis sit ex Cathalonia, & alia vice ex Regno Aragoniæ, & Navarra, dummodo reperiretur persona habilis, & requisita habens ad officium Provincialis exercendum.

§. 34. Causa, & occasione supradictæ divisionis & erectionis harum novarum Provinciarum, necesse fuit aliquos Magistros, & Praesentatos de novo creare, ut in electione Provincialium adesset sufficiens numerus vocalium

Elemosyna Missarum non expendatur a legatione illa celebrata fuit. Et ad alium Conventum non transferretur nisi per quod licentia Provincialis. Expensæ pro visitationibus qua Provinciali. Socio subinde visitanda. Fr. discedent à Monasterio libros tantum deferre possit.

Commendatores non possint etiam mutuo recipere deposita Fratrum.

Bona unius Provinciae ad aliam non transferantur. Bona Fratrum pertinent ad Monasterium cuius sunt filii.

Disciplina communis Fratrum 4. & 6. ferijs.

Commendatoris negligentis non licet iterum eligatur.

Inter Redemptores Aragoniæ, & Valentiniæ sententia nulla sit prioritas.

Prior Barchinonensis quid eligatur.

In Provincia Aragoniæ alternativa in eligendo Provinciali servetur.

Magistri & Praesentati de novo creati sint pro sufficiens numero vocalium ad electionem Provincialium.

Præsentati  
Magistri  
Elemosyna  
Commendatoris  
Disciplina  
Inter Redemptores  
Prior Barchinonensis  
In Provincia Aragoniæ  
Magistri & Praesentati

lium, suppleudo in eis aliquas requisitas qualitates, & pro Provincia Aragonie fuerunt creati sequentes.

Magister & Praesentati Aragonia hi sunt.

§. 35. Pro Provincia Aragonie, fuit in Magistrum electus Frater Joannes de Casanova, ad praesentaturam Frater Laurentius Altava, Fr. Joannes Navarro, Fr. Leonard. Spino, Fr. Michael Ortiz de Sada, Fr. Hieron. de Rojas, Fr. Joannes Desaviraque, Fr. Marcus Ruiz, Fr. Didacus de Pamplona, Fr. Martinus de Spinal, Fr. Dominicus de Suaviaga, Fr. Joannes Pardo de la Calta, Fr. Thomas Vasquez, Fr. Paulus Ferriol, Fr. Mattheus Llaneras: post hos praesentatos fuit nominatus in praesentatum de unanimi consensu, Fr. Stephanus Rodriguez tanquam idoneus.

Praesentati pro Valentia Provincia hi sunt.

§. 36. Pro Valentia Provincia fuerunt nominati in Praesentatos, Fr. Michael Selma, Fr. Hieron. Campos, Fr. Jacobus Torner, Fr. Nicolaus Sancho, Fr. Gaspar Fito, Fr. Joannes Ribera, Fr. Andreas Vallester, Fr. Antonius Vidal, Fr. Augustinus Spinosa.

Prior Ordinis praedictorum confirmationem petis a Papa.

§. 37. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praedictus Bernardus Procurator cupiat pro majori statutorum, & ordinationum hujusmodi subsistentia, illis Apostolicae nostrae confirmationis robur accedere, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui ex voto Congregationis Regularium ea confirmat.

§. 38. Nos igitur dicto Ordini pro vestra pastoralis sollicitudine, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Card. super consultationibus, & negotiis Episcop. & Regul. deputatorum, quibus statuta, & ordinationes hujusmodi videnda, & examinanda, ac nobis referenda commisitimus, praedicta statuta, Constitutiones & ordinationes, ut praefertur, inserta, & insertas, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuò confirmamus, approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris quam facti defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus, ac in praedictis Provinciis, & Ordine, à Superioribus, & Fratribus universis ejusdem Ordinis, prout quempiam eorum concernunt, perpetuò inviolabiliter observari debere statuimus, & ordinamus.

Observantiam illorum praecipitur.

§. 39. Mandantes propterea eisdem Alphonso Magistro, & Bernardo Procuratori generalibus, ac Definitoribus Superioribus, & Fratribus universis dicti Ordinis, nunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctae obedientiae, ut praefertur, statuta, ordinationes, & Constitutiones hujusmodi perpetuò observent, ac observari curent, & faciant.

Claus. pres. apponuntur.

§. 40. Decernentes praesentes literas de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut quovis modo infringi, annullari vel retractari ullatenus posse, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Conservatores & Exco- munitores deponantur.

§. 41. Quocirca dilectis filiis Causarum Curiae Cameræ Apostolicae generali Auditori, & Casataugustan. & Valentini officialibus per praesentes committimus, & mandamus, ut praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, per se, vel alium solemniter publicari, & praefertur, statuta, & ordinationes hujusmodi in praedicto ordine perpetuò inviolatè observari faciant. Contradictores quoscumque, ac praemissis non parentes, per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo.

Claus. derog. subjiciuntur.

§. 42. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Provincialibus, & Ordinibus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eisdem Provinciis, & Ordini, ac Superioribus, & Fratribus quibuscumque in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus & sin-

gulis, est de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Marcum, sub anno Piscatoris, die 25. Octobris 1604. Pont. nostri anno 13.

Prohibitio appellandi per Religiosos Ordinis Eremitarum S. August. à Praelatis ejusdem Ordinis ad Tribunalia saecularia. Permissioque habendi recursum ad Generalem, Protectorem, seu Viceprotectorem, aut ad Romanum Pontificem.

Plura de isto Ordine videri possunt supra apud Alexandrum IV. constitut. 6. Licet, lib. 1.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edict. 1604.

Quoniam Nostro Pastoralis potissimum incumbit Officio, ut ea quae per regulares personas contra eorum regularia instituta temerè attentantur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compescamus, & amoveamus.

Exord.

§. 1. Proinde quia nuper dilecto filio Magistro Hypolito Ravennati, Priore Generali Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, non sine animi nostri molestia referente accepimus, quod nonnulli dicti Ordinis, etiam utriusque sexus regulares personae, Dei timore postposito, & sine professionis immemores, ut in eorum malefactis, & inobedientia se diutius confoveant, ab iis quae per Praelatos ejusdem Ordinis & Priores Provinciales, & alios Superiores ab ipso Priore Generali pro tempore deputatos, acta sunt & decreta, ad Tribunalia saecularia appellare, & ad ea temerè confugere consueverunt, in non modicam jurisdictionis ipsorum Superiorum laesionem, & regularis instituti alterationem, ac scandalum plurimorum.

Caus. prohib.

§. 2. Nos praemissis obviare volentes, universis, & singulis dicti Ordinis utriusque sexus regulatibus personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, Apostolica auctoritate tenore praesentium praecipimus, & mandamus, eisque sub excommunicationis latae sententiae, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praetertquam in mortis articulo absolvi possint, necnon privationis perpetuae officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quaecumque dicti Ordinis officia, ac vocis, tam activae quam passivae, eo ipso absque alia declaratione incurrent. poenis districtius inhibemus, ne ad ipsa Tribunalia saecularia quovis praetextu, aut quaesito colore appellare, vel ad illa confugere, aut ea propterea quoquo modo adire audeant, vel praesumant.

Prohib. quae

§. 3. Sed si à Praelatis gravari praesendant, ad Priorem Generalem ipsius Ordinis, seu illius Protectorem, aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad nos, sive Romanum Pontificem pro tempore existentem, supremum in Ecclesia Dei Judicem, sicut antiquitus semper facere consueverunt, recursum habeant, unde illis brevi manu justitia ministrabitur.

Permissio curiae Generalis & Praerogativa Ordinis vel Prae-

§. 4. Volentes & ita declarantes, quod nedum dicti Ordinis regulares personae contrafacientes, verum etiam eorum quomodolibet directè vel indirectè fautores & consultores, eisdem poenas eo ipso omnino incurrant. Decernentes irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Poenae & irritum & inane

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis in contrarium quomodolibet.

Claus. derog.

dolibus concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum presentium specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Novembris millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri anno tertio decimo.*

**IV. De ambitu Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini interdicto.**

*Multa de toto hoc Ordine notant ad const. 6. Alexand. IV. Licet, lib. 1. Et similem de ambitu prohibitionem edixit Paul. V. infra in sua const. 48. Admonemur.*

**CLEMENS PAPA VIII.**  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

Quoniam nemo debet sibi assumere honorè, nisi vocatus à Deo tanquã Aaron, & à Regulari vita instituto valde alienum est, ut Religiosi Viri, quos honorum & dignitatum gradus sanctitate vitæ, ac aliis religionis virtutibus potius promereri, quàm appetere, eosque gradus cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceproque humiliter administrare decet, mendicatis secularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei pernicietas adferri solet. Nos, qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candore restitueretur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine Eremitarum S. Augustini, professionis, & regulæ quam professi sunt, penitus immemores, nimiaque dignitatè, & officiorum Ecclesiasticorum in dicta Religione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis Ecclesiasticorum Principum studia requirant, & à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque Prælatibus commendatitiis literas, aliosque favores, gratias propterea expectant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minime confidunt, gradus, & dignitates in eadem Religione consequi valeant. Sicque ejusdem Religionis quietem non sine animarum suarum periculo perturbant.

§. 2. Nos malum hoc ab eodem Ordine & Religione, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiæ sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra Pastoralis sollicitudine propellere summo petè cupientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eos omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis & Religionis, cujuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis & Religionis assequenda intenti, ad Principum & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam Ecclesiasticarum, quàm secularium, de gremio dictæ Religionis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directè, vel indirectè, palà vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis modis legitimis & honestis rationibus ea obtinere quæsiiverint, aut etiam sponte oblatis, & minime conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores, ad quacumque Prælaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Religione obtinenda, perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce tam activa quàm passiva carere decernimus, & declaramus.

§. 3. Atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna, omnibus dicti Bullarii Magni Tom. III.

Ordinis & Religionis Fratrum, Superioribusque & Prælatibus quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori generali, presentibus & futuris præcipimus, districteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem vel contemplationem Principum vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium, quàm Ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ Religionis promovere, vel pœnas aliquas remittere audeant vel præsumant.

§. 4. Decernentes, electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis & Religionis, contra presentium dispositionem, quod absit, quodocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, nullisque juribus subsistere.

§. 5. Ac omnes & singulos in præmissis delinquentes nulla alia monitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias & pœnas præmissas damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum, solas præmissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam ore tenus portetas, plenam, indubiam, & sufficientem, in judicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius administrandum requiri.

§. 6. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definituri debere, ac irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinibus, & Religionis hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Fratrum, vel quibuscumque aliis communiter vel divisim ab Apostolica sic Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 8. Ut autem harum litterarum notitia ad omnes dicti Ordinis Eremitarum Fratres facilius deveniat, volumus illas etiam in Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & postea in Capitulo generali publicè legi, illasque in dictis Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & Capitulo generali lectas sic archare, ac si legitime unicuique intimatæ fuissent.

§. 9. Illarumque exemplis etiam impressis, manu Scribæ dicti Capituli vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Prioris generalis ipsius Religionis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem prorsus fidem haberi, quæ presentibus haberebatur, si eadem exhiberentur.

*Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Decembris millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri anno 13.*

**Præscriptio formæ, qua Ordines regulares, & Confraternitates seculares, de cetero uti debent interigendis, & aggregandis Congregationibus, & Confraternitatibus, & communicatione suarum indulgentiarum & indultorum, elemosynarumque collectione, & Confessorum electione.**

*Impressis hujusmodi electionibus*

*Indicia ad hoc probandum*

*Clas. sub-lata*

*Clas. arch.*

*Legatum priorum fidem*

*Dat. P. A. 13. die 1. Dec.*

CXXV.

Quibus autem indulgentiis ipsi Ordines Regularis potantur, declaravit Paulus infra constitur. 21. Romanus. Quibus vero fruuntur Confraternitates seculares, videre est in annotationibus quas posui ad eorum singulas, à me in hoc opere collatas, ubi indicavi plurimas Pauli Quinti constitutiones de super hunc firmatas.

Edita A. D. 1604.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Preamium.

Quicumque à Sede Apostolica ad promovendam Christi fidelium salutem aliquando concessa sunt, etiam in futuro, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sunt, tamen cum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus, progressu temporis animadvertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis & decretis observandis provenire, debet pro sui pastoralis officii munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio providere.

P. si est pluri- vimi de v. r. s. Regularibus Ordinibus, secularibus, que Congregatio- nibus, conc. servant privilegium erigendi, vel aggregandi. Congregatio- nes, & Confraternitates cum facultate indulgentiarum, & indulta eis communicandi, nulla præscripta forma, qua hæc fieri debent: itaque præ- v. r. s. de consuetudinibus irrefragant.

§. 1. Cum itaque à pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & forsitan etiam à Nobis nonnullis Regularibus Ordinibus, Religionibus, & institutis, ac etiam Christi fidelium secularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum Nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Urbe nostra, quam in aliis Civitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum & aliis Ecclesiis, & Collegiis, necnon etiam aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Urbe, & in aliis locis existentes, eisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa respectivè communicandi, attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis servari debeat, propterea sive negligentia Superiorum Ordinum, Religionum, & institutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium & communicantium, quæ Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum sunt, non servant formam in huiusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum, quo privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum & Congregationum incuriâ, quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet, ut illa consequantur, nonnullæ prævæ consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde provenerunt.

Hic ergo Pont. decreta quod officiales Ordinum Regularium, unam tantummodò Congregationem in locis inferioribus valeant de consensu Ordinarii loci.

§. 2. Quibus Nos pro commisso Nobis Apostolicæ sollicitudinis officio, paternaque erga omnes Christi fideles charitate prospicere volentes, hac nostra constitutione perpetuè valitura decernimus atque statuimus, ut in posterum tam hujus Almæ Urbis nostræ, quam aliarum Civitatum, & locorum totius Christiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum, & institutorum, quibus in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis & Collegiis Confraternitates seculariù erigendi, & instituendi facultas concessa est, necnon etiâ Archiconfraternitatum, & Congregationum cujusvis Nationis, nominis, & instituti illæ sint, & in quibuscunque Ecclesiis, Domibus, & Oratoriis, tam seculariù, quam ut præfertur quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, Religionum, & institutorum regularium, quavis tam Ordinaria, quam Apostolica auctoritate erectæ ac institutæ existant, seu aliâ quovis modo introductæ reperiantur, quibus aliâs Confraternitates, & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à Nobis & Apostolica Sede attributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alii Officiales, seu Superiores quovis modo nuncupati. Regularium siquidem Ordinum, Reli-

gionum, & institutorum, unam tantum Confraternitatem, & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii loci, & cum literis ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis & Congregationis erigendæ & instituendæ pietas, & Christianæ charitatis officia quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis & Collegiis erigere & instituere.

§. 3. Ceterarum vero Archiconfraternitatum & Congregationum, in singulis Civitatibus, Oppidis, vel locis, unam etiam Confraternitatem & Congregationem dumtaxat, quæ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius Nationis, nominis, & instituti aggregata sit, prævio similiter loci Ordinarii consensu, & cum ejus literis testimonialibus, quibus ejusdem Confraternitatis & Congregationis aggregandæ institutum, pietas & Christianæ charitatis officia, quæ exercere consuevit, apud eos commendentur, sibi adjungere & aggregare possint.

§. 4. Huic vero Confraternitati, & Congregationi erigendæ, instituendæ, seu aggregandæ, ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, quæ ipsi Ordini, Religioni, instituto erigenti, instituenti, ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie; non autem quæ per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valeant.

§. 5. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum & Congregationum aggregantium edita, Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum sunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

§. 6. Insuper volumus, & ordinamus, ut prædicti Ordines, & Religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à Nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, institutis, erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus, nominatim & expressè, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes sunt, communicare possint.

§. 7. Quibus Confraternitates & Congregationes ejusdem dumtaxat Nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & instituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis, cui aggregantur, tam hætenus aggregatæ, quam in posterum aggregandæ utantur, potiantur, & gaudeant, ita ut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectionum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri & officiales, & alii prædicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta huiusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo, illa juxta Sacri Concilii Tridentini decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

§. 8. Quibus etiam Ministris, Officialibus, & aliis prædictis elemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia, juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, plebibus, & capitulis, quæ in Ecclesiis, & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes

Sacra- mentum Confraternitatis & Congregationis, quæ per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valeant.

Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum & Congregationum aggregantium edita, Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum sunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo diocesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

Formulæ approbatæ diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, institutis, erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus, nominatim & expressè, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes sunt, communicare possint.

Religionum, & institutorum, unam tantum Confraternitatem, & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii loci, & cum literis ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis & Congregationis erigendæ & instituendæ pietas, & Christianæ charitatis officia quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis & Collegiis erigere & instituere.

Elemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia, juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, plebibus, & capitulis, quæ in Ecclesiis, & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes





exemplum receperint, seu veram notitiam habuerint, semel aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, in suis Cathedralibus, & majoribus respectu Ecclesiarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum quorumcumque eorum dicecesum, dum in eas major populi multitudo ad divina convenierit, solemniter publicent, & publicari auctoritate nostra mandent ac faciant.

*Vide transumptis adhibenda.*

*Dat. P. A. 13. die 7. Dec. Publicatio in Vrbe.*

§. 17. Ceterum quia difficile foret easdem presentes ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus, & simili auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem ubique fides habeatur, quae ipsimet literis haberetur, si essent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 7. Decembris 1604. Pontific. nostri Anno 13.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1604. Indict. 2. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis. divina Providentia Papa Octavius Anno decimo tertio, die vero 24. mensis Decemb. retroscripta littera Apostol. affixa & publicata fuerunt ad vultus Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie campi Flora, ut moris est, per nos Ioan. Baptistam Menechium, & Dominicum de Rubis Apostolicos Cursores.

*Pro Magistro Cursorum Gaspar de Bonis pedibus.*

CXVI. Confirmatio erectionis Ecclesiae Bononiensis in Archiepiscopatum, & restitutio nonnullarum Ecclesiarum Archiepiscopatus Ravennatensis.

*Hanc erectionem fecit Gregor. XIII. ut in ejus consuet. 80. Universi, lib. 2.*

*Dita A. D. 1604.*

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

*Procurator.*

Romanus Pontifex Beati Petri Apostolorum Principis Successor, in supremo militantis Ecclesiae solio, & Apostolicae potestatis plenitudine supra universas Orbis Ecclesias, & Provincias, ut juxta verbum propheticum noxia evellat, & destruat, ac utilia & salubria aedificet, & plantet, divina dispositione constitutus, tanquam de summo vertice Montis in omnes agri Dominici partes, praesertim sibi nedum spirituali, sed etiam temporalis jurisdictione subjectas, more vigilis Pastoris attentae considerationis dirigens intuitum, pro exactiore ejusdem agriculturae, & uberiori fruge novas sedes, & Ecclesias, tam Episcopales quam Archiepiscopales in locis congruis plantare, & plantatas spiritualibus irrigationibus, & adjumentis cōfovere, ac iis quae Metropolitanæ dignitatis, & jurisdictionis insignibus sunt decoratae, proprias, & distinctas Provincias, necnon cōpetentem suffraganeorum numerum, ad visitationis, correctionis, & justitiae ministerium fructuosius exercendum, assignare, litibusque & controversiis de medio sublatis, pacem & concordiam inter ipsarum Ecclesiarum Praesules & alios Christi fideles omni qua potest industria conciliare satagit, ac aliàs in his suis sollicitudinibus, & providentiae studium, etiam praedecessorum suorum gesta nunc confirmando, & innovando, nunc aliqua ex eis alterando, & in melius commutando interponit, prout Ecclesiarum, Provinciarum, & locorum hujusmodi qualitatibus, & circumstantiis debite pensatis, illorum felici statui, & directioni, ac etiam publicae communitati, & salutis conspiciat in Domino salubriter expedire.

*Gregor. XIII. Ecclesia Bononiensem in Metropolim erexit, ut in eius constitutione in rubr. Sed Gregorius def. nra via desuper lites orta, quae hic Pat. nunc extinguit.*

§. 1. Hinc est, quod nos ad ejusdem Apostolicae dignitatis apicem, & potestatis plenitudinem divinae dispositionis operante clementia, meritis licet imparibus assumpti, providè considerantes, ac memoria & animo revolventes, quod aliàs felices recordationis Gregorius Papa Decimus tertius praedecessor noster, multis magnisque Ecclesiae Bononiensis, erga Sedem Apostolicam meritis adductus, &c.

*Omittitur narrativa hujus bullae, siquidem eam habemus in loco citato in rub.*

§. 2. Post obitum autem ejusdem praedecessoris bonem. Christophorus olim Archiepiscopus, & dilecti filii

Clerus ac cōmunitas & homines Ravennaten. sumpta occasione, quod tempore dat. dictarum litterarum, & antea, ipsa Ecclesia Bononiensis Ecclesiae Ravennatensis, illiusque Archiepiscopo pro tempore existenti, Metropolitanico jure, non autem dictae Sedi Apostolicae immediate subiecta existeret, & sub diversis aliis pretextibus ad pia memoriae Sixti Papae Quinti, etiam praedecessorem nostrum recursum habuerint, dictasque literas tanquam subreptitias, ac praeter mentem, & intentione dicti Gregorii praedecessoris, nec ejus Motu proprio, sed ad Gabrielis Card. necnon regimini, & aliorum Magistratum praedictorum preces, in grave jurisdictionis, praerogativa & auctoritatis dictae Ecclesiae Ravennat. ac illius pro tempore existenti Praesulis praedictum emanatas impugnare, & irritari, & retractari facere tentaverint, dictusque Sixtus praedecessor negotium hujusmodi nonnullis ex ipsius Romanae Ecclesiae Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, & forsitan Congregationi ipsorum Cardinalium super novarum Ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitan. erectionibus, ac inter eas, & jam tunc erectas Ecclesias incidentibus controversiis deputatorum, tum etiam in Palatii Apostolici Auditorio diligenter examinandum, sibi que ad hoc, ut desuper quod justum foret statueretur, referendum commiserit, nec illud hactenus decisum & resolutum fuerit, quodque idem Archiepiscopus Ravennatensis, etiam Ecclesias Ariminensem, & Ferrariensem sub ejus Provincia comprehendit, sibi que jus Metropolitanicum in illis antiquitus competisse: Episcopus vero Ariminensis in vim litterarum à recolendae memoriae Lucio Secundo & Innocentio Tertio Roman. Pontificibus similiter Praedecessoribus nostris emanatarum, & per nonnullos alios Romanos Pontifices pariter praedecessores nostros confirmatarum, & innovatarum, dictam Ecclesiam Ariminensem nulli alteri Metropolim, nisi tantum praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae subesse, vel etiam in Provincia Romana comprehendit, illiusque Praesules pro tempore existentes, à nullo quam Romano Pontifice pro tempore existente, vel de ejus licentia consecrari debere, & similiter Episcopi Ferrar. pro tempore existentes praedictam Ecclesiam Ferrariensem, licet olim sub Ravennaten. vel potius Mediolanen. Provinciae forsitan comprehensa fuisset, temporis tamen processu à Ravennaten. & Mediolan. Provinciae hujusmodi exemptam, dictaeque Sedi Apostolicae immediate subiectam praetendant, vel etiam sint, & exinde graves lites, & discordiae, nisi illis congrue provisionis remedio occurratur, succedere possint, ac propterea in praemissis pro pastoralis officii nostri debito providere, ac tam Ravennaten. quam Bononiensem Ecclesiarum praedictarum statui, & indemnitate aliqua accommodata ratione prospicere, earumque Praesules à litium, & controversiarum hujusmodi incommodis, & dispendiis explicare, atque in pacis, & quietis amoenitate cōfovere cupientes, necnon litterarum Gregorii praedecessoris hujusmodi & aliorum praemissorum, ac inde secutorum quorumcumque datas, & tenores dictarum litium, & controversiarum causas & occasiones, ac earum statum, & merita, necnon Cardinalium & aliorum Judicum nomina, cognomina, ac quorumcumque interesse habentium iura, actiones, rationes, & praetensiones, singularumque Ecclesiarum & Provinciarum praedictarum qualitates, situationes, confines, denominationes, ceteraque omnia & singula in praemissis, & circa ea necessariò exprimenda, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, de eisdem praemissis omnibus & singulis, eorumque circumstantiis, necnon partium praedictarum juribus, rationibus, & praetensionibus universis plenè & sufficienter instructi, post maturam deliberationem super his cum fratribus nostris habitam, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, ac eorumdem fratrum consilio, & unanimi assensu, omnes, & singulas lites, ac controversias, tam inter Metropolitan. invicem, quam inter ipsas Metropolitan. & suffraganeas Ecclesias hujusmodi, illarumque Praesules, super eisdem praemissis, & illorum occasione in dicta Congregatione, vel alibi coram praedictis Cardinalibus, aut quibuscumque aliis Judicibus ordinariis vel delegatis, etiam causarum, dicti Palatii Auditoribus motas & indecisas pendentes, in quibuscumque statu & terminis reperiantur, ad

CLEMENS OCTAVUS

163

ad nos hactenus serie evocamus, eaque penitus cassamus, & extinguimus.

§. 3. Ac Ecclesiam Ravennatensem prædictam, illiusque Præsules pro tempore existentes, adversus tam literas Gregorii prædecessoris huiusmodi, quoad ea, quæ Imolæ & Cervien. Ecclesias in umbilico dictæ Provinciæ Ravennaten. consistentes, earumque Præsules, Capitula, Clerum, & Populum, Civitates & dioceses afficiunt, ejusdem Gregorii prædecessoris literis, quoad cetera in eis contenta, alias salvis, & in suo robore permanentibus, quam omnes & quascumque de illis, necnon Ferrarien. & Ariminen. Ecclesias prædictas per prædictos, & quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, dictamque Sedem Apostolicam ab Ecclesia, & Provincia Ravennaten. huiusmodi factas separationes, segregationes, divisiones, dismembrationes, distractiones, & exemptiones, ac etiam literas Lucii & Innocentii, aliorumque Romanorum Pontificum huiusmodi, necnon forsan subsecutas declarationes & enunciationes, ac denique in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum, in omnibus & per omnia, perinde ac si nullatenus emanassent, Apostolica auctoritate tenore præsentium restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

§. 4. Et nihilominus literas Gregorii prædecessoris huiusmodi, ac omnia & singula in illis contenta, exceptis dumtaxat iis quæ Imolæ & Cervien. Ecclesias prædictas, earumque Præsules, Capitula, Civitates, dioceses, territoria, terminos, Clerum & Populum concernunt, nec eis præsentibus contrariantur, auctoritate & tenore prædictis approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ, & inviolabilis firmitatis Apostolicæ præsidio communitus, eaque & dat. literarum Gregorii prædecessoris huiusmodi valere, & plenam roboris firmitatem obtinere, suosque plenarios & integros effectus sortiri, necnon ipsis Ecclesiæ & Archiepiscopo Bononien. suffragari volumus & decernimus in omnibus & per omnia, perinde ac si Motu proprio prædicti Gregorii prædecessoris emanassent, ipsaque Ecclesia Bononien. tempore dat. literarum Gregorii prædecessoris huiusmodi, Sedi Apostolicæ, non autem Ecclesiæ & Archiepiscopo Ravennaten. prædictis immediate subiecta, ac in iisdem nulla de dictis Imolensi & Cervienti Ecclesiis mentio facta fuisset, omnes quoque & singulos prædictos, ac quoscumque alios, tam juris, quam facti, necnon solemnitarum, etiam substantialium defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem, etiam si tales sint vel fuerint, qui in generali verborum sermone non comprehendantur, sed nota & expressione speciali indigeant, supplemus.

§. 5. Ac pro potiori cautela suffragio prædictam Ecclesiam Bononien. in Metropolim, cum dignitate & Sede Archiepiscopali, ac jurisdictione & superioritate Metropolitanica, necnon Pallii, & Crucis, ut moris est, delatione, reliquisque omnibus & singulis insignibus, ornamentis, honoribus, privilegiis, exemptionibus, juribus, & facultatibus aliis Metropolitan. Ecclesiis de jure vel consuetudine, aut alias quomodolibet competentibus, de novo eisdem auctoritate & tenore, etiam perpetuè erigimus & constituimus, ac tam Bononien. Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. à Ravennaten. quam Imolæ & Cervien. à Bononien. Provinciis huiusmodi, Ferrarien. verò, Ariminen. & Cremen. prædictas, necnon quæ infra Civitates Placentin. & Parmen. consistit, & pridem per nos de Collegiata, tunc nullius diocesis, in Cathedrali erecta, dictaque Sedi immediate subiecta fuit Burgi Sancti Donnini Ecclesias ab immediata subiectione ejusdem Sedis Apostolicæ, & quatenus ipsæ Ecclesiæ Placentin. Parmen. Regien. Mutinen. Cremen. Burgi Sancti Donnini, Ferrarien. Ariminen. Imolæ & Cervien. vel eorum aliquæ Mediolanensi prædictæ, vel cuicumque alteri Metropolitan. Provinciæ, quavis occasione & causa, etiam in earum erectione & institutione, seu de jure, statuto, aut ex antiqua consuetudine, seu dicti Concilii decreto facta electione, & aliis quomodolibet subiectæ, concessæ, adscriptæ, seu adjunctæ fuerint, vel censeantur, aut in possessione etiam immemorabili, seu quasi esse reperiantur, vel prætendantur, à Mediolanen. & quibuscumque aliis Metropolitan. Provinciis huiusmodi, ac omni & quacumque illius Præsidis pro tempore existentis Metropolitanæ jurisdictione,

visitatione, superioritate, correctione, & obedientia illius, ut præfertur, vel aliis quomodolibet forsan competere, auctoritate & tenore prædictis similiter perpetuè penitus eximimus, & totaliter liberamus, eisque de illarum quomodolibet, Placentin. videlicet, ac Parmen. Regien. Mutinen. Cremen. & Burgi Sancti Donnini Ecclesias, earumque singularum Præsules, Capitula, Civitates & dioceses, necnon Cleros, Populos, & utriusque sexus personas, tam seculares quam Ecclesiasticas, earumdem dictæ Ecclesiæ Bononien. pro suis suffraganeis, & Provincialibus, ac aliis juxta tenorem literarum Gregorii prædecessoris huiusmodi, ac modo & forma in illis expressis & contentis, quæ omnia, etiam ad dictam Ecclesiam Burgi Sancti Donnini extensa & ampliata censeantur, perinde ac si in eisdem de illa specialis & specifica mentio facta foret, auctoritate & tenore similibus pariter perpetuè concedimus & assignamus. Ferrarien. verò & Ariminen. Ecclesias, etiam si non appareat, neque probari possit, quod illæ aliquando sub dicta Provincia Ravennaten. comprehensæ, aut illi subiectæ fuerint.

§. 6. Necnon Imolæ & Cervien. Ecclesias prædictas similiter cum suis respectivè Episcopis, Capitulis, Civitatibus, diocesis, territoriiis, Cleris, Populis, Collegiatis, Parochialibus, & aliis Ecclesiis, necnon Monasteriis, Collegiis, Hospitalibus, locis piis & Religiosis utriusque sexus, etiam exemptis, & quocumque privilegio suis, ac omnibus & singulis beneficiis Ecclesiasticis, cù cura & sine cura, secularibus & quorumvis Ordinum regularibus Ecclesiis, Provinciæ, & Archiep. Ravennaten. prædictis, ultra Ecclesias Adien. Comaclen. Faventin. Follivien. Britanorien. Celsenaten. Sarnaten. & alias si quæ sint ipsius Ecclesiæ Ravennaten. suffraganeas Metropolitanico jure, ita ut idem Archiepiscopus Ravennaten. pro tempore existens in illis omnibus & singulis jus Metropolitanicum sibi vindicare, ac Ferrarien. Ariminen. Imolæ & Cervien. Ecclesiarum huiusmodi Episcopos, uti ejusdem Ecclesiæ Ravennaten. suffraganeos consecrare, & ad ejus Synodum Provinciale evocare, ceteraque omnia ad Archiepiscopi munus & officium de jure vel consuetudine, aut aliis quomodolibet spectantia, & pertinentia facerè, exercere, procurare, administrare, & exqui liberè, & licitè valeat, dictique Episcopi Ferrarien. Ariminen. Imolæ & Cervien. nunc pro tempore existentes prædicto Archiepiscopo Ravennaten. tanquam membra capiti obsequentes, ad omnia & singula teneantur & sint obligati, ad quæ alii suffraganei suis Ecclesiis Metropolitanis, & Archiepiscopis Metropolitanis, de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet tenentur, & obligati existunt, itidem perpetuè subijcimus. Et deinceps perpetuis futuris temporibus Ferrarien. Ariminen. Imolæ & Cervien. Ecclesias prædictas, inter alias suffraganeas dictæ Ecclesiæ Ravennaten. connumerandas, & censendas, ac tam eas quam illarum singularum Civitates & dioceses sub ipsa Provincia Ravennaten. comprehensas, & nullatenus ab ea exemptas, nec dictæ Sedi Apostolicæ immediate, neque ulli alteri, nisi tantum Ravennaten. Ecclesiæ, & illius Archiepiscopo prædictis quoad Archiepiscopalia, Metropolitanica, ac Provincialia jura, & jurisdictiones subiectas esse & fore.

§. 7. Prædictas quoque literas nullo unquam tempore, etiam ex eo quod dictarum Ecclesiarum Præsules, & Capitula, vel quicumque alii in præmissis interesse quomodolibet habentes eisdem præmissis non consenserint, nec ad id vocati, aut requisiti, neque forsan omnes causa propter quas eadem præmissa emanarint, in Consistorio nostro, vel alibi vocatis vocandis, & prævis debitis tractatibus, ac servatis & adhibitis solemnitatibus, & aliis de jure vel consuetudine, vel juxta constitutiones & ordinationes Apostolicas, aut Ecclesiarum & Provinciarum huiusmodi statuta, privilegia, & indulta, etiã confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roborata, aut aliis quomodolibet requisitis, & in similibus necessariis examinatz, verificatz, & approbatæ fuerint, seu etiã enormis, vel enormissimæ, & totalis læsionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, ac quavis causa vel occasione quæcumque notabili, & juridica, etiam necessariè exprimenda, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu notari;

Ravennaten. & Ecclesiis suis

Clausulas huius dispositionis præservari apponit.

notari, impugnati, in toto vel in parte rescindi, retractari, annullari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratie remedium impetrari posse, minusque sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum & concessionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, à nobis, seu quibusvis aliis Roman. Pontificibus Successoribus nostris, ac dicta Sede, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter pro tempore emanatis nullatenus comprehendendi, nec comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum ac validissimum, & eum in quo antequam emanarent, erant statum, in omnibus & quoad omnia restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub quacumque data, etiam posteriori per quoscumque interesse habentes pro tempore eligenda de novo concessas, ac contra & adversus quascumque exceptiones, etiam quantumvis iustas, juridicas, ac quorumvis impugnationes, si quas pro tempore fieri contigerit, omnino & semper validas & efficaces fore, esse, & censeri, suoque plenarios & integros effectus sortiri, & partibus ipsis perpetuo suffragari in omnibus & per omnia, ac si vocatis omnibus & singulis quorum interest, de illorum consensu, necnon debitis tractatibus & solemnitatibus, ceterisque ad hoc requisitis plenè servatis & adhibitis emanassent, neque ipsarum Ecclesiarum Ravennaten. & Bononien. Præsules pro tempore existentes, vel alios quoscumque ad superius expressa in toto vel in parte verificandum, seu probandum ullo unquam tempore teneri, nec ad id quavis necessitate cogi aut compelli posse, sed solam narrativam prædictam absque alia verificatione vel probatione sufficere, eique in iudicio & extra illud stari, nec aliquam probationem seu exceptionem, cuiusque naturæ & speciei illa sit, vel fuerit, in contrarium adduci vel admitti.

Aliter iudicari prohibetur.

§. 8. Sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum dicti Palatii Auditorum, ac prædictos & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, nunc & pro tempore existentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quavis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus & declaramus, ac de super omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis prædictis perpetuum silentium imponimus.

Contrariis quibuscumque derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo iure quæsito, & singulis fel. mem. Pauli II. & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum itidem prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, necnon singularum Ecclesiarum & Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, erectionibus, institutionibus, & exemptionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, earumque Præsulis, Præsidentibus, Capitulis & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis, etiã vim contractus habentibus, seu inducentibus, per prædictos & quoscumque alios Romanos Pontifices similiter prædecessores nostros, ac etiam nos, & dicta Sedes, etiam motu, scientia, consilio, & potestatis plenitudine paribus, ac ex certis tunc expressis, etiam consistorialiter propositis, & diligenter examinatis, etiam per modum statuti, & perpetuæ sanctionis & ordinationis, in genere vel in specie, ac aliis quomodolibet etiã iteratis & multiplicatis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de

verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti essent, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressè, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Formam hanc in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicentur, eorumque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac omnes & singulos, quos illæ concernunt, à die publicationis huiusmodi perinde ardeant, ac si ipsis personaliter intimatæ fuissent.

§. 10. Volumus autem, quod præsentibus nostræ literæ, ut amplius innotescant, non solum in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicentur, eorumque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac omnes & singulos, quos illæ concernunt, à die publicationis huiusmodi perinde ardeant, ac si ipsis personaliter intimatæ fuissent.

Exempli hanc in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicentur, eorumque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac omnes & singulos, quos illæ concernunt, à die publicationis huiusmodi perinde ardeant, ac si ipsis personaliter intimatæ fuissent.

§. 11. Huiusmodi quoque exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & Cancellariæ prædictæ Regentis pro tempore existentis, vel alterius Prælati Romanæ Curie, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ iisdem præsentibus originalibus literis nostris adhiberetur, si foret exhibitæ vel ostensæ. Mandantes illas in librum Quinternum appellarum ejusdem Cancellariæ ad perpetuam rei memoriam referri & describi.

Sanctissimus hanc in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ publicentur, eorumque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac omnes & singulos, quos illæ concernunt, à die publicationis huiusmodi perinde ardeant, ac si ipsis personaliter intimatæ fuissent.

§. 12. Noli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum advocacionis, cassationis, extinctionis, restitutionis, repositionis, reintegracionis, approbationis, confirmacionis, communicationis, supplementis, erectionis, institutionis, exemptionis, liberationis, concessionis, assignacionis, subjectionis, declarationis, impositionis, voluntatum, decretorum, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. Anno Incarnacionis Dominicæ 1604. 18. Kalend. Januarii, Pontificatus nostri Anno 13.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnacionis Dominicæ 1604. 18. Kalend. Januarii, Pontificatus nostri Anno 13.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episc.

Papa

Protektor noster aspice Deum.

- Ego Ptolomæus Episc. Ostien. Card. Comen.
- Ego Alex. Episc. Prænestin. Card. Florent.
- Ego Hier. Episc. Portuen. Card. Simonillus.
- Ego Fr. Hier. Episc. Albanen. Card. Afculan.
- Ego Franc. Episc. Sabinen. Card. de Joiosa.
- Ego Ant. tit. S. Prax. Presb. Card. Gallus.
- Ego Ant. tit. S. Mariæ Transf. Presb. Card. Saul.
- Ego Evangelista tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. Casentinus.
- Ego Marianus tit. SS. Marcell. & Petri, Presb. Card. de Camerino.
- Ego Fr. Gregorius tit. S. Augustini Presb. Card. de Montelparo.
- Ego Paulus Presb. Card. S. Cecilie.
- Ego Bened. tit. S. Priscæ Presb. Card. Justinian.
- Ego Franc. Maria tit. S. Mariæ in Araceli Presb. Card. à Monte.
- Ego O. S. Alexii Presb. Card. Pallavicinus.
- Ego O. tit. SS. Joânis, & Pauli Presb. Card. de Aquaviva.
- Ego Fl. tit. S. Mariæ de Pace Presb. Card. Plat.
- Ego Ant. Presb. Card. Sanctorum Quatuor Cor.
- Ego Petrus tit. S. Pancratii Presb. Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.
- Ego Franc. Maria tit. S. Mariæ sup. Min. Presb. Card. Senensis.
- Ego O. tit. S. Sabinæ Presb. Card. Bandinus.
- Ego F. Annas tit. S. Sufannæ, Presb. Card. de Givry.
- Ego Cam. tit. S. Chryfog. Presb. Card. Burghes.
- Ego Cæf. tit. SS. Ner. & Ach. Presb. Card. Bar.
- Ego Laur. tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presb. Card. Blanchettus.
- Ego Franc. tit. S. Crucis in Hier. Presb. Card. Avila.
- Ego Fran. tit. S. Mariæ de Pop. Presb. Card. Mant.
- Ego Pomp. tit. S. Balbinæ Presb. Card. Arigon.
- Ego Bonif. tit. S. Hieronymi Illyricorum Presb. Card. Bevilacqua.
- Ego Dominicus Episc. Tusculan. Card. Pinell.
- Ego Dom. tit. S. Honuph. Presb. Card. Tufchus.
- Ego P. Amilius Presb. Card. S. Marcelli.

Ego

CLEMENS OCTAVUS.

Ego Seraph. tit. S. Saly. in Lau. Presb. Card. Oliv.
Ego Inn. tit. S. Tho. in Par. Presb. Card. de Bub.
Ego Jo. tit. S. Matt. in Mar. Presb. Card. de Vic.
Ego Jac. tit. S. Steph. in Mont. Cael. Presb. Card. San.
Ego Hier. tit. S. M. Transp. Presb. Card. Valentinus.
Ego Hier. Aguc. Presb. Card. S. Petri ad Vinc.
Ego Hier. tit. S. Blasii de Ann. Presb. Card. Pamph.
Ego F. Ansel. tit. S. Petri in Monte Auteo Presb. Card.
Monopolitanus.
Ego Alex. S. Laur. in Dam. Diac. Card. Montaltus, S.R.E.
Vicecancellarius.
Ego Cynt. Diac. Card. S. Georg. ad Velum Aur.
Ego Bart. S. Mariz in Port. Card. Celsus.
Ego And. S. Ang. in For. Pife. Diac. Card. Per.
Ego Jo. Bapt. S. Mariz in Cosm. Diac. Card. Det.
Ego Syl. Diac. Card. S. Cefarei.
Ego Carol. Eman. S. Nic. in Carc. Tulliano, Diac. Card.
Pius.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1605. Indiil. 3. die
verò 29. mensis Ianuarii, Pont. Sanctiss. in Christo Patris, &
D. N. D. Clementis divina providentia Papa VII. Anno
ejus XIII. retrospectiva Jura Apost. publicata & affixa fue-
runt in valvis Basilica Principis Apostolorum, Cancellaria
Apostolica, necnon in acie Campi Flora, ut moris est, per me P.
Aloysium Peregrinum ejusdem D. N. Papa Curf.

Jacobus Brambilla Mag. Curf.

Letta & publicata fuit supradicta Bulla, die 8. mensis Fe-
bruarii dicti Anni, ut supra in Cancellaria Apostolica de ma-
ne hora Cancellaria, presentibus Dominis de Parco, & pluri-
bus Scriptoribus & Abreviatoribus.

Claudius Ciccolinus Custos.

CXVI. Innovatio & declaratio constitutionum editarum
ab Innocentio VIII. & Julio III. super jure &
modo quo Prior generalis Fratrum Eremitarum
Ordinis S. August. visitare possit loca & personas
Congregationis Lombardiz ejusdem Ordinis.

Congregationem istam sejunxit Eugenius IV. ut sup. in ejus
conf. 25. Regimini, lib. 1. ubi notavi.

CLEMENS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto nobis Apostolici muneris debito, contro-
versis & differentiis inter Religiosos vertentibus si-
nem imponere, ac desuper opportuno remedio providere
tenemur, prout jus & ratio postulat, ac aliàs in Domino
salubriter conspiciamus expedire.

§. 1. Cum itaque dudum inter dilectos filios Priorem
Generalem Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augu-
stini, ejusque assistentes ex una, & Vicarium Generalem
& Fratres Congregationis, seu Societatis Lombardiz
ejusdem Ordinis ex altera partibus, controversiz ac dif-
ferentiz super jure, modo & forma visitandi, rebusque
aliis vigerint.

§. 2. Nosque illas in Congregatione Reformationis &
Visitationis Apostolicæ mature discuti, & examinari fece-
rimus, & in eadem Congregatione ambæ partes pluries
fuerint auditz. Nunc hujusmodi differentias & controver-
sias è medio tollere, ac utriusque partis quieti prospicere
volentes, ac Priorem Generalem, assistentes & Vicarium
Generalem & Fratres Universos Ordinis & Congregatio-
nis prædictorum, à quibusvis excommunicationis, suspensio-
nis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris
& pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodati existit, ad effectum
presentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-
solventes & absolutos fore censentes, Motu proprio &
ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque
Apostolicæ potestatis plenitudine, declarantes in primis
& ante omnia, mentis, & intentionis nostræ non fuisse nec
esse, in literis nostris in forma brevis, sub datum die 13.
Iulii præsentis Anni M.DCIII. expeditis super visitatione
per priorem Generalem faciendâ in Domibus Congrega-
tionis Lombardiz, quatum tenorem presentibus pro ex-

presso haberi volumus, recedere à dispositione & privile-
gio fel. record. Innocentii PP. VIII. prædecessor. nostri
super eadem visitatione emanatis, & ab eisdem paribus
receptis & acceptis in concordia de Anno M.DLI. inter
cas inita, quarum etiam tenores presentibus pariter pro
expressis haberi volumus, sed ejusdem nostræ mentis &
intentionis fuisse & esse statuere & decernere, prout in
dictis privilegio & concordia continetur; & nihilomi-
nus prædictas nostras literas ad præscriptum privilegii
& concordiz hujusmodi reducetes, harum serie perpetuo
statuimus & decernimus.

§. 3. Quod liceat Priori Generali, quoties ei placue-
rit, per se infimul, cum uno ex Visitatoribus Societatis
hujusmodi, quem ad hoc duxerit eligendum, vel per
Vicarium ejusdem Societatis dumtaxat, & non per alium,
unam vel plures Domum vel Domos, ac ipsam Societa-
tem visitare.

§. 4. Ac ulterius volumus & mandamus, ut in Visita-
tione hujusmodi Prior Generalis, tam in præcedentia,
quam in aliis quibuscumque actibus publicis vel privatis
in locis & Domibus Congregationis prædictæ habeatur,
recipiatur & honoretur ut Caput, Governator & Admini-
strator totius Ordinis Sancti Augustini, ab ipso Vicario
Generali Congregationis, Visitatoribus, Provincialibus,
Prioribus, & omnibus aliis Fratribus. Et debeant in ea-
dem visitatione, primùm ipse Vicarius Generalis, deinde
Visitatores, Provinciales, Priores, & alii supradicti Fra-
tres præstare illi cum affectu omnem obedientiam, ut suo
Superiori.

§. 5. Teneatur Vicarius Generalis, Visitatores & alii
quicumque Fratres Congregationis subire & recipere
prædictam visitationem, nedum quoad loca, Domus &
Conventus Congregationis, verùm etiam quoad pro-
prias cujusque ipsorum personas, & debeant universi, ac
illorum unumquisque obedientiam præstare Priori Gene-
rali in his quæ per ipsum in visitatione fuerint ordinata,
necnon subjacere pœnis & correctionibus, quas juxta
Constitutiones dictæ Congregationis Prior Generalis il-
los visitando injunxerit & imposuerit, illasque omnino
adimplere & exequi debeant.

§. 6. Visitator Congregationis, qui vocatus à Priore
Generali interit visitationi, vel Vicarius Generalis ipse
si quando reperietur in conventu ubi fiet visitatio, assi-
stat ipsi Priori Generali, ut illum informet, ac certiore
faciat de statu & negotiis Domorum visitandarum, vita-
que, moribus Fratrum, Verùm nullam habeat vocem acti-
væ in ipsa visitatione, & non possit ferre aut præten-
dere votum, nisi consultivum in his omnibus, quæ Prior
Generalis voluerit decernere.

§. 7. Neque etiã possit aut debeat interesse scrutinio, aut
examine secreto, habendo per Priorem generalem visi-
tantem, de Fratribus Congregationis, cui scrutinio, seu
examine ipse solus Prior Generalis debeat interesse.

§. 8. Assistentes Ordinis comitentur & allocient Priorem
Generalem in visitatione Congregationis, & perpetuo
eidem assistant, & ipse Prior Generalis absque eorum
consilio nihil decernere possit, juxta formam à nobis
præscriptam in literis in forma Brevis super deputatio-
ne eorundem Assistentium expeditis.

§. 9. Idem assistentes dum eo munere in dicta Visita-
tione funguntur, quibuscumque locis & actibus ejusdem
Congregationis locum habeant præsentem Priorem Gene-
rali, ante Vicarium Generalem Congregationis, ac Visitato-
res, Procuratorem, Provinciales, Priores & alios quos-
cumque Fratres dictæ Congregationis.

§. 10. Teneatur Prior Generalis saltem per mensem an-
te visitationem denunciare Visitatori, quem voluerit eli-
gere, visitationem faciendam, ejusque locum & tempus.
Et si Visitator vocatus recusaverit aut neglexerit in loco
aut Monasterio visitando intervenire, liceat eidem Priori
Generali vocare ad idem officium de propinquiori Mo-
nasterio Priorem, vel eo absente Vicarium; & illis ad-
huc accedere recusantibus, absque eorum interventu
dicta loca visitare.

§. 11. Quocirca utriusque partibus prædictis in virtute
sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, aliisque
arbitrii nostri pœnis districtè præcipiendo mandamus,
quatenus præmissa omnia singula inviolatè observent,

Declarat quod Gen-
ralis visitat
per seipsum,
una cum uno
ex Visitatoribus
Congrega-
tionis.
Honoretur aut
apud totius
Ordinis, &
omnium obe-
dientia ut
præstatur.

Visitare pos-
sit tam loca
Congregatio-
nis Lombardiz,
quàm
personas.

Visitator, aut
Vicarius Con-
gregationis
assistat, &
votum con-
sultivum
tantùm habet.

Scrutinio aut
secreto exami-
nis Genera-
lis non in-
terit.

Assistentes
præsentem in
Visitatione
omnibus de
Congregatio-
nis.

Visitatorem
munit Ge-
neralis per
mensem ante;
& eo non
veniente, Ge-
neralis visi-
tat absque
ipso.

Observan-
tiam prædi-
ctam & ob-
servantiam præ-
cipi.

Altitudo
viti.

Altitudo in
am. Apost.

Altitudo An. D.
1604.

Ordinum.

Altitudo est dif-
ferentia su-
per modo quo
generalis
visitat.

Altitudo Pontifex
sub die 13.
Iulii præsentis
Anni M.DCIII.
expeditis super
visitatione
Congregationis
Lombardiz.

Altitudo bullam
non fuisse usi
non necessa-
riam, quia
hæc plenior
est, & illam
visita.

& per eos ad quos spectat & spectabit in futurum, observari cunctis & faciant.

Generalem  
executores  
horumdem  
deputat.

§. 12. Et nihilominus eidem Priori Generali, prædictos Vicarium Generalem, Visitatores, Priores & Fratres dictæ Congregationis Lombardiæ ad observationem præmissorum per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, cogendi & compellendi, ac inobedientes quoscumque etiam voce activa & passiva perpetuò vel ad tempus arbitrio suo privandi, & contra illos censuras & pœnas supradictas, servata juris & sacrorum Canonum forma, proferendi & promulgandi, facultatem impartimur, ac sententias sive pœnas præmissas, quas tunc tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Claufulas  
derogatorias  
appone.

§. 13. Non obstantibus literis nostris supradictis de mense Julii præsentis anni expeditis, ac etiam prædicti Innocentii prædecessoris privilegio, & concordia, in his quæ præsentibus adversantur, ac aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis & Congregationis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis eidem Congregationi, ejusque Vicario Generali, aliisque Superioribus & Fratribus sub quibuscumque tenoribus & formis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque cõtrariis quibuscumque.

D.P. An. 13.  
die 22. Dec.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1604. Pont. nostri anno 13.

CXVIII. Jurisdic<sup>ti</sup>o Vicarii Papæ in Vrbe, cognoscendi quascumque causas Archihospitalis S. Spiritus, Ordinis S. Augustini, vel ejus, suarumque personarum interesse concernentes.

Declarationem hujus jurisdictionis, quoad causas obligationum Cameralium, vel ad R. Cameram Apostolicam aut Magistrum Vicarum Urbis spectantes, vide in Pauli V. constitut. 22. Decembris, ubi alia de Archihospitali indicabo.

Edicta A. D.  
1605.

CLEMENS PAPA VIII.  
Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huius  
constitutio.

Cum sicut accepimus, Archihospitale nostrum S. Spiritus in Saxia de Vrbe, Ord. S. August. maximè damnatum patiarur, dum coram diversis iudicibus litigare cogitur, cum ejus Procuratores, ac Advocati sæpè ac sæpius una & eadem hora coram pluribus Iudicibus comparere pro defensione causarum dicti Archihospitalis teneantur, quo fit ut pluries ob eorum non comparitionem retardentur expeditiones, seu etiam quandoque in eorum contumacia accelerentur, in non leve damnum dicti Archihospitalis. Et licet felicis recordationis Clemens Septimus, & Paulus Quartus Romani Pontifices prædecessores nostri tunc existentes, suos in Alma Vrbe Vicarios in Iudices causarum dicti Archihospitalis deputaverint, nihilominus hoc privilegium in defectu veniret.

Jurisdic<sup>ti</sup>o  
Vicarii Papæ  
cognoscendi  
omnes causas  
interesse  
Archihospitalis,  
cuiusque  
personarum  
concernen.

§. 1. Nos ejusdem Archihospitalis utilitati & commoditati prospicere, ut ejus bona & jura quæcumque conserventur, ac in pauperum infirmorum, & alios pios, prout deputata esse noscuntur, & non alios usus debite convertantur, salubriter providere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, literas, seu Motus proprios dictorum Clementis & Pauli prædecessorum harum serie confirmantes, & innovantes, omnes & singulas causas civiles, beneficiales, matrimoniales, & spirituales ac profanas, criminales & mixtas, ac alias quascumque inter dictum Archihospitale, illiusque Præceptorem, Fratres, Ministros, Factores, Agentes, vel quoquo modo dicto Archihospitali inservientes, necnon projectos, seu expositos vel expostas in eodem Archihospitali degentes, seu qui vel quæ inde egressæ sunt, & nuptui traditæ ex una, & quascumque alias personas, cuiuscumque status, gradus,

Ad hoc vide  
declarationem  
indicatam  
in rubr.

dignitatis, ordinis, conditionis, & præminentie existentes, Universitates, Societates, Congregationes, Monasteria & alia loca pia, & suos Iudices particulares, etiam ex concessione, seu speciali commissione vel deputatione nostra, vel aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum habentes, seu habentia, & alios quoscumque, tam activè quàm passivè vertentes, à quibuscumque Iudicibus, Cameræ Auditore, etiam si agatur vigore obligationis Cameralis, Vicario, Governatore, Senatore Urbis, illorumque Locatenentibus, Collateralibus & Iudicibus, ac dictæ Urbis causarum Appellationum Capitaneo, & à quibusvis Consulibus, etiam Artis Agriculturæ, Camerario Ripæ & Ripettæ, Burgi Governatore, & sacri Palatii causarum Auditoribus, & ejusdem S. R. E. Cardinalibus, etiam cuiusvis Collegii, Societatis, Universitatis, Monasterii, seu alterius cuiusvis loci pii, etiam Neophytorum Protectoribus, specialiter deputatis, aliisque Iudicibus ordinariis seu delegatis quibuscumque motis & pendentes de & super statu & bonis stabilibus, mobilibus, seu moventibus, juribus & actionibus quibuscumque etiam occasione damnorum datorum, tam prædicti Hospitalis quàm Fratrum dicti Ordinis, expositorum, infirmorumque in dicto Archihospitali decedentium, qui aliquid dicto Archihospitali, sive per viam institutionis vel legati, seu ab intestato vel alio quocumque titulo reliquerint, aliorumque Ministrorum, Agentium, Factorum, aliorumque dicto Archihospitali quoquo modo inservientium, ac quibuscumque locationibus, venditionibus, legatis, fideicommissis, testamentis, hereditatibus, ac illorum discussionibus, atque quorumcumque jurium & actionum cessionibus, aliisque inter vivos contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ executionibus, revocationibus, bonis, rebus, juribus & actionibus ad dictum Archihospitale spectantibus, & in quibus ipsum Archihospitale, seu personæ supradictæ quoquo modo interesse habent, seu prætendunt, tam in Romana Curia, quàm extra eam ubi vis locorum, quorum omnium & singulorum status & merita, ac nomina & cognomina Iudicum & collitigantium præsentibus pro expressis haberi volumus, in quacumque instantia, ac in eisdem statu & terminis in quibus reperiuntur, ad nos harum serie avocamus.

§. 2. Illasque, necnon alias in futurum quodcumque perpetuis futuris temporibus movendas, cum omnibus & singulis illarum incident. dependen. annexis & connexis, tibi moderno, & pro tempore existenti nostro in Alma Vrbe, ejusque districtu Vicario, per te ipsum, seu per Prælatum doctrina & integritate præditum à te deputatum, & toties quoties tibi videbitur removendum, & alium in ejus locum subrogan. qui tamen non sit tuus Vicegerens, neque Locumtenens, qui aliis variis negotiis impediti dictarum causarum expeditioni singulis horis, prout necessitas requirit, vacare non poterunt, quoad causas minorum movendas summarie, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, & nullis etiam terminis substantialibus servatis, & sine registri confectioe, etiam si de quacumque summa excedente tuam jurisdictionem agatur, ac aliàs juxta ordinarias facultates & jurisdictionem tibi per nos attributas, & secundum justitiam & æquitatem, & quacumque etiam appellatione remota, si causæ hujusmodi à te ipso cognoscuntur & terminabuntur, si autem hujusmodi causæ à Prælato à te deputando cognoscuntur, & causæ ipsæ erunt appellabiles, semel tantum ad te recursum habere liceat, & causæ hujusmodi per viam revisionis per te ipsum vel alium à te deputatum terminari debeant, cognoscen. deciden. sineque terminan. privatè quoad alios quoscumque Iudices supradictos, & quemlibet ipsorum, committimus & mandamus.

§. 3. Et ne de cætero causæ Archihospitalis & illius Præceptoris & Conventus, ac personarum hujusmodi activè vel passivè alteri quàm tibi committi possint, & quicquid secus à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

§. 4. Et insuper tibi per te vel Prælatum à te deputatum, prædictum, quoscumque quorum intererit, tam in Romana Curia quàm extra eam, etiam per edictum publicum, constituto tibi summarie & extrajudicialiter de non tuto accessu

Per scrib<sup>ta</sup>  
appellat<sup>io</sup>  
remota  
per alios  
sumel  
sum in te  
si appella  
libus re  
permis

Nec alio  
quàm sibi  
hujusmodi  
causa com  
mitti possit  
Facultati  
Curia &

tra eam  
randi in  
bo. di. c.  
inobis in  
cæ. c. c.

accessu citandi, ac illis, necnon quibuslibet toties quoties opus fuerit, etiam simili edicto, etiam sub sententiis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis poenis arbitrio tuo moderari, & applicari, inhiberi, ac in eventum non partitionis ad declarationem incursum censurarum & poenarum huiusmodi, illarumque aggravationem & reagravationem, necnon invocationem brachii secularis auxilii, & interdicti relaxationem.

§. 5. Necnon testes ad perhibendum testimonium veritatis sub similibus censuris & poenis cogere & compelli. Ac sententias per te vel Praelatum à te deputatum, latas, necnon omnia & singula per te, aut illum pro tempore decisa, terminata & decreta, quibusvis exceptionibus & appellationibus non obstant, etiam per tuum simplex mandatum executivum, etiam sub parvo sigillo, regula contraria non obstant, decernere, & exequi.

§. 6. Expensasque taxari, & fructus liquidari, & executioni debite demandandi, seu demandari facere.

§. 7. Et contradictores quoscumque & rebelles per eadem censuras & poenas, & alia juris remedia, appellatione postposita compescendi.

§. 8. Literasque remissoriales ad partes, quoties & quando necesse, & tibi aliàs visum fuerit, tuo arbitrio etiam sub simili sigillo, regula pariformiter contraria non obstant, decernere.

§. 9. Necnon unum ex quatuor Notariis tui Tribunalis arbitrio Praeceptoris dicti Archihospitalis eligere, in causis huiusmodi deputandi.

§. 10. Ac in eisdem causis singulis diebus feriatis, praeterquam Dominicis & aliis festivis de praeccepto, & quando videlicet dictum Archihospitale erit actor, procedendi, ac omnia & singula in praemissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna facere, gerere, & exequi, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus plenam & liberam facultatem concedimus & impartimur.

§. 11. Statuentes quod citationes in causis praedictis exequi possint per quoscumque Cursores & mandatarios Urbis, juxta placitum Procuratoris dicti Archihospitalis.

§. 12. Quodque nullae inhibitiones, non gravetur, suspensiones, dilaciones etiam quinquennales, & in vim motus proprii Pii V. à quibusvis Iudicibus, etiam causarum Camerae Apostolicae Auditore, & à Praesidente Visitatoris Carcerum, sub quibusvis tenoribus & formis, praeterquam à te concessae, aliquibus suffragentur, sed illis minime obstantibus, executioni mandatorum ad favorem ejusdem Archihospitalis concessorum fieri valeat.

§. 13. Ac decernentes praesentes literas de subreptionis, & obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae vel alio quocumque defectu notari, impugnari, reargui aut infringi, revocari, retractari, suspendi, vel limitari nullatenus posse, sed semper validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, siquae & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis alia judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicati & diffiniti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstant, praemissis, ac fel. rec. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & quibusvis aliis constitutionibus, ordinationibus, & praesertim motu proprio Populo Romano concessis, statutisque novis, Urbis reformationibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis dictae Urbis; ac quibuscumque aliis personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, etiam per vim & modum contractus & Capitulorum, & in forma motus proprii, etiam in favorem Cursorum nostrorum, stylo Palatii, feriis generalibus de mandato fel. rec. Pauli Papae IV. etiam praedecessoris nostri usque ad Kalendas Octobris indictis, & in futurum indiciendis, ac omnibus aliis & singulis in contrarium, praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de

illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur praesentibus pro expressis & ad verbum insertis habentes illis alias in sub robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Februarii 1605. Pontificatus nostri Anno 14.

Dat. P. A. 14. die 10. Febr.

Prohibitio appellandi per religiosos Ordinis Fratrum Servorum B. M. Virginis à Praelatis ejusdem Ordinis ad tribunalia secularia. Permissioque habendi recursum ad Priorem Generalem Protectorem, seu Viceprotectorem, aut ad Romanum Pontificem.

CXIX.

Alia de hac Religione notata sunt in const. 80. Decret. huiusmodi Pontificis, hic sup.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edict. An. D. 1593.

Quoniam nostro Pastoralis potissimum incumbit officio, ut ea quae per regulares personas contra eorum regularia instituta temere attentantur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compescamus & amoveamus.

Procedimus.

§. 1. Proinde quia nuper dilecto filio Magistro Lelio Balliono de Florentia, Priore Generali Ordinis Fratrum Servorum B. Mariae, non sine animi nostri molestia referente accepimus, quod nonnulli dicti Ordinis, etiam utriusque sexus regulares personae, Dei timore postposito, & suae professionis immemores, ut in eorum malefactis & inobedientia se diutius confoveant, ab iis quae per Praelatos ejusdem Ordinis, & Priores Provinciales & alios Superiores ab ipso Priore generali pro tempore deputatos, acta sunt & decreta, ad tribunalia secularia appellare, & ad ea temere confugere consueverunt, in non modicam jurisdictionis ipsorum Superiorum laesionem, & regularis instituti alterationem, ac scandalum plurimorum.

Causa huiusmodi innotuit.

§. 2. Nos praemissis obviare volentes, universis & singulis dicti Ordinis utriusque sexus regularibus personis, cujuscumque dignitatis, status gradus, & conditionis existentibus, Apostolica auctoritate tenore praesentium precipimus & mandamus, eisque sub excommunicationis latae sententiae poena, à qua non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, necnon privationis perpetuae officiorum per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia quaecumque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis tam activae quam passivae eo ipso, absque alia declaratione incurrendis poenis, districtius inhibemus, ne ad ipsa tribunalia secularia, quovis praetextu aut quaesito colore appellare, vel ad illa confugere, aut ea propterea quoquo modo adire audeant vel praesument, sed si se à Praelatis gravari praetendant, ad Priorem generalem ipsius Ordinis, seu illius Protectorem, aut Viceprotectorem in Romana Curia, vel ad Nos, sive Romanum Pontificem pro tempore existentem supremum in Ecclesia Dei Iudicem, sicut antiquitus semper facere consueverunt, recursum habeant, unde illis brevi manu iustitia ministrabitur.

Prohibitio de qua in rubro.

§. 3. Volentes, & ita declarantes, quod nedum dicti Ordinis regulares personae contrafacientes, verum etiam eorum quomodolibet, directe vel indirecte fautores & consultores, eadem poenas eo ipso omnino incurrant.

Extensio ad fautores.

§. 4. Decernentes irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, quibus omnibus, eorum tenores &

Clausula derogata.

Res ad perhibendum testimonium veritatis sub similibus censuris & poenis cogere & compelli. Ac sententias per te vel Praelatum à te deputatum, latas, necnon omnia & singula per te, aut illum pro tempore decisa, terminata & decreta, quibusvis exceptionibus & appellationibus non obstant, etiam per tuum simplex mandatum executivum, etiam sub parvo sigillo, regula contraria non obstant, decernere, & exequi. Expensasque taxari, & fructus liquidari, & executioni debite demandandi, seu demandari facere. Et contradictores quoscumque & rebelles per eadem censuras & poenas, & alia juris remedia, appellatione postposita compescendi. Literasque remissoriales ad partes, quoties & quando necesse, & tibi aliàs visum fuerit, tuo arbitrio etiam sub simili sigillo, regula pariformiter contraria non obstant, decernere. Necnon unum ex quatuor Notariis tui Tribunalis arbitrio Praeceptoris dicti Archihospitalis eligere, in causis huiusmodi deputandi. Ac in eisdem causis singulis diebus feriatis, praeterquam Dominicis & aliis festivis de praeccepto, & quando videlicet dictum Archihospitale erit actor, procedendi, ac omnia & singula in praemissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna facere, gerere, & exequi, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus plenam & liberam facultatem concedimus & impartimur. Statuentes quod citationes in causis praedictis exequi possint per quoscumque Cursores & mandatarios Urbis, juxta placitum Procuratoris dicti Archihospitalis. Quodque nullae inhibitiones, non gravetur, suspensiones, dilaciones etiam quinquennales, & in vim motus proprii Pii V. à quibusvis Iudicibus, etiam causarum Camerae Apostolicae Auditore, & à Praesidente Visitatoris Carcerum, sub quibusvis tenoribus & formis, praeterquam à te concessae, aliquibus suffragentur, sed illis minime obstantibus, executioni mandatorum ad favorem ejusdem Archihospitalis concessorum fieri valeat. Ac decernentes praesentes literas de subreptionis, & obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae vel alio quocumque defectu notari, impugnari, reargui aut infringi, revocari, retractari, suspendi, vel limitari nullatenus posse, sed semper validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, siquae & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios & delegatos, etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis alia judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicati & diffiniti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant, praemissis, ac fel. rec. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & quibusvis aliis constitutionibus, ordinationibus, & praesertim motu proprio Populo Romano concessis, statutisque novis, Urbis reformationibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis dictae Urbis; ac quibuscumque aliis personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, etiam per vim & modum contractus & Capitulorum, & in forma motus proprii, etiam in favorem Cursorum nostrorum, stylo Palatii, feriis generalibus de mandato fel. rec. Pauli Papae IV. etiam praedecessoris nostri usque ad Kalendas Octobris indictis, & in futurum indiciendis, ac omnibus aliis & singulis in contrarium, praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de

ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur presentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat ad effectum presentium specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 27. Februarii 1593. Pontificatus Nostri Anno secundo.

CXX. Protomedici, & Collegii Physicorum de Vrbe iurisdictione & facultates.

De his habes etiam sup. in consue. 19. Julii III. Meritis, lib. 1. & Greg. XIII. consue. 40. In Apostolica, & in Pauli V. consue. 71. §. 25.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Quo viri qui tum salubribus Artis Medicæ præceptis, & singulari methodo, tum diuturna experientia, quæ ubique plurimum valet, sapienter instructi in medendis humanis corporibus occupantur, & ab eis in hac alma Vrbe & omnibus Status Ecclesiastici Civitatibus infirmitates omnes depellere continuè procurant, sanitati & incolumitati hominum consulentes, quibuscumque difficultatibus superatis, id ipsum facilius & promptius exequi, & operari valent, privilegia per Romanos Pontifices prædecessores nostros illis concessa conservanda, ac per eos desuper statuta & ordinata, ut inviolabiliter observentur, confirmanda esse iudicamus, prout melius totius Reipublicæ valetudini novimus expedire.

§. 1. Sanè dilecti filii Sigismundus Brumanus Cremonensis, Artium & Medicinæ Doctor, ac Romani Collegii pariter Artium & Medicinæ Doctorum Prior, ac dictæ Vrbe & totius Status Ecclesiastici Protomedicus Generalis, necnon Antonius Portus Firmanus, & Odoardus Lopus Romanus, pariter Artium & Medicinæ Doctores consiliarii, tam suo quàm ipsius Collegii nominibus Nobis nuper exponi fecerunt, quod alijs postquam sel. rec. Sixtus Papa Quartus prædecessor noster, nonnulla per tunc existentes Protomedicum & Priorem ac Collegium huiusmodi, ad obviandum erroribus qui in Arte Medicinæ à plerisque qui sibi nomen Medici usurpabant, committebantur, ac periculis mortis quæ sæpius inde infirmis inde sequebantur, statuta, & ordinata perpetuè approbaverat, & confirmaverat.

§. 2. Et deinde tam patris mem. Clemens Papa VII. etiam prædecessor noster, qui præfata ac alia etiam per tunc existentes Protomedicum & Collegium huiusmodi de novo statuta & ordinata, quæ suis sub plumbis confectis literis de verbo ad verbum inferi voluit, quàm recollendæ mem. Julius III. Pius IV. Pius V. & Greg. XIII. Romani Pontifices, etiam prædecessores nostri, ea omnia etiam perpetuè confirmaverant & approbaverant, ac per omnes & singulos artis Medicinæ huiusmodi professores Aromatarios, in Vrbe ac toto statu huiusmodi commorantes, ac alios quos illa concernebant, inviolabiliter observari mandaverant, ac quamplura gratias, facultates, concessiones, privilegia, & indulta Protomedico, Priori, & Collegio prædictis, tam super approbatione Physicorum & Chirurgorum, ac Aromatariorum in Vrbe, & alijs Civitatibus, terris, & locis S. R. E. subiectis, ac examine simplicium, vel compositorum medicinalium humanis corporibus exhibendorum, ac Aromatariæ medicinalis exercitio, quàm super facultate & potestate promovendi ad magistrii vel Doctoratus gradum, illorumque insigniandi, necnon iurisdictione Protomedici & Collegii prædictorum cognoscendi quascumque causas civiles & criminales eorum, ac Aromatariorum, aliorumque, mederi seu medicinalia cuiuscumque generis fuerint, tradere & exhibere volentium exercitium concernentia, privatè etiam quoad alia tribunalia quæcumque, ac procedendi contra quoscumque inobedientes, etiam ad pecuniarias, aliasque poenas, necnon visitandi & corrigendi quoscumque Aromatarios, eorumque Aromatarias in Vrbe, & toto statu Ecclesiastico huiusmodi, ut præfertur existentes, ac ad id

Distus IV. (cuius bulla non fuit) confirmavit statuta Collegii.  
Clem. VIII. illa & alia de novo statuta confirmavit & ipsa ac alia privilegia multa Protomedico & Collegio tribuit.  
Super approbatione physicorum, Chirurgorum, & Aromatariorum.  
Examinatione simplicium & compositorum medicinalium.  
Exercitio Aromatariæ.  
Facultate quo promovendi ad gradum.  
Iurisdictione causas cognoscendi civiles & criminales.  
Tu attende consue. Clem. VII. cit. in rubr.

Commissarios, aliosque deputatos destinandi & deputandi, ac denique omnia & singula in præmissis necessaria statuendi, faciendi, ordinandi, & exequendi similiter perpetuè concesserant.

§. 3. Protomedicus, & Prior, ac Consiliarii, & Collegium huiusmodi decori & utilitati ipsius Collegii, ac incolatum Vrbe, & status huiusmodi incolumitati, quantum in eis est studentes, antiqua statuta prædicta, prout temporum ratio ex postulat in melius reformarunt, aliaque de novo super præmissis, ac alijs debitum exercitium Artis huiusmodi, necnon felix ipsius Collegii regimen concernentia & disponenda, ac alijs salubria & honesta ediderunt, prout in singulis ipsorum Prædecessorum literis desuper confectis ac statutis plenius continetur.

§. 4. Cum autem Protomedicus & Collegium prædictum cupiant literas prædictas, ac singula statuta huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori per Nos perpetuè approbati & confirmati, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum desiderio huiusmodi annuere, aliaque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur, qui fidelium quorumlibet vota, præsertim salutis & incolumitati Nobis subditorum consulentia, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac attendentes statuta de novo edita prædicta non nisi pro bono regimine & salubri directione dicti Collegii horum temporum, ita suadente ratione facta fuisse, ipsumque Collegium, ac illius singulares personas quæ pro universali hominum salute continuè laborant, specialibus quoque favoribus & gratiis prosequi volentes, ac singularem literarum & statutorum huiusmodi tenores, etiam veriores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur & infererentur presentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, singulas literas prædictas ac statuta per Protomedicum & Collegium huiusmodi condita atque edita, ac omnia & singula in eis contenta, ac inde sequuta & sequenda quæcumque, Apostolica auctoritate tenore presentium, quatenus liceat, & honesta, & sacris Canonibus & decretis Concilii Tridentini contraria non sint, perpetuè approbamus & confirmamus, illisque perpetuè & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos juris & facti, aliosque defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplementis, eaque omnia & singula ab omnibus quos illa concernunt & concernere poterunt quomodolibet in futurum, similiter perpetuè & inviolabiliter observari, ac ad illorum omnium observationem omnibus juris & facti remediis cogi, & compelli posse.

§. 6. Decernentes sic & non aliter per quoscumque Iudices quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac singularum provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum dicti Status Ecclesiastici Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, & alios Iudices, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Et nihilominus dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Curie causarum Camere Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus & mandamus, quatenus per se vel alium, seu alios Protomedico & Collegio prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra presentes ac singulas literas & statuta huiusmodi perpetuè & inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias & censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias poenas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 8. Non obstantibus similis mem. Bonifacii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ dicti Prædecessores in singulis eorum literis voluerunt,

Corredicari  
Aromatari  
rum, &  
fianone  
romano.  
Postmodum  
cas, id est  
Collegium  
incolumitati  
incolu  
rum statuta  
& defensas  
intervenit  
statuta, &  
marum, &  
alia præfata  
ei Collegii  
regimine, &  
suavit.  
Et pro præ  
dictorum no  
mum con  
matione lo  
pam supple  
carum.  
Qui præ  
dicitur  
& statuta  
confirmat.  
Clausula  
sublata &  
ponit.  
Excoctum  
huius consue.  
deputat. &  
defensum.  
Contraria  
omnia in  
rubr.



voluerunt non obitare, contrariis quibuscumque, aut si Aromaticis & aliis prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab Apostolica sic Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Novemb. 1593. Pontificatus nostri anno 1.

CXXI. Facultas Congregationis Clericorum Ministrantium infirmis, recipiendi Novitios ad habitum, non expectato Capitulo generali, nec provinciali.

Idem Congregationem primò approbavit Sixtus V. in sua const. 25. Ex omnibus, lib. 2. ubi alia notavi.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Assidua pietatis & charitatis opera, quæ dilecti filii Præpositus & Clerici alique religiosi Congregationis Ministrantium Infirmis circa infirmorum tum corporalem, tum spirituales curam, ut accepimus, continuò exercent, meritò nos inducunt, ut eorum Religionis conservationi & augmento libenter prospiciamus.

§. 1. Proinde supplicationibus eorum Nobis nomine humiliter porrectis inclinati, ac de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium Congregationis super Consultationibus Episcoporum, & regularium deputatæ Præpositorum sententia, dictis præposito & religiosi perpetuò concedimus & indulgemus, ut in qualibet eorum domo ubicumque locorum existentes, tres ex antiquioribus Patribus à Capitulo Conventuali deputari possint, qui eandem habeant facultatem & potestatem in admitendis Novitiis, quæ commissa fuit Capitulis generalibus & provincialibus, aliisque deputandis juxta constitutionem super novitiorum receptione à fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore nostro editam sub Dat. sexto Kal. Decembris, anno tertio, & alteram ejus declarationem sub Dat. 12. Kal. Novembris anno quarto ejus Pontificatus, dummodo in reliquis earumdem constitutionum formam servent. Ad hocque plenam & amplam dictis deputatis facultatem & auctoritatem impartimur.

§. 2. Non obstantibus prædicti Sixti V. & aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 31. Martii 1594. Pontificatus Nostri Anno tertio.

CXXII. Contra edentes, vel utentes aliis Litanis, quam hic approbatis, vel à Congregatione Sacrorum rituum approbandis.

De hac Congregatione habes constitut. 74. Sixti V. Immensa, lib. 2. Congreg. V.

Sacrosanctus Dominus noster Clemens Papa VIII. Quoniam multi hoc tempore, privati etiam homines, prætextu alendæ devotionis novas quotidie Litanias evulgant, ut jam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ sententiæ, in aliis (quod gravius est) periculose, & errorem sapientes inveniuntur, pro sollicitudine sua pastorali providere volens, ut animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatio, sine ullius detrimenti spiritualis periculo foveatur.

§. 1. Præcipit, & mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus Litanis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon Litanis de B. Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari solent, quicumque alias Litanias edere, vel jam editis in Ecclesiis, sive Oratoriis, sive Processionibus uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum rituum recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publicè recitare præsumant, sub pœnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinaris, & Inquisitoris severe infligendis.

Bullarij Magni Tom. III.

§. 2. Præsens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctissimo Domino nostro, ac Illustrissimis & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, vii. Idus Septembris, Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1601. Quintilianus Adrianus Not.

Approbatio, & nova institutio Congregationis Clericorum sæcularium in communi viventium, sub invocatione B. MARIE dudum ab Alexandro Episcopo Lucano, in ea Civitate erectæ, cum Indultorum concessione, & facultate alia ubique loca recipiendi.

Hanc ipsam Congregationem, Mariæ Dei Congregationem de cetero nuncupari voluit Paulus V. in ejus const. 81. Inter Pastoralis, ubi regimen quoque Scholarum Piarum ad pauperes erudiendos erectarum & erigendarum eidem Congregationi perpetuò delegavit.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo divina Majestas ad Pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evertit, illa quantum in nobis semper fuit superno auxilio freti facere conati sumus, ut Confraternitates seu Societates, aut Congregationes, quæ ad divini cultus augmentum & animarum salutem institutæ sunt, & in observatione institutorum suorum pie & religiose persistunt, magis quotidie in illo suo pio & sancto proposito confirmarentur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Venerabilis frater Alexander Episcopus Lucanus jamdudum Confraternitatem, seu Societatem, aut Congregationem Clericorum sæcularium & laicorum in communi viventium, sub invocatione & vexillo B. & Gloriosæ, semperque Virginis MARIE, in Ecclesia sanctæ Mariæ Curtis Orlandigorum Lucanæ, erexit, ac dictæ Confraternitatis seu Congregationis Confratribus, ut unum ex eis qui aliis præficeret, ac rerum & bonorum ipsius Confraternitatis, seu Congregationis curam & administrationem gereret, cuique ipsi Confratres parere tenerentur, eligere, ac constitutiones per eum approbandas condere possent, facultatem concesserit, prout in patentibus literis ipsius Alexandri Episcopi de anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio desuper cõfectis plenius contineri dicitur, ac ejus Confraternitatis, seu Congregationis Confratres Sacramentorum ecclesiasticorum administratione, divini verbi prædicatione, & aliorum bonorum operum exemplo proximum juvare totis viribus contendant.

§. 2. Nos ut ipsi Confratres in suo laudabili proposito magis confoveantur, & ad hujusmodi pia & sancta opera exercenda promptiores reddantur, ac fructus quos in Vinea Domini plurimos hæcenus & maturos ac dulces locatori Domino obtulerunt, eosdem longè dulciores & maturiores ac ubertiores in posterum offerant, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine erectionem Confraternitatis, seu Societatis aut Congregationis Clericorum sæcularium, in dicta Ecclesia ab eodem Alexandro Episcopo, ut præfertur factam, necnon omnia & singula in dictis patentibus literis erectionem hujusmodi concernentibus, quorum tenores ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, contenta & inde secuta quæcumque, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus & confirmamus, illisque perpetuè & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris quàm facti, & solemnitarum in eis forsitan omittarum defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus.

§. 3. Et nihilominus eandem Confraternitatem in Congregationem Clericorum sæcularium sub titulo, seu invocatione ejusdem B. MARIE Virginis, cum eisdem regulis, institutis, & facultatibus in dicta Ecclesia auctoritate & tenore præmissis perpetuò erigimus & instituímus.

§. 4. Necnon nunc & pro tempore existentibus Re-

Decretum Paul. An. 1601. die 6. Sept.

CXXIII.

Idem An. D. 1594 & 1601. Præmissum.

Alexander Episcopus Lucanus anno 1601 Congreg. Clericorum sæcularium & laicorum in communi vita viventium, sub invocatione B. Mariæ in Civitate Lucana erecta.

Et hinc Pontif. fixæ & institut. Congreg. Clericorum sæcularium in communi viventium approbata.

Et de novo institut. facultatem ordinationum & statutorum bonarum viarum regim. edendi edictis.

tori, & Sociis dictae Congregationis, ut quaecumque statu-  
ta & ordinationes, felix regimen & gubernatio ipsius  
Congregationis concordantia, ac sacris Canonibus, &  
decretis Concilii Tridentini, ac Romanorum Pontificum  
constitutionibus non adversantia condere, quae tamen  
condita ab Ordinario loci approbentur.

§. 5. Quodque Confessores dictae Congregationis,  
qui ab Ordinario approbati fuerint, confessiones quo-  
rumcumque ad eos accedentium quocumque anni tem-  
pore audire, & debitam illis poenitentiam pro modo cul-  
pae injungere.

§. 6. Superiores autem ipsius Congregationis, per se  
vel alium, seu alios ex ipsis jam approbatis, suos subdi-  
tos à censuris in casibus Sedi Apostolicae reservatis, non  
tamen contentis in literis die Cœnae Domini legi solitis  
absolvere, & etiam debitam illis poenitentiam injungere.

§. 7. Necnon Superior dictae Congregationis receptos,  
inobedientes, & illius constitutionum transgressores pun-  
ire, & poenitentia pro modo culpae ejus arbitrio, serva-  
ta tamen semper dictarum constitutionum forma, eosdem  
afficere, ut sibi videbitur, cum assensu majoris partis di-  
ctae Congregationis culpabiles ejicere, invocato etiam  
ad hoc si opus fuerit auxilio Episcopi, seu brachii sæcu-  
laris, liberè & licitè valeant, eisdem auctoritate & tenore  
concedimus.

§. 8. Quodque recipiendi in Congregatione hujusmo-  
di, tam Clerici quàm Laici, teneantur, ubi aliter Con-  
gregationi visum non fuerit remittendum, promittere  
cum juramento, se refecturos expensas pro ipsis ab eadem  
Congregatione factas, si quando contigerit ut spon-  
te vel jura de causa expulsi ab eadem Congreg. discedant.

§. 9. Demum quod congregatio hæc sit & perpetuè  
remaneat sub protectione hujus Sedis Apostolicæ, non  
tamen exempta ab ordinaria jurisdictione Episcoporum  
Lucanorum qui pro tempore erunt, quoad visitationem  
& reformationem, si opus fuerit, juxta constitutiones  
eiusdem Congregationis tantum, nec alias, aliter, nec  
alio modo, nullo tamen casu, prætextu, aut quæsito co-  
lore alienos ex Sociis præfatis ab eadem Congregatione  
sine expresso consensu eiusdem unquam extrahere, nec  
ab obsequiis igitur distrahere valeant, perpetuè sta-  
tuimus & ordinamus.

§. 10. Sicque per quoscumque Iudices & Commissa-  
rios quavis auctoritate fungentes, sublata eis & co-  
ram cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi fa-  
cultate & auctoritate, ubique judicari ac diffiniri debere,  
necnon irritum decernimus & inane, si secus super his à  
quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter  
contigerit attentari.

§. 11. Volumus autem, quod presentium transumptis,  
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo ali-  
cujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mu-  
nitis eadem prorsus fides, adhibeatur, quæ presentibus  
adhiberetur, si forent exhibitæ vel offensæ.

§. 12. Non obstantibus quibusvis constitutionibus &  
ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibus-  
cumque.

Datum Tusculi, sub annulo Piscatoris, die xiiij. Octo-  
bris 1595. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Sequitur facultas d. Congregationis alia ubique loca reci-  
piendi.

Confessori-  
busque ejus-  
dem Congreg.  
auctoritatem  
omnium ad  
eos consuetu-  
dinem confes-  
siones audiri  
di elongatur.  
Præfatis ip-  
sius Congreg.  
à censuris  
non reservatis  
in Bulla  
Cœnae Domi-  
ni subditos  
absolvere  
auctoritatem  
impari.  
Majori d.  
Congregatio-  
nis inobedi-  
entia collectio-  
di potestatem  
tribuit.  
Recipiendus  
à Congrega-  
tione ad spe-  
ciale iura-  
mentum hic  
expressum  
tenore subit.

Congregatio-  
nem sub  
protectione  
Sedis Apst.  
reservata  
Episcopo Lu-  
cano tantum  
iurisdictione  
visitandi, &  
reformationi,  
recipit.  
In contrariis  
acta pro in-  
fidelibus habent  
declaram.  
Transumptis  
hinc Bulla  
crediti subit.

Quibuscum-  
que non ob-  
stantibus,  
D. P. An. 4.  
die 13. Octob.  
Edita An. D.  
1604.  
Exordium.  
Hic Post.  
Congregatio-  
nem ipsam  
approbavit  
in Bulla  
præfata.

Et deinde  
Ecclesiam S.  
Marie in

bitare, & in ipsa ecclesia divina Officia celebrare, & Ec-  
clesiastica sacramenta ministrare valerent, de consensu  
dilecti filii nostri Bartholomæi S. Marie in Porticu Dia-  
coni Cardinalis Cæsi nuncupati concessimus, prout in  
diversis nostris in forma Brevis desuper expeditis literis  
pleniùs continetur.

§. 13. Cum autem, sicut accepimus, Congregatio præ-  
dicta uberes in Ecclesia Dei fructus, ad animarum Chri-  
sti fidelium salutem profert, & illius Clerici sub non-  
nullis constitutionibus & regulis à dilecto filio nostro  
Cæsare tit. SS. Nerei & Achillei Presbytero Cardinali  
Baronio nuncupato, ipsius Congregationis apud Nos  
Protectore, examinatis, & auctoritate nostra Apostolica  
approbatis, laudabilem vitam degant, & in via Domini  
non mediocres progressus faciant, & si illis ut alia loca,  
domos & Ecclesias ubique recipiendi, & in illis juxta  
prædictas constitutiones, & regulas degendi, ac divina  
officia celebrandi, Ecclesiasticaque sacramenta ministrandi  
facultas concederetur, inde profectò Christi fidelium  
animarum salus valde promoveretur, ac spiritualis con-  
solatio magis auferretur. Nos ejusdem Congregationis  
propagationi considerantes illam & ejus personas specia-  
libus favoribus & gratiis prosequi volentes, necnon sin-  
gularum nostrarum literarum prædictarum tenores præ-  
sentibus pro expressis habentes, & singulas ejusdem  
Congregationis personas à quibusvis excommunicatio-  
nis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen-  
tentis, censuris & poenis, à jure vel ab homine quavis  
occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet sint in-  
notata, ad effectum presentium dumtaxat consequendum,  
harum serie absolventes, & absolutas fore censentes,  
motu proprio, & ex certa scientia & mera deliberatione  
nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine eidem  
Congregationi, ejusque Præposito Generali, & Clericis,  
ut loca, domos & Ecclesias illis in quibusvis Civitatibus  
& dioc. de licentia Ordinariorum ecedendas recipere,  
& in illis habitare, ac divina officia celebrare, & Ecce-  
lesiastica sacramenta ministrare, ac omnibus & singulis  
privilegiis, gratiis, indultis, exemptionibus, libertatibus,  
& immunitatibus, ipsius Congregationi, Præposito &  
Clericis per Nos in primodictis literis concessis, ubi-  
que frui, potiri & gaudere liberè & licitè possint & va-  
leant, servata tamen forma in primodictis nostris literis  
expressa, & in prædictis constitutionibus, ut præfertur,  
jussu nostro examinatis & approbatis contenta, auctori-  
tate Apostolica tenore presentium concedimus & in-  
dulgemus. Illosque desuper à quoquam quavis auctori-  
tate impediri, molestari, perturbari, vel inquietari nulla-  
tenus posse, & irritum & inane quicquid secus super his  
à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter  
contigerit attentari, decernimus.

§. 16. Quocirca dilectis filiis nostris Cæsari Presbyte-  
ro Cardinali Baronio, moderno, & pro tempore existi-  
enti ejusdem Congregationis Protectori, ac Vicario Urbis,  
necnon causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali  
Auditori per presentes committimus, & mandamus,  
quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium  
seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcum-  
que, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte di-  
ctorum Præpositi & Clericorum fuerint requisiti, solemniter  
publicantes, illisque in præmissis efficacis defen-  
sionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos  
eorundem præmissorum effectu pacificè frui & gaudere,  
non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctori-  
tate quomodolibet indebitè molestari, contradições  
quoslibet per censuras & poenas Ecclesiasticas, aliisque  
opportuna juris & facti remedia, appellatione postpo-  
sita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,  
auxilio brachii secularis.

§. 17. Non obstantibus sel. rec. Bonifacii Pape Octavi  
prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edi-  
ta de duabus dictis, dummodo ultra tres dies aliquis  
auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, & aliis  
constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, atque  
omnibus illis quæ in prædictis literis volumus non ob-  
stare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 14. Junii 1604. Pontificatus Nostri anno 13.

Porticus de  
Probo illi in  
cessit, sed in  
Bullam hic  
sufficiens  
relaxam  
posuit.  
Et modò  
eisdem Con-  
greg. alia  
licentia  
de licentia  
Episcoporum  
recipiendi  
facultatem  
concedit.  
Ad hoc  
etiam hinc  
Pontificatus  
die 9. Fe-  
bruarii, &  
ubi quid n  
receptionem  
votum in  
rum obli-  
vendum  
explicat.

Executio-  
ne deservit  
impari.

Contrariis  
derogati.